This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`




HARVARD
DIVINITY
SCHOOL
Andover-Harvard
Theological Library

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET. IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEI QUÆ NUNC INCIPIT APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CVII.

LEO IMPERATOR, COGNOMINE *SAPIENS.*

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,

IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1863

BR
.C
.P13
.I71

SÆCULUM X. ANNUS 911

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΛΕΟΝΤΟΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

LEONIS,

ROMANORUM IMPERATORIS AUGUSTI,

COGNOMINE *SAPIENTIS*,

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA,

NUNC PRIMUM IN UNUM CORPUS COLLECTA,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1863

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CVII CONTINENTUR.

LEO IMPERATOR, COGNOMINE *PHILOSOPHUS*, VEL *SAPIENS*.

Patrologiæ Editorum Præfatio de vita et scriptis Leonis imp. pag. I
Vita Leonis imp. auctore Hipp. Maracci, Leonis Mariali præfixa. IX
Basilii imp., Leonis patris, capita hortatoria ad filium, ex edit. Bandurii, Imp. Orient. *tom. I.* XXI
Ejusdem capita altera ad eumdem, ex edit. card. Ang. Mai. LVII
Constantini, Leonis discipuli, versus in magistrum cum interpretatione nostra. LXI

OPERUM PARS PRIMA. — SCRIPTA THEOLOGICA.

Homiliæ et panegyrici XIX, ex edit. Hipp. Maracci, Franc. Combefisii, Jac. Gretseri, Scipionis Maffei, Petri Possini, Henr. Savilii, Baronii. col. 1
Preces liturgicæ, ex antiqua Collectione liturgica Venetiis edita 1554. 299
Canticum compunctionis ex meditatione æterni judicii, in Anecdotis P. Matrangæ, cum interpretatione nostra. 309
Epistola ad Omarum Saracenorum regem De fidei Christianæ veritate et Mahumetanorum erroribus, ex Biblioth. Patrum Lugdun. edit. 315

OPERUM PARS SECUNDA. — SCRIPTA JURIDICA ET CANONICA.

Orientalium Episcopatuum Notitiæ a Leone Sapiente ad Andronicum Palæologum ex edit. Jacobi Goari. 325
Novellæ Constitutiones sive correctoriæ legum repurgationes, ex Corpore juris civilis. 419

OPERUM PARS TERTIA. — CARMINA, SCRIPTA AD REM MILITAREM SPECTANTIA, ORACULA.

Carmina
Apologia Leonis in qua Constantini discipuli sui calumnias a se repellit 659
Epigrammata. 665
ΚΑΡΚΙΝΟΙ. 665
De martyrio S. Clementis Ancyrani fragmenta metrica. 665
Fragmenta homiliarum in S. Tryphonem. 667
Tactica, sive de re militari Liber, ex editione Joannis Lamii in recensione operum Meursii Florentiæ 1745 edita. 669
Appendix ad Tactica. — Capitula quædam ad rem militarem spectantia, ex Mauricii, Constantini et Leonis Tacticis, edita in Programmate academico Turicensi anni 1854. 1095
Oracula cum figuris et antiqua Paraphrasi, ex editione Petri Lambecii. 1121

Parisiis. — Ex typis J.-P. MIGNE

IN OPERA

LEONIS SAPIENTIS

EDITORUM PRÆFATIO.

Quia in *Patrologia* nostra *Græca* primum collegimus omnia Leonis Sapientis, imperatoris Constantinopolitani, opera quæ argumenti sacri vel moralis sunt, paucis declarabimus consilium quo in scriptis docti viri et regii auctoris colligendis usi sumus.

Leo Sapiens, Basilii Macedonis imperatoris CP. filius, annos natus novemdecim patri, qui *anno* 886 obiit, successit, et imperium Orientale gubernavit usque ad annum 911, quo *ipse* vita functus, regnum filio suo Constantino Porphyrogenetæ septenni transmisit.

Vitam Leonis ex industria scripserunt Constantinus filius ejus, et Georgius monachus, quorum lucubrationes infra inter *Scriptores post Theophanem* (*Patrologiæ Græcæ* tom. CIX) edemus. Præterea de gestis ejus consuli possunt Leo Grammaticus, Joannes Cameniata, Cedrenus, Constantinus Manasses et Zonaras qui historiam illorum temporum descripserunt. Inter auctores recentiores merito laudandus occurrit C. F. Zepernick, qui in animadversionibus adjectis operi C. A. Beck, *De Novellis Leonis Augusti et Philosophi, earumque usu et auctoritate*, quod Halæ an. 1779 edidit, multa de vita, moribus, doctrina et agendi ratione Leonis Sapientis observavit quæ docto lectori placere et subsidio esse queunt.

De his pauca, et hæc necessaria, delibabimus.

Leo, etsi a sapientia nomen obtinuit et a pietate, imo et a religionis Christianæ zelo commendandus sit, vitiis tamen non caruit, nec in omnibus Dei legem servavit. Spe prolis allectus, non tantum quartas nuptias adiit, quod in ipso clerus Constantinopolitanus vehementer reprehendit, adeo ut verum schisma inde in Oriente oriretur, dum alii, consentiente Romano Pontifice, contenderent quartas nuptias divina lege non prohiberi, alii vero id prohiberi assererent; sed insuper vivente adhuc legitima uxore Theophanone, cum qua tertias nuptias contraxerat, publice vixit cum Zoe, quam quartam uxorem habere voluit, a qua Constantinum Porphyrogenetam, successorem suum, obtinuit. Non potest igitur Leo Sapiens a publico adulterio excusari. Theophanone autem mortua, legitimum matrimonium cum Zoe iniit.

Imperium Orientale, nedum ipso regnante floreret, clades plurimas et calamitates subiit, quibus nulla ratione occurrere potuit, quippe qui, ut coætanei jam observarunt, plus valeret ingenio et calamo, quam armis et potentia.

Nomen autem Sapientis adeptus est eo quod, inter ætatis suæ viros doctos, princeps facile haberetur, atque inter ipsa imperii negotia et armorum strepitus, litteras sacras ac profanas coluit, multosque libros, omnigena eruditione refertos composuit. Id profecto in laudem ejus asseri potest, inter imperatores Constantinopolitanos, qui doctrinæ laude floruerunt, nullum exstitisse qui copiosius et doctius sacræ theologiæ quæstiones varias tractaret et exponeret. Hæc studia ab imperatoria sollicitudine minimé alienâ putabant qui Orientali imperio præerant, præsertim cum patriarcha Constantinopolitanus et metropolitæ Orientis totum Ecclesiæ regimen potestati laicæ subjecissent, et primæ sedi, Romanæ scilicet, obedientiam detrectassent. Imo ante consummatum schisma cum Ecclesia Romana imperatores Constantinopolitani auctoritatem quamdam supremam in res sacras impune sibi attribuebant et sæpe sæpius exercebant; quam clerus Orientalis nunquam ipsis denegavit, sed potius admisit et sancivit, nulla habita ratione veterum canonum, imo nec Evangelii quod prohibet ne ea quæ Dei sunt, Cæsari reddantur. Tanquam Ecclesiæ custodes et sacrorum canonum defensores, imo veluti doctrinæ ac disciplinæ ecclesiasticæ præsides imperatores Constantinopolitani Ἐπιστημονάρχης titulum sibi vindicabant, ut videre est in novella Isaaci Angeli, quam Leunclavius edidit in *Juris Græco-Romani* t. II, p. 169, et apud Du Cange, in *Glossario Græco-Barbaro*, t. I, p. 427, ad verbum Ἐπιστημονάρχης. Nihil mirum igitur si principes qui de rebus sacris judicare volebant, res sacras expenderent et de iisdem libros scriberent, quin et homilias componerent, quales episcopi componere solebant et coram populo Christiano declamare. Quanquam autem imperatores Orientales in nonnullis festis anni solemnioribus vestimenta sacra induerent, ac veluti ministri sacris officiis assisterent, quod ab imperatoribus Occidentis, illa et postera ætate, factum est; si quidem aliquando mos fuit, ut tunica diaconali induti Evangelium solemniter canerent, non constat tamen imperatores Orientales qui homilias sacras composuerant, eas aliquando coram populo recitasse.

274

Porro homiliæ quas Leo Sapiens edidit piæ, solidæ et elegantes sunt; et si excipias illam in qua de processione Spiritus sancti ad mentem Photianorum disputat, orthodoxæ fidei nulla ratione adversantur, sed eam potius asserunt et confirmant. Quæ de dotibus ac privilegiis sanctissimæ Deiparæ docet, ea æquiparari possunt laudibus beatissimæ Virginis quæ a piissimis ejus cultoribus celebrari solent.

Ex homiliis Leonis Sapientis plurimis, novemdecim tantum impressæ sunt, quas omnes ad unam hic edidimus. Cæteræ in codicibus manuscriptis hactenus latent, quarum tamen notitiam aliquam, infra, ex Leone Allatio suppeditabimus. Editis autem adjunximus translationem Latinam olim a Combefisio confectam, quam se ad codices Græcos contulisse et emendasse asserit. Si igitur versionem Maracci, quæ planior, elegantior et verior est, inseruissemus editioni nostræ, potuisset ea hinc inde a textu edito discedere et pium lectorem perturbare. Cæterum ubicunque occurrit translatio Maracci aut alterius cujusvis auctoris, a priori anteferenda videtur versioni Combefisianæ, nunquam non obscurissimæ et intricatissimæ.

Inter scripta theologica Leonis Sapientis præcipua sunt Troparia matutina et Odaria nocturna, quæ in liturgia Græcorum hactenus recitari solent. Quæ in Παρακλητικῇ reperiuntur, precationibus æque piis a Constantino Porphyrogeneta Leonis filio intermixta sunt, et dignissima quæ in ecclesiis decantentur. Nonnulla in codicibus mss. adhuc latent quæ nobis attingere non licuit.

Epistola Leonis Sapientis ad Omarum Saracenum polemica est : in quo scribendi genere successores ejus sæpius calamum exercuerunt, Joannes præsertim Cantacuzenus, et Manuel Palæologus, doctissimi et peritissimi doctrinæ Mahomedicæ hostes.

In prima parte operum Leonis Sapientis scripta ejus theologica et liturgica tantum collegimus Secunda autem pars continet scripta juridica et canonica.

Primo loco hic occurrit *Notitia Græcorum episcopatuum* quos Leo Sapiens, sua auctoritate, novo ordine disposuit. Id nempe imperatoribus Orientis solemne fuit, jure, ut puto, Ἐπιστημονάρχης, limites jurisdictionis ecclesiasticæ extendere vel contrahere pro lubitu, annuente sæpissime aut etiam instigante patriarcha Constantinopolitano, qui de augendo dominio suo, et restringenda auctoritate patriarchali Romani Pontificis unice sollicitus esse videbatur. Ante tempora nefasti schismatis imperatores Iconoclastæ Romanis Pontificibus summa damna intulerunt, eo quod hæresi eorum strenue resisterent; sed, exstincta hæresi, ab usurpanda jurisdictione summi hierarchæ non cessarunt. Hac in re peccavit et ipse Leo Sapiens, a quo, teste Miræo (1), metropolitani et episcopi sequentes a sede Romana avulsi sunt : Thessalonicensis, Syracusanus, Corinthius, Rhegiensis, Nicopolitanus, Atheniensis, Patrensis, sub Syracusano M. Siciliæ Taurominitanus, Messanensis, Agrigentinus, Croniensis, Lilybæi, Drepani, Panormitanus, Thermarum, Cephaludii, Alesæ, Tyndarii, Melitensis, Liparensis (2).

Usurpationes autem illæ imperio Orientali, et ipsi patriarchatui Constantinopolitano, parum profuerunt, permittente divina Providentia, ut longe plures plerumque provinciæ a Saracenis vastarentur aut occuparentur, quam auctoritati summi Pontificis injuste subriperentur.

De his quidquid sit, Notitia episcopatuum Græcorum summi momenti est, præsertim ad elucidandam historiam Ecclesiæ Orientalis, ad interitum jam vergentis. Ideo Notitiæ episcopatuum quales exstabant ætate Leonis Sapientis, Notitias episcopatuum subsequentium ætatum addidimus usque ad imperium Andronici Palæologi qui sæculo XIV floruit. His Notitiis deinde comparari poterit Catalogus thronorum ecclesiasticorum qui subditi sunt quinque thronis patriarchalibus Constantinopoleos, Alexandriæ, Antiochiæ, Hierosolymæ et Moscoviæ, et acephalorum episcoporum Acridum, Cypri, Pechii, qui et Ipechus, et Iberiæ, etc. (3), quem Chrysanta descripsit in Collectario officiorum magnæ Ecclesiæ, primum an. 1715 Tergovisti et deinde an. 1778 Venetiis edito (4). Pariter conferri poterit cum Notitia episcopatuum et Ecclesiarum synodalium, seu independentium, Ecclesiæ Græcæ, quam nuper Athenis ediderunt viri in regno Græciæ doctrina et auctoritate conspicui, G. A. Rhalli, et M. Potli (5). Ex his enim documentis facile conficietur historia fatorum Ecclesiæ Orientalis quæ partim hæresibus et schismatibus, partim Agarenorum jugo ferreo ad miserum statum quem cum ipsa deflemus, redacta est. Hinc tamen quandoque difficultas oritur, quod nomina civitatum

(1) Miræi *Notitia Episcopatuum orbis Christiani.* l. I, c. 10, et l. III, c. 1.

(2) Pyrri, *Sicilia sacra.* t. I, p. 612. ed. Panorm. 1733.

(3) Διάγνωσις περὶ τῶν θρόνων τῶν ἐκκλησιῶν, τῶν ὑποκειμένων, εἰς τοὺς πέντε πατριαρχικοὺς θρόνους, Κωνσταντινουπόλεως, Ἀλεξανδρείας, Ἀντιοχείας, Ἱεροσολύμων καὶ Μοσκοβίας, καὶ εἰς τοὺς αὐτοκεφάλους ἐπισκόπους Ἀκριδῶν, Κύπρου, Πεκίου, ὅστις καὶ Ἰπεκίου, τῆς κάτω Ἰδηρίας, καὶ τῆς ἄνω, κατὰ τὸν παρόντα δέκατον ὄγδοον αἰῶνα· καὶ ποῖοι ἐκ τῶν μητροπολιτῶν λέγονται ὑπέρτιμοι καὶ ἔξαρχοι, καὶ ποῖοι μόνον ὑπέρτιμοι, καὶ ποῖοι ἔχουσιν ἐπισκόπους, καὶ πόσους, καὶ τίνας ἐπισκοπάς. In *Χρυσάνθου συνταγματίῳ*, p. 71, Venet. 1778.

(4) Χρυσάνθου τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου τῶν Ἱεροσολύμων Συνταγμάτιον περὶ τῶν ὀφφικίων, κληρικάτων καὶ ἀρχοντιχῶν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἁγίας Ἐκκλησίας, κ. τ. λ. fol. Ἐνετίησι 1778.

(5) Σύνταγμα τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων τῶν τε ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων καὶ τῶν οἰκουμενικῶν καὶ τοπικῶν συνόδων, καὶ τῶν κατὰ μέρος ἁγίων Πατέρων., ἐκδοθὲν... ὑπὸ Γα. Ῥάλλη, καὶ Μ. Πότλη, κ. τ. λ. Τάξις τῶν θρόνων τῆς ὀρθοδόξου ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας ὅτως σήμερον ἔχουσι. Tomo V, pag. 513 et seq. ἐν Ἀθήναις 1854.....

multis in locis mutata sunt. Etsi hujus loci non sit documenta omnia colligere, quibus geographia hierarchica Ecclesiæ elucidari possit, tamen operæ pretium esse duximus hic describere lemma geographicum de nominibus civitatum mutatis, quod doctiss. Boissonade, primo tomo Anecdotorum Græcorum suorum, pagina 427, inseruit. Est autem sequentis tenoris :

Αἶπεια (*a*), ἡ νῦν καλουμένη Κορώνη (*b*). Πίδρασος (*c*), ἡ νῦν Μεθώνη, ἧστινος πλησίον ἐστὶ Χερρόνησος μικρὰ, ἥτις τὸ παλαιὸν μὲν ἐλέγετο Πύλος, ἡ τοῦ Ὁμηρικοῦ Νέστορος, νῦν δὲ καλεῖται Ἀβαρῖνος. Ποτίδαια, ἡ νῦν Βέρροια. Πύδνα, τὸ νῦν Κίτρος. Ἀπολλώνεια, ἡ νῦν Ἐρισσὸς (*d*), ἡ πρὸς τῷ Ἄθῳ. Τρίκη, τὰ νῦν Τρίκαλα. Θερμοπύλαι, τὸ νῦν Σκέλος. Σίπυλον ὄρος, ὁ νῦν Κουζινᾶς. Σωτηρούπολις, τὰ νῦν Πύθια. Ἔμεσα, τὸ παρὰ τοῖς Σαρακηνοῖς Χέμ. Ὑπόπλακοι Θῆβαι, τὸ νῦν Ἀτραμύτιον (*e*). Ἄργος Θετταλικὸν, ἡ νῦν Λάρισσα. Σίρμιον, ἡ νῦν Θύγγρία, καὶ οἱ Οὔγγροι ἐλέγοντο Γήπεδες (*f*). Σαρδική, ἡ νῦν Τριαδίτζα. Δάρας, τὸ νῦν Ταυρές (*g*). Μαρτυρούπολις, ἡ νῦν Μεφερκὶ (*h*). Βέρροια, ἡ νῦν Χάλεπ (*i*). Ὀδυσσούπολις, ἡ νῦν... (*j*). Κρῶμνα, ἡ Ἀμαστρις.

Ὅτι (*k*) ἡ νῦν καλουμένη Δρήστρα πόλις τὸ παλαιὸν Δωροστόλος ἐκαλεῖτο (*l*).

Ἡ νῦν Ἀνδρινούπολις τὸ πρὶν Ὄδρυσα ἐλέγετο (*m*).

Ἡ νῦν λεγομένη πόλις Ἔμετ τὸ παλαιὸν Ἀμιδα παρὰ Ῥωμαίοις ἐλέγετο (*n*).

Notitiam episcopatuum Græcorum, in editione nostra subsequuntur Leonis *Novellæ Constitutiones*, quæ fere omnes de rebus ecclesiasticis decernunt, ut vel ex eorum titulis agnoscere est. Secunda agit de iis qui sacerdotio digni sunt ; tertia de cælibatu sacro ; quarta de sacro celebrando privatim, quinta de monachis testatoribus, sexta de pueris in monasteriis admittendis, septima decernit ne clericus denuo profanus fiat ; et sic porro. Paucissimis igitur exceptis, Novellæ constitutiones Leonis omnes ad jus illud civile-ecclesiasticum pertinent, quod a *Patrologia* nostra alienum esse minime voluimus. Cum autem major pars soleat ad se trahere minorem, paucas illas constitutiones quæ de rebus mere civilibus tractant, non abjecimus, ne collectio Novellarum Leonis, quæ veluti unus liber servata est, quasi manca prodiret.

Leo Sapiens in suis Novellis antiquum jus orientale quoad multa immutavit. Attamen, si fides recentioribus juris Orientalis peritis adhibenda est, leges a Leone scriptæ et promulgatæ nec diu in usu fuerunt, nec magna auctoritate in foro gavisæ sunt (1) ; quanquam ob doctrinæ copiam et singularem prudentiam quibus scriptæ fuerunt et a jurisperitis lectæ, et ab omnibus in pretio habitæ sint. Et revera theologi, canonistæ et historici eas utiliter perlegent.

Hæc de secunda parte operum Leonis Sapientis dicta sint.

In tertia parte continentur auctoris carmina et oracula, de quorum elegantia ac veritate alii judicent. Judicium quod de eloquentia poetica Leonis doctissimus Matranga interposuit, eidem parum favet. — « Ex his, ait, quæ ad nos pervenerunt (*a*) Leonem mediocrem fuisse poetam satis superque comperitur : ipse tamen, invita Minerva, quamplurimas sacri argumenti composuit odas. Inter deperditos auctores, quos codex Barberinianus continebat, et quorum indiculum 1840 edidi cum Anacreonticis S. Sophronii (*b*), connumeratur Leo Sapiens, cujus erant XLI odaria κατανυκτικά (*c*). Hujusmodi titulus cum IV tantum strophis mihi occurrit in cod. Vat. 207, integram vero oden sacra mœstitia et compunctione refertam, a cod. 263 Vindobonensi conservatam, mihique missam a cl. Cæsareæ Bibliothecæ præfecto, hic imprimendam curavi. »

Cum primum de edendis Leonis Sapientis *Tacticis* ageretur, ea tantum loca seligere vo-

(1) *Histoire du droit byzantin et du droit romain, dans l'empire d'Orient depuis la mort de Justinien jusqu'à la prise de Constantinople en* 1453, par J. A. B. Mortreuil, avocat à Marseille. Paris 1844, t. II, p. 317 : *Autorité des Novelles de Léon.*

(2) Matranga *Anecd. Græc.* t. I, præf. p. 27, Romæ 1850.

(*a*) E cod. 1650, pag. 99, 2.

(*b*) Conf. Catalogus urbium in Allatii notis ad G. Acropol. pag. 241.

(*c*) Est Πήδασος in Allatiano Catalogo.

(*d*) Dicitur et Ἱερισσός : conf. Allatii Catal., et Bullialdi nota ad Ducam pag. 247.

(*e*) Conf. Lydus *De mens.* pag. 67 ; quem Lydi locum indicaverat tunc ineditum Allatius ibid. pag. 242, ut et alium de Mileto, olim Anactoria, qui exstat pag. 94.

(*f*) De Gepidis vide not. ad Herodianum Epimer. pag 14.

(*g*) Estne Persicum nomen *Tauris?* Sed urbi Daræ nullo modo convenire videtur.

(*h*) Arabicum illius urbis nomen, *Mefarekin*, exhibere voluit scriptor Græcus litteris Græcis. Vide Sammartanum *Mem. de Armenia*, t. I, pag. 96.

(*i*) Scilicet *Halep.*

(*j*) Deest nomen recentius, forsan Βάρνα, etsi eam synonymiam præstare nolim.

(*k*) E cod. 1650, pag. 96, 2.

(*l*) Vide Cedren. pag. 671, Bulliald. ad Ducam pag 278.

(*m*) Confer. Catalogus Allatii pag. 241.

(*n*) De Amida eruditissime, ut solet, disseruit Sammartinus *Memor. de Armenia*, tom. I, pag. 139 seq.

(*a*) Cf. Anth. l. IX, 200-3, 15, 561, 578-9, et Hoffmannum Lex. bibl. t. III, p. 5.

(*b*) *Spic. Rom.* t. IV, pag. XXXVIII. Postquam apographum Allatianum n. 379 signatum cum archetypo cod. 246 bibliothecæ Barberinianæ an. 1839 diligenter contuli, ut monui in præfatione ad Sophronii Anacreontica p. XX, ubi illustrissimi principis et humanissimi bibliothecæ præfecti comitatem laudavi, *Barberinianum* appellare placuit.

(*c*) Vocabulum in libris ecclesiasticis Græcorum usitatum, melos significat aptum ad compunctionem excitandam.

lebamus, quæ de servanda religione et observandis officiis moralibus agebant; et a primo *Tacticorum* editore, Protestantium sacris addicto, dissimulata et suppressa fuerant. Ea ex codicibus mss. diligenter collegerat P. Possevinus (1). At postea, mutato consilio, ne opus truncum evaderet, *Tactica* integra descripsimus ex editione Lamiana operum Meursii tom. VI, p. 535-920, quæ anno 1745. Florentiæ prodiit, additis etiam fragmentis ineditis quæ nuperrime in Germania typis commissa sunt.

Sicut jam supra innuimus, opera non pauca Leonis Sapientis inedita supersunt in præcipuis Europæ bibliothecis; ea quæ nobis innotuerunt hic breviter recensebimus.

Homiliæ viginti octo, et Epistola paræneticа habentur in cod. Paris. 1201. Catal. t. II, p. 250.

Ex ineditis homiliis Allatius sequentes enumerat et earum initium recitat :

1° *Homil. in S. Tryphonem*, Contra Hottinger p. 168, *et de scriptis Symeonum* p. 91.
2° *In S. Demetrium Homiliæ duæ*, Contra Hottinger. p. 170.
3° *Hom. in S. Clementem Ancyranum*, de Symeonum scriptis, p. 81.
4° *Hom. in S. Præcursoris natalem*, loc. cit. p. 83.
5° *Hom. II in Transfigurationem Domini*, loc. cit. p. 91 et 106.
6° *Hom. in Nativitatem Christi*, loc. cit. p. 96.
7° *Hom. II in principium Jejuniorum*, loc. cit. p. 96 et 114.
8° *Hom. in Eliam Prophetam*, loc. cit. p. 97.
9° *Hom. in S. Stephanum, protomartyrem*, loc. cit. p. 100.
10° *Hom. in templi consecratione*, loc. cit. p. 101.

Homilia in Theophaniam, de qua Allatius *De Symeonum scriptis*, p. 108, non distinguenda est ab *homilia in Annuntiationem*, quam nos tertio loco pag. 21 edidimus, ex *Auctario* Combefisiano p. 1632.

Homilia in magnum Sabbatum, de qua Allatius, loc. cit. p. 116 scribit, ea est quam nos ex *Auctario* Combefisiano p. 1675, octavo loco, pag. 75 dedimus.

Præcepta moralia, cum interpretatione, habentur in bibliotheca Vaticana, teste Baronio. Servantur etiam in codicibus Bodleianis.

Capita de virtutibus, in cod. Paris. 396, n. 32.

De sortibus, in cod. Laurent. ap. Bandini *Catal. Laurent.* t. II, p. 42, et t. III, p. 339.

Canon in festum Palmarum, in cod. Taurinensi 291, ap. Pasini *Codices Taurin.*, t. I, p. 388.

Canon in Occursum Domini, ibid.

Odarium catanucticum, ibid., et in Cat. bibl. Vindobon, part. 1, pag. 374.

Carmina in S. Clementem Ancyranum, indicantur ap. Lambec. t. V, p. 128, quorum specimen tantum edidimus.

Versus ænigmatici de Christo habentur in cod. Gr. Gale, n. 5884, biblioth. Bodleianæ.

Lambecius, ed. Kollar. t. VI, part. II, p. 768... 7° indicat Leonis *Vaticinium* quod inter edita desideratur.

Du Cange scribit se in conficiendo Glossario suo, usum esse libro Græco qui inscribitur: Αἴνιγμα λέξεων Λέοντος τοῦ σοφωτάτου συμβολικῆς ἐν Βυζαντίῳ λέξας, et quem Leoni Sapienti tribuit.

Baronius in notis ad *Martyrologium Romanum*, 8 Decembris, et Maracci, in *Mariali* Leonis, asserunt exstitisse in codicibus Sfortianis, Leonis Sapientis *Homiliam in Conceptionem sanctæ Annæ*, quam deperditam esse autumant. At, ni fallor, homilia hæc exstat, et ab H. Maracci et a Combefisio et a nobis primo loco edita est. In ea enim Leo fere totus est in laudanda conceptione et nativitate beatæ Mariæ Virginis; gratias et dona quibus ab ipso suo ortu cumulata est diligenter enumerat et extollit; subinde etiam summum privilegium Immaculatæ Conceptionis, verbis quasi expressis, enuntiat. Putamus igitur primam hanc homiliam eam ipsam esse quam Baronius et Maracci desiderabant.

Hæc de persona et scriptis Leonis Sapientis adnotanda habebamus.

B..... 12 Martii 1861.

J-B. M.

(1) Possevini *Bibliotheca selecta*, lib. I, cap. 24, ed. Romanæ, an. 1595.

PROLEGOMENA.

I

VITA LEONIS IMPERATORIS

COGNOMENTO PHILOSOPHI

Ex probatis auctoribus collecta cura et studio Hippolyti MARACCI *.

Leo imperator Constantinopolitanus (1), hujus nominis VI, aliis V, Basilii Macedonis imperatoris (2) (quem Michael imperator (3), quod prolem ex se naturaliter procreatam nullam haberet, in filium adoptaverat, et post etiam diademate cinxerat) filius secundo genitus, a rerum divinarum humanarumque scientia cognomento Philosophus, seu Sapiens dictus est (4). Fratrem habuit natu majorem, nomine Constantinum, cujus obitu cum Basilius pater inconsolabili dolore afficeretur, factum est, ut Theodori Euchaitarum episcopi, cognomine Santabaren, præstigiis et necromantia, ejusdem filii (uti percupiebat) potiretur aspectu (5). Fecit enim, ut specie imaginaria Constantinus eques patri quadam in silva obviam fieret, quem ubi visus sibi fuisset imperator, et complexus, et osculatus esse, mox evanescentem ex oculis amisit. Quo, et aliis similibus factis Santabarenus Basilio imperatore in admirationem adducto, effecit, ut is totus ex ipso penderet, et fidem ei haberet, neque ulla in re diffideret. Sed Leo filius ejus, jam adultus, disciplinis omnibus eruditus, atque a patre imperator salutatus, Santabareno non delectabatur; verum eum veneficum appellabat, et præstigiatorem, et imperatoris deceptorem. Iis ille veluti spiculis quibusdam ictus, ad ultionem insurgit, simulataque erga Leonem benevolentia, *Cum sis, inquit, adolescens, imperator, et cum patre veneris et equites, pugio etiam tibi deferendus est, quo et contra feram utaris, et patri porrigas, cum res tulerit: aut etiam insidiatores ejus ulciscaris.* Is dolo non animadverso, pugionem, ut ille suaserat, in calceo fert. Eo pugione Santaberenus ad delationem Leonis usus, *Imperator*, inquit, *filius tuus tibi insidiatur. Indicio illud est, quod in venatu pugionem occultum gerit.* His auditis, venatum exit Basilius; Leo patrem comitatur, inventus est pugio in calceo Leonis occultatus, visus est vera dixisse delator; rei defensio non admittitur, ardet iracundia pater contra filium, in quodam imperatorio cubiculo ipsum includit, et (ut quidam tradunt) ei oculos eruere in animo habebat, Santabareno ad id eum instigante, idque omnino futurum fuisse, nisi patriarcha, et princeps senatus, multis precibus imperatorem a sententia deduxissent. Atque hæc sane calamitatum fornax, et malorum conflatorium, Leonem probarunt auro similem esse, cui nihil æris subesset. Hinc orti ploratus et ejulationes matris, sortem filii lamentantis, et apud patrem pro eo deprecantis. Sed erat durus, et instar saxi emolliri non poterat, imo æque parum ac adamas ab amore naturali erga filium flectebatur. Adhibebantur mulierculæ lamentatrices, quæ præficarum in morem nænias quasdam lugubriter accinerent, et calamitatem Leonis acerbe deplorarent. Domus universa nihil erat aliud quam luctus. Septem fere annorum spatio Leo in carcere detentus est; cumque senatus sæpe pro ipso voluisset deprecari, et variis de causis prohibitus fuisset, tandem opportuna oborta est ei occasio qua posset, quod in animo habebat et studiose curabat perficere. Erat quædam avis in regia, in cavea inclusa, ad spectaculum et oblectationem audientium et videntium (psittacus avi est nomen, quæ humanam vocem imitans multum loquitur), quæ quidem sive ab aliquo edocta, sive alioquin casu, sæpe: *Heu, heu! domine Leo*, pronuntiabat. Cumque aliquando lautum fecisset imperator convivium, et accersiti principes senatus cum eo simul essent, avisque sæpe id, quod modo dixi mus, loqueretur: mœsti convivæ a cibis abstinentes, cogitabundi sedebant. Quod animadvertens

NOTÆ.

(1) Constantinus Manasses in Annalibus.
(2) Georgius Cedrenus in *Compendio Historiarum*.
(3) Michael Glycas in Ann. part. 4.
(4) Jo. Zonaras in An. tom. III.
(5) Card. Baron. in *Annal. Eccles.* t. X.

* In *Mariali Leonis*, quod Romæ edidit anno 1651.

imperator, causam ab eis, cur non comederent, A percontabatur. At illi perfusi lacrymis : *Quem cibum*, inquiunt, *o domine, comedemus, cum rationis præditi simus, et domini nostri studiosi habeamur? Nam hoc animal ratione carens suum dominum requirit; nos autem genio indulgentes, dominum, qui nihil peccavit, obliti sumus. Qui si peccasse convincitur, et in parentem dexteram armasse, omnes nos manu nostra eum interficiemus, neque ejus unquam explebimur sanguine : si vero de quibus accusatus est, calumniam coarguit, quoad lingua calumnians tantum in ipsum poterit?* Mollitus igitur talibus verbis imperator, tunc ipsos sedere jussit, seque rem diligentius spopondit exploraturum. Neque sane multo post ad suum ingenium rediens (reveritus ne forte natura magis expers esse com- B miserationis, quam avicula videretur) e custodia eductum sibi præsto esse jubet filium, ademptaque ei lugubri veste, et supervacua, quæ in luctu excreverat, coma, pristinum ei imperii honorem restituit. Neque sane multo post diarrhœæ morbo correptus, instituto hærede et successore filio suo Leone, filiorum superstitum natu maximo, decessit e vita; atque una cum hæreditate eidem filio suo Leoni imperatori egregia monita scriptis reliquit, sexaginta sex capitibus comprehensa, quorum principes litteræ hanc efficiunt sententiam : *Basilius in Christo Romanorum imperator, Leoni, charo filio, et imperii collegæ.* Exstantque e Græco fonte in alveum Latinitatis deductæ apud Margarinum Bigneum tomo V *Bibliothecæ veterum PP.* in fine. Ea autem C monita Leo accipiens, et custodire laborans, consecutus est præ cæteris, inquit Baronius (6), illud insigne nomen, ut meruerit cognomento Philosophus appellari, quasi per eum illam felicitatem Orientale sit Imperium consecutum, quam ille pollicitus est sapiens, si vel philosophi regnent, vel si reges philosophentur.

Defuncto itaque Basilio imperatore, eodem die Leo ejus filius imperium moderandum suscepit : qui mox occasione captata, quod Photius patriarcha Constantinopolitanus, cum Santabareno consilium iniisset de eligendo in imperatorem cognato ipsius Photii, eum e throno deposuit, relegavitque in monasterium Armenorum, in ejusque locum, D germanum suum, nomine Stephanum, subrogandum curavit. Impostorem vero illum Santabarenum flagris cæsum, oculis privavit, et Athenas in exsilium misit; hominem secta Manichæum, professione magum, simulatione vero Christianum, et imposturis, quibus miracula affectabat, a Basilio imperatore creditum sanctum. Verum pluribus annis elapsis hominem ab exsilio revocatum benigne tractandum curavit. Porro substitutio Stephani in locum Photii haud ita perfunctorie facta est, inconsulto Romano pontifice Stephano VI. Nam ab eo, ut dispensaretur, quod ordinatus fuisset a Photio diaconus, opus erat; et lex erat ecclesiastica, ut ordinati a Photio cessarent omnino, nec majori gradu elevarentur. Unde in codice Columnensi num. 45 signato, post recitatas litteras Stephani papæ ad Basilium imperatorem, Photii defensorem, subjicitur : « Hæc epistola ad Basilium imperatorem missa fuit, sed illam accepit Leo ejus filius, cum jam pater vita functus esset. » Qui cum epistolæ vim intellexisset, et omnia Photii facinora cognovisset, quamprimum revocavit omnes sacerdotes veritatis, qui a Photio, anathemate damnato, graves passi fuerant persecutiones, et ejecto tyranno et invasore Photio, fratrem suum germanum introduxit, advocato etiam Styliano, Neocæsareæ metropolita, cognomento Mapa, et aliis ejus in persecutione commilitonibus, episcopis, præpositis, presbyteris, diaconis, et aliis pietatis sectatoribus, ait illis : *Nostrum ex Deo imperium, perpensa veritate, iniquum illum hominem Photium a sede patriarchali ejecit, et vestram persecutionem sedavit : nec ullo pacto cogam quemquam vestrum ut inriti cum illo communicetis; quin potius oro pietatem vestram ut communicetis cum fratre meo, et fiat unum ovile. Sin autem inconsultis Romanis, qui Photium damnaverunt, nolueritis fratri meo convenire, quoniam videlicet a Photio diaconus fuit ordinatus; venite, scribamus et mittamus una Romam ad pontificem, ut dispenset absolutionem anathematis iis qui a Photio fuerunt ordinati.* » Scripsit igitur propterea imperator ad Pontificem, similiter etiam Mapa metropolita Cæsareæ, et ejus socii. Sed cum horum in præcitato codice exstent litteræ, Leonis tamen desiderantur. Cæterum quod petebatur, ut dispensaretur cum Stephano, germano imperatoris, qui subdiaconatum suscepisset a Photio, dispensatum fuisse et, ut oportuit, rei consultum ab ipso Romano pontifice, existimandum. Nam ille sedisse, atque cum ipso idem Stephanus papa communicasse invenitur.

Interea Andrea exercituum præfecto, allisque senatoriis viris multis Chrysopolim ad Philippici monasterium missis, cum cœtu sacerdotum, cereis facibus, atque aromatibus, cadaver Michaelis imperatoris (qui Basilium patrem suum in filium adoptaverat, et diademate cinxerat) sepulcro educi, in arca cupressina poni, imperatorioque splendore velatum, Constantinopolim Leo afferri jussit, ibique cum cantu et hymnis exceptum, usque ad ædem Apostolorum deduci ordinavit, in qua in marmorea arca repositum est, comitantibus pompam etiam fratribus imperatoris, Alexandro, et patriarcha Stephano.

Cum Hagio Longobardiæ dux, regis Franciæ gener, cognita Basilii imperatoris morte, a societate Romanorum descivisset sibique totam ditionem vindicasset, contra eum Leo Constantinum patricium mensæ præfectum cum Occidentalibus misit

NOTÆ.

(6) Baronius ad ann. 886.

copiis, licet commissa pugna Constantinus succubuerit, vixque cædem ipse evaserit, exercitu suo occidione deleto. Duos tamen fortissimos duces in Orientem emisit, Eustathium stirpis Argyrorum, et Andronicum genere Ducicam, qui multas de Agarenis victorias reportarunt. Sed cum bellum acerrimum inter Bulgaros et Leonem nostrum excitatum esset, idemque per plures annos propagatum : Turcas et Hungaros adversus eosdem vocavit Leo, Simeone Bulgarorum rege validissime resistente. Ex quo factum est, ut dissoluto inter Bulgaros et Constantinopolitanum imperatorem pacis vinculo, æque spiritualis præfectura, quam Græci sibi vindicaverant, e medio tolleretur, iidemque Bulgari Romanæ Ecclesiæ, a qua donis et blanditiis Græcorum desciverant, se sponte subjicerent.

Fuere Leoni uxores omnino quatuor, quas ordine et successive duxit, non a libidine victus, sed ingenti procreandæ sobolis desiderio, quo liberos ex se natos conspiceret. Prima fuit Theophanon, *seu Theophania*, Constantini filia : *secunda* Zoe Zautzæ filia : tertia Eudocia Opsiciana ; quarta, Zoe Carbonopsina, ex qua filium Purpurigenam seu Porphyrogennetam genuit, cui nomen Constantini datum. Ultimæ tamen uxoris nuptias Nicolaus patriarcha benedicere recusavit, sed et Thomam presbyterum, qui benedixit, presbyteri honore privavit, quin insuper ab ingressu ecclesiæ imperatorem prohibuit. At quomodo se habuerit quadrigamia ista Leonis in conjugum successione, sic accipe ex præambulis Constantini in Porphyrogenito ad edictum unionis (7). « Imperator ille doctissimus Leo primam quidem uxorem habuit sanctam Theophanonem, ex qua filiam procreavit, sed ea cito rebus humanis excessit. Itaque cum hæc sancta mulier migrasset ad Dominum, Zoæ styliani Tzautzæ, qui ex proceribus et amicis imperatoris erat, filiæ jungitur. Illa quoque brevi temporis spatio sine liberis exstincta, tertiam duxit uxorem Eudociam, ex Opsicii provincia oriundam olim dicta Mæonia, formæ nomine selectam, quæ in puerperii doloribus una cum infante moritur. Imperator autem ineffabili dolore correptus, quod nullos sustulisset liberos, eorum gignendorum desiderio quartam quoque duxit uxorem Zoam Carbonopsinæ filiam, quæ ei Constantinum parit. Verum patriarcha Nicolaus, et metropolitani imperatorem ab Ecclesia segregant, eamque segregationem nonnulli pontificum brevi spatio definiendam, non in longum tempus extendendam aiebant, illis in hoc non assentientibus. Itaque dissidia inter eos erant magnaque seditio: atque imperatorem magnopere deprecantem et orantem alii recipiebant, alii contumaciter rejiciebant. Cum autem princeps ipse prudens esset, atque unde discordia pontificum orta esset, haud ignoraret, loco patriarcham Nicolaum movet, Ecclesiæque finibus expellit ut mendacem, et qui multoties quidem jurejurando confirmasset ac promisisset se imperatori gratiam pœnæ facturum, ac totidem vicibus animum mutasset, remque data opera extraheret. Ejus loco patriarcham constituit patrem suum spiritualem Euthymium, virum multis annis exercitatione solitaria nobilitatum, denique prophetici spiritus participem. Is imperatorem a pœna facit immunem, atque a vinculo diuturno liberat, et ad communionem admittit. » Hæc ibi. Leo autem Allatius, de Ecclesiæ Occidentalis et Orientalis perpetua consensione, lib. II, cap. 7, num. 3, rem in hunc modum ex antiquis monumentis narrat : « Leo Basilii filius, quod ex tribus ductis uxoribus nullos sustulisset liberos, sobolis habendæ desiderio, quartam quoque duxit Zoen Carbonopsinam, quæ ei peperit Constantinum. Hanc ob causam a patriarcha et aliis excommunicatur. Cum vero de absolutione non conveniret, aliis eam non diutius protrahendam asserentibus, aliis non assentientibus, magna dissidia inter eos orta sunt ; ideoque ad pontificis Romani judicium concurrunt : a quo cum quartæ Leonis nuptiæ approbarentur, patriarcha non assentiens in exsilium mittitur, et Euthymius in ejus locum subrogatur ; qui ita annuente summo pontifice imperatorem a vinculo liberat, et in communionem admittit. » Hactenus de Leone Leo. Cætera tanti principis acta prosequamur.

Cum aliquando imperator Leo una cum Zoe uxore sua in prædio ageret, quod Damiani vocatur, et domesticus quibusdam aliis conspirantibus ei insidias strueret : Zoe murmura conjuratorum inaudivit ; statimque Leo excitatus, conscenso navigio a Fontibus in palatium trajecit, ac Joannem quidem Biglæ Drungarium, quod ab eo indiligenter esset custoditus, loco movit.

Porro Basilius imperatoris Epeicta, cum eadem Leoni machinaretur, arcanum suum Samonæ exposuit cubiculario, origine Agareno. Samonas statim imperatori totam insidiarum rationem detexit. Imperator illico Basilium in Macedoniam amandat, veluti Zoæ imperatricis amitæ suæ, e vivis egressæ, ibi justa curaturum. Paulo post revocatum inquisitioni subdidit, convictumque per mediam urbem in triumpho duxit, Athenasque relegavit. Inde universo senatu convocato, quæ erant a Samona ipsi delata indicia exponit, eumque senatores laudant, et summo dignum honore pronuntiant. Et Samonam Leo statim Protospatharii munere decorat, sibique familiarem asciscit.

Cum Constantinum Andronici filium quamdam ad expeditionem cum copiis ablegaret, per triclinium hominem educens, oculis in Christi ac Deiparæ imagines defixis, quæ supra portam erant collocatæ, his verbis usus est : Caveto, Constan-

NOTÆ.

(7) Apud Baronium ad an. Christi 901.

tine, nomen ne tibi tuum imponat, neve fretus illo, A potiturum te Romanorum imperio putes : nam meo filio Constantino divinitus imperium reservatum est; quod equidem perspectum habeo, significatum mihi divinis ab hominibus futura prospiciendi vi præditis. Quapropter scire debes eventurum, ut si tyrannidem ad te rapere conatus fueris, caput tuum absque corpore per hanc ipsam portam ingrediatur. Huic vaticinio deinceps eventus respondit. Nam post Leonis obitum Constantinus tyrannidem affectans, occisus est, ac deinceps erat videre cruentum caput ejus per illam portam inferri.

Accidit id temporis maximus solis defectus, cujus causa Pantaleontem Synadensem pontificem ad se imperator arcessivit, hominem astronomiæ B peritum. Is rogatus, quem illius eclipsis effectum fore statueret, respondit, alteri ab imperatore personæ casum adversum portendi. Quin etiam Samonas Agarenus, a Leone officio cubicularii ornatus, quem Basilii Epeictæ insidias eidem Leoni detexisse docuimus, sapientem hunc virum peculiariter abductum, de re tota consuluit, et futurum agnovit, ut ipsi calamitas accideret; verum omnino Junii tertio die salvum evasurum, nec ab eo tempore quidquam illi rei molestæ eventurum. Nondum præstitum hoc tempus advenerat, cum Samonas e loco suo deturbatur atque raditur; nam et calumniis imperatorem circumvenire ferebatur, et insolenter semet gerere.

Cum die Penteeostæ sacro, ex antiqua impera- C torum consuetudine, solemni cum pompa ad ecclesiam Sancti Mocii martyris procederet Leo, atque templum, jamjam sacris januis vicinus, ingredi vellet : vir quidam immanis, iis similis qui malis a geniis agitantur, tam gestibus quam vultu inconstans, in imperatorem prosiliens, gravi ac valida clava caput ejus verberavit, adeoque subito, ut ipsum interfecisset, ni pars extrema clavæ in suspensum candelabrum impacta, vel dimidiam impetus vim amisisset. Tum de Leonis capite profluere sanguis copiosus, et viri principes in fugam sese conjicere. Et quia frater ejus Alexander non aderat, apud plerosque suspicio invaluit, eum insidiarum fuisse conscium. Sed qui id facinus ausus fuerat, comprehensus coactusque tormentis ad D indicationem eorum quos facinoris conscios haberet, nihil dicere poterat, morbo graviter hominem vexante. Tandemque manibus ac pedibus amputatis, in circi funda crematur, et solemnis illa processio eo tempore desiit. Hæc cum vir quidam sanctus, quique divino spiritu futura prospiceret, ac variis donis ornatus esset, nomine Marcus, imperatorem gravi dolore correptum cerneret, existimantem aliquid amplius mali consecuturum, verbis medicinam ei faciens, tanquam mitigante dolorem pharmaco, dixit : *Noli hoc iniquius ferre, aut irasci, imperator : nam vates David hoc tibi adversi eventurum prædixit hoc versu : « Quanta malignatus est inimicus in sancto tuo : et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solemnitatis tuæ* [1] ? » *Noli, quæso, appetiisse tibi vitæ finem arbitrari, nec animum tuum cogitatio de morte subeat, nam tibi tam vitæ quam imperii decem adhuc anni cœlesti a manu concessi sunt.*

Hæc ille fatus, obticuit. Neque multo post imperator, et animi dolore liberatus est, et ex vulnere convaluit. Marci quidem vaticinium minime fuisse vanum eventus comprobavit; nam post decem annos eo ipso mortuus est die, quo plagam hanc accepit.

Constantinopoli in honorem primæ suæ uxoris Theophaniæ pulcherrimum de ejus nomine templum, vicinum Ædi apostolorum ædificavit Leo, in eoque corpus illius reposuit; magnæ enim sanctitatis femina habita est Theophania, adeo ut edidisse quoque miracula feratur, quorum gratia ubi defuncta est, inter sanctos a Græcis adnumerata est, die 16 Decemb., hoc eloglo :

Beatæ Theophaniæ, Leonis sapientissimi principis sponsæ, memoria.

« Beata Theophania Constantinopoleos fetus et regina, Constantini filia fuit illustris, trium imperatorum consanguinea. Cujus mater Anna similiter erat sterilis, ut illa prior Anna Samuelis prophetæ genitrix. Sed cum viro frequenter orans sanctam dominam nostram Dei Genitricem, quæ præsertim ad Bassi colebatur, sanctam concepit Theophaniam, et natam virtutibus instruxit, litteras quoque docens. Cum vero Basilius illustris imperator filio Leoni sapientissimo vellet uxorem conjungere, nec hac meliorem inveniret, ipsam illi desponsavit. Coronata, et imperatrix effecta, pauperum tamen non obliviscebatur, sed solitam retinens virtutem, et eleemosynam, Deo, qui sibi cœlorum quoque donavit regnum, pie famulabatur. » Hæc ibi.

Idem Leo aliud quoque templum condidit divo Lazaro sacrum, inque eo Lazari et Mariæ Magdalenæ reliquias Epheso allatas condidit. In urbe, quæ ad Charsianum sublimis erat, in parte meridionali, loco, cui Farræ nomen, magno impendio instauravit templum Sancti Thomæ apostoli, quod incendium in cinerem ac favillam redegerat. Sed et in Nossiis monasterium ædificavit de nomine Servatoris, idque cum Euthymio patriarcha dedicavit.

Statuit inter alia, ut pridie ejus diei quo prælium et certamen esset ineundum, curare deberet dux exercitus per sacerdotem universum exercitum expiari aqua lustrali, vel benedicta; et præterea, ut quotidie, mane et vespere, universus exercitus dicere deberet Trisagium hymnum.

Mariæ, Virginis incomparabilis, ac Dei Geni-

[1] Psal. LXXIII, 23.

tricis sacrosanctæ, quam magnus eximiusque fuerit orator, ex iis quæ scripsi in Cæsaribus Marianis cap. 8, atque ex luculentissimis ejus orationibus, in Mariana Bibliotheca enumeratis, atque in hoc Mariali adductis, quas ipse de ejus festis et laudibus non solum piissime doctissimeque scripsit, sed ex superiore loco, et in circumfusa multitudinis corona magno cum plausu dixit, perspicuum est. Dignus propterea qui inter præcipuos Deiparæ Virginis encomiastas jure merito numeretur, atque a Græcia, eloquentiæ quondam alumna, et artium parente optimarum, multo jactetur honestius, quam ii qui ab eadem olim cum fastu memorabantur. Vice munerum et oblationum, quas Mariæ ex animo offerebat, ab ipsa postulabat, non vitæ longitudinem (non enim adeo eam amabat, neque insatiabili desiderio hujus amaræ navigationis, et quam conjunctam habet, agitationis tenebatur), sed si ita decretum, ut ex hac vita subduceretur, largiretur, uti peccatorum pondere levaretur; quod si diutius in carne manendum esset, concederet, ut fructuose gregem pasceret, simulque secum ipsa pasceret, duceret et educeret, ne in illo operum omnium accurato examine, propter subditos, damnationis sententia adversus se ferretur. Nihil suum, sed linguam, orationem, et regnum, et si quod aliud, id omne beatæ Virginis curæ et benevolentiæ munus ducebat. Et ut servaretur insidiis rapacium ferarum superior, nutrireturque in vivificis pascuis pietatis, et cum opus esset hinc emigrare, in salutaribus atriis quietem nancisceretur, ubi timor nullus, nullæ turbæ, aut sollicitudo insidiarum, sed plena requies, et tranquillitas, et exsultatio, eamdem beatam Virginem intentissime deprecabatur. Ipsam etiam beatam Virginem adjutricem suam appellans, se semper a puero ab ea protectum gloriabatur; quam insuper enixe orabat, ut se semper protegeret, nec sua defensione destitueret : sed alis obtegens, quibus ab initio fovit, vitæ cursum ad optimum dirigeret finem, simul administrans imperium, quod administrandum ipsa sequestra dederat, servans ei eximiam filii sui hæreditatem, et perficiens (quod omnibus ille præferebat) populi sui electi, gentis sanctæ salutem. Sed præter Orationes in sacrosanctæ Deiparæ laudem commendationemque elucubratas, plura etiam alia præstantissimi ingenii monumenta cum gloria transmisit ad posteros sapientissimus imperator. Exstant enim sub ejus nomine in bibliothecæ Vaticanæ codicibus Græce mss. ut refert Baronius, tomo X ad annum Christi 911 :

Centum et tredecim *Novellæ Constitutiones diversorum argumentorum.* — *Præcepta moralia, una cum interpretatione.* — *De instruendis aciebus Commentarius.* — *Ænigmata.* — *In admirabilem et gloriosam Ascensionem Domini* oratio una. — *In Spiritum sanctum, quod propria auctoritate adoptionem filiorum Dei hominibus largitus est*, oratio una.—*In omnes sanctos* oratio una. — *In magnum apostolum orbis Paulum*, oratio una.— *In gloriosum prophetam Eliam*, oratio una.—*In gloriosam Domini Transfigurationem*, orationes tres. —*In Decollationem præcursoris*, oratio una.—*In Exaltationem S. Crucis*, oratio una.—*In admirabilem et gloriosum Domini discipulum Thomam*, orationes duæ.—*Quando domus imperatoris fuit consecrata*, oratio una. — *In sanctum Joannem Chrysostomum*, oratio una. — *In fulgentissimum Ecclesiæ lumen Nicolaum*, oratio una. — *In S. Stephanum*, oratio una. — *In SS. Lumina*, oratio una. — *In S. Clementem Ancyranum*, oratio una. — *In gloriosum martyrem Tryphonem*, oratio una. — *In capite sacratissimi Jejunii*, orationes tres. — *In festum Palmarum*, oratio una. — *In Sabbatum sanctum*, oratio una. — *Oratio, vel Epistola paræneticа catholica*, ad quoscunque videlicet Christi fideles scripta, hortatoria ad bene sancteque vivendum, quam a Federico Metio Latinitate donatam affert Baronius loco supra allegato. Quæ etiam orationes omnes reperiuntur Græce mss. in Sicilia in bibliotheca Archimandritatus S. Salvatoris, ut patet ex catalogo dictæ bibliothecæ Messanæ confecto anno 1563.

Sed et in bibliotheca Bavarica exstant sub ejusdem Leonis nomine, Græce mss., ut in suo *Apparatu sacro*, tomo II, testatur Possevinus : *Hymni*, et *Acta* quædam Christi, et liber *De bellico apparatu*.

Et quidem *Acta* Christi prodiere in lucem, Latine facta a Jacobo Gretsero Societ. Jesu theologo, ex officina Adami Sartorii, anno 1600, Ingolstadii. Liber autem *De apparatu bellico*, quoniam a Joanne Checo versus ita fuerat, ut quæ ad religionem spectabant, vel dempta, vel depravata essent : Antonius Possevinus primum quidem in 1 libro selectæ suæ *Bibliothecæ* ex Græco exemplari, astum et dolos interpretis hæretici ostendit atque emendavit : deinde item in *Apparatu* suo *ad Humanam Historiam*, excusso Venetiis auctiore, ne quis tanti imperatoris nomine cum militibus quoque abutatur, quasi nec sacrum missæ sacrificium, nec reliquus orthodoxus cultus eo tempore exstitissent : quorum ille non tam mentionem facit, quam hortatur ut in expeditionibus rationem potissimum habeant.

Hujus etiam ex meditatione extremi judicii *Canticum compunctionis*, quod ex bibliotheca Bavarica Latine e Græco reddidit Jacobus Pontanus, prodiit Ingolstadii apud Adamum Sartorium anno 1603. In *Bibliotheca* autem *veterum PP.*, tomo III, exstat Epistola ad regem Saracenorum de Christianæ fidei veritate et Saracenorum impietate, hac inscriptione : *Leonis, cognomento philosophi, imperatoris Constantinopolitani, ad Omarum Saracenorum regem, de fidei Christianæ veritate ac mysteriis, et de variis Saracenorum hæresibus et blasphemiis, Symphoriano Camperio Lugdunensi, ex Chaldaica in linguam Latinam interprete.* Sed non dubito, quin alia plura in aliis bibliothecis lateant

sapientissimi imperatoris scriptorum monumenta, quæ aliquando Deo volente proferentur in lucem.

Cum autem doctissimus hic imperatorum, morbo correptus periculum minitante, administrato jam per viginti sex annos Romanorum imperio, mortem imminere sibi cerneret : advocato senatu, sic infit : *Caro mea, amici, morbo consumpta diffluxit, viresque defecerunt, ac fortassis vobiscum amplius non vivam, neque ad festum Resurrectionis Christi diem* (erat tunc jejunii Quadragesimæ tempus) *vitam perducam. Hanc itaque unam, et postremam a vobis gratiam postulo mihi dari. Recordamini, quam me vobis benignum præbuerim : atque ideo uxorem filiumque vobis commendatum habetote.* Senatus cum fletu atque ejulatu ostendit, se jactura hujus domini atque imperatoris incredibilem percipere dolorem; Augustæ autem et filio imperatori ita se fideles fore, ut vel millies pro eo sint, ita rebus poscentibus, mortem appetituri. Alexandrum fratrem, et Constantinum filium imperatores creavit, hoc solo in extremis respirationibus pronuntiato : *Alexandrum etiam (proh parcum malignumque tempus!) post tredecim menses video.* Volebat enim significare regnum Alexandri tantillum temporis duraturum; quæ sane Leonis vox minime vana fuit; nam Alexander voluptatibus et compotationibus indulgens, nec ulla re tanto imperio digna, vel opere, vel verbis perfecta, vel animo denique concepta, ceu flos solis efficacitate marcescens, extinctus est, et a morbis celeriter absumptus. Itaque solus imperium Constantinus obtinuit, ætatis adhuc teneræ puer.

Rebus excessit humanis anno salutiferæ Redemptionis 911, imperii 26, diei 11 Junii, seu ut alii volunt Maii, a Constantino filio imperatore in Historia de vita et rebus gestis avi sui Basilii Macedonis per Leonem Allatium Latinitate donata, dictus Leo mitissimus et sapientissimus; a Constantino Manasse in *Annalibus* appellatus revera doctrinæ studiosissimus, omni scientia copiose instructus, et omnibus disciplinis a puero excultus; atque a Joanne Zonara tomo III *Annalium* prædicatus doctrinarum omnis generis amator, et in doctrina de motibus siderum eorumque effectibus versatus. De quo præter auctores, quos supra memoravimus, cum laude meminere, Bellarminus in lib. *De script. eccles.* sæculo IX; Petrus Canisius, lib. V *De Deipara*, cap. V; Joannes Bonifacius, in *Historia virginali*, lib. II, cap. 12; Ferdinandus Quirinus de Salazar, in *Tract. de Conceptione*, cap. 42, sæculo X; Ludovicus Jacob a Sancto-Carolo, in *Bibliotheca pontificia* lib. II, et in Bibliotheca Cæsareo-Regia nondum edita; L. Claudius Clemens, in *Institutione Musæi* lib. I, cap. 25; Joannes Serranus episcopus Acernensis, *De Conceptione beatæ Virginis*, lib. II, cap. 23, num. 9; Gregorius Gyraldus, *De poetis historicis*, dialog. V; Laurentius Beyerlingh, in *Theatro vitæ humanæ*, variis in locis, aliique permulti. Nonnulli tamen cum Leone illo Byzantio, stirpe Morocharzaniorum, cognomento pariter Philosopho, confundunt, qui, ut referunt Cedrenus et Glycas, sub Theophilo imperatore floruit, et rhetoricam, philosophiam, arithmeticam, reliquasque scientias in Antro insula didicit, ibi versatus cum Michaele Psello præstante viro; ab eoque principiis tantum, et quibusdam præceptis dicendi instructus : neque tantum quantum desiderabat adeptus, monasteriorum per totam fere Græciam bibliothecas pervagatus, libros-que in eis repositos perquirens, atque scrutans, studioseque meditans, ad summum doctrinæ atque eruditionis fastigium pervenit, cum certo certius sit, Leonem illum usquequaque a nostro esse diversum. Nam ut alia inter eos discrimina, enumerata a Leone Allatio in sua de Psellis eorumque scriptis Diatriba, silentio premam, ille licet a tradendæ philosophiæ munere, sive præstantia, qua ipse in philosophicis alios superabat, cognomento philosophus, nunquam tamen fuit imperator Constantinopolitanus, sed archiepiscopus Thessalonicensis : quamvis postea, Simulacri-pordorum hæresi profligata, et ejus sectatoribus dejectis, ab episcopatu fuerit deturbatus. Noster vero Leo, quanquam ob omnis scientiarum generis perfectissimam cognitionem, et ob plurima, quæ etiam exstant in disciplinis omnibus laudabiliter conscripta, eodem Philosophi cognomento decoratus, nunquam fuit archiepiscopus Thessalonicensis, sed solum imperator Constantinopolitanus.

II

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΑ ΞΣ' ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΑΥΤΟΥ ΥΙΟΝ ΛΕΟΝΤΑ,

ἔχοντα ἀκροστιχίδα·

Βασίλειος ἐν Χριστῷ βασιλεὺς Ῥωμαίων, Λέοντι τῷ πεποθημένῳ υἱῷ καὶ συμβασιλεῖ.

—

BASILII IMPERATORIS
ROMANORUM

EXHORTATIONUM CAPITA SEXAGINTA SEX AD LEONEM FILIUM;

Quorum acrostichis sic se habet:

Basilius in Christo Romanorum imperator Leoni charo filio, et imperii collegæ.

(Banduries, *Imp. Orient.* tom. I, pag. 171.)

—

Περὶ παιδεύσεως. A *De litteris.*

Ὠφελές τι χρῆμα καὶ σπουδαιότατον, οὐ μόνον βασιλεῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἰδιώταις, ἡ παίδευσις. Καὶ γὰρ τοῖς κεκτημένοις αὐτὴν καὶ κατὰ σῶμα, καὶ κατὰ ψυχὴν τὰ μέγιστα ὠφελεῖ· τὴν μὲν διὰ τῆς μελέτης τῶν θείων λόγων· τὸ δὲ διὰ τῆς γυμνασίας τῶν κοσμίων ἔργων. Ταύτην οὖν σε, τέκνον ἠγαπημένον, ὁ πατὴρ ἐγὼ καὶ συμβασιλεὺς, ἡγεμονεύουσάν σου τὴν βασιλείαν ἔχειν νουθετῶ. Αὕτη γὰρ καὶ βασιλείαν κοσμεῖ, καὶ τοὺς βασιλεύοντας ἀειμνήστους ἀποτελεῖ. Ὥσπερ γὰρ ἡλίου ἐπὶ γῆς μὴ παρόντος, σκοτειναὶ τὰ πάντα καὶ ἀδιάκριτα, οὕτω καὶ παιδεύσεως ἐν ψυχῇ μὴ παρούσης, πεφυρμένα τὰ πάντα καὶ ἀδιόρθωτα. Δράξαι οὖν παιδείας, τῆς ἐναρέτου· μόνη γὰρ ἀρετὴ τῶν κτημάτων ἁπάντων ἀθάνατος.

Bona cum primis atque ad vitam recte instituendam perutilis res est litterarum cognitio, non solum regibus, sed etiam privatis hominibus. illis enim, qui sibi eas acquisiverunt, magnas affert commoditates et ad corpus et ad animum excolendum: hunc quidem studio sacrarum Litterarum, illud vero exercitatione bonorum operum. Quapropter, o mihi dilecte Leo fili, ego qui et pater et regni sum socius, admoneo, ut eam tibi imperii ducem adsciscas, quæ et regnis ornamento est, et reges immortalitate donat. Quemadmodum enim cum sol abest, obscura sunt omnia atque indiscreta, ita in animo nulla eruditione, nullisque litteris imbuto confusa atque inordinata jacent universa. Eam igitur capesse disciplinam quæ sit cum virtute conjuncta: virtus enim sola ex iis quæ possideri queunt, deperire non potest.

Περὶ πίστεως. B *De fide.*

Ἀρχὴν τοῦ βίου παντὸς καὶ θεμέλιον ὀχυρὸν κτῆσαι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν εἰλικρινῆ. Προσκύνει Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, Τριάδα ὁμοούσιον, ἀδιαίρετον καὶ ἀσύγχυτον, τὸν ἕνα καὶ μόνον Θεόν· καὶ τὴν ἐνσαρκον οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ Λόγου πίστευε, δι' ἧς ὁ κόσμος ἐκ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς ἠλευθέρωται, καθὼς ὁ τῆς μητρός σου τῆς Ἐκκλησίας ὅρος ἀναδιδάσκει. Αὕτη τῶν ἀρετῶν πασῶν ἡ τελείωσις. Αὕτη ἡ πίστις πάντων τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον. Ταύτην οὖν ἔχε παρακαταθήκην ἄσυλον, ἣ σοι γέγονε τροφὸς ἀπὸ σπαργάνων αὐτῶν. Ἐγώ σοι ταύτης ὑπῆρξα διδάσκαλος, μή με καταισχύνῃς πατέρα φιλόστοργον· ὀφείλουσι γὰρ οἱ μὲν ζωγράφοι τοὺς χαρακτῆρας ἀναστηλοῦν, οἱ δὲ τῶν βασιλέων παῖδες, ἐμ-

Amplectere sinceram in Christum fidem, quæ vitæ totius initium et fundamentum inconcussum est. Adora Patrem et Filium, et Spiritum sanctum: Trinitatem consubstantialem, indivisam, atque inconfusam, unum videlicet ac solum Deum: ac Verbi Dei humana in carne œconomiam, id est, incarnationem credas, per quam homines a peccati servitute vindicati sunt, quemadmodum Ecclesiæ matris docet institutio. Hæc est fides bonorum omnium summa, hæc virtutum omnium perfectio. Hanc penes te tanquam depositum inviolabile retineas, qua et ab ipsis incunabulis educatus es, cujus ego ipse tibi magister exstiti: ne me, quæso, amantissimum tui patrem

dedecore afficias : sicuti enim pictores corporum lineamenta, ita regum filii quasi vivæ imagines patrum virtutes referre debent.

De honore sacerdotibus habendo.

Sanam habe mentem in iis, quæ ad rectæ fidei doctrinam pertinent, et summo honore prosequere matrem tuam Ecclesiam, quæ te in Spiritu sancto lactavit, et tuo capiti ad Dei per Christum laudem imperii coronam mecum imposuit. Si enim quos natura tibi dedit parentes debes revereri, multo magis eos qui te in spiritu Dei genuerunt, omni pietatis officio colere debes : illi enim duraturam ad tempus vitam liberis per generationem impertiuntur; isti vero æternam per regenerationem largiuntur. Honora ergo Ecclesiam, ut tu vicissim a Deo in honore habeare; et sacerdotes ejus reverere tanquam spirituales patres, et deprecatores pro nobis apud Deum. Honor enim qui sacerdotibus habetur ad Deum refertur : et sicut propter te ministros tuos in honore habere justum est, ita et propter Deum sacerdotes ejus colere atque observare jus fasque est. Quemadmodum autem honor qui eis habetur ad Deum pertinet, ita eorum contumelia et contemptus longe etiam gravius ejus iram provocat.

De supremo judicio et retributione.

Persuasum habe corruptioni obnoxium esse mundum, quippe qui ortum habuit; sed post corruptionem rursus ad incorruptam integritatem esse reversurum; nihil enim eorum quæ a Deo creata sunt in nihilum unquam abibit, etiamsi peccati lapsus et nos et omnem simul creatam naturam mortali dissolutioni adjudicavit. Ea autem ratione incorruptibilem esse mundum admittens confitere etiam mortuos ab inferis excitandos esse, et justam exspecta judicationem omnium quæ quisque in vita sua gesserit : nihil enim mali impunitum divinam justitiam effugiet, nihil boni non suo præmio coronatum latebit. Sic enim statuere apud te debes, neque interitura esse unquam bonorum merita, neque malorum supplicia finem habitura, quoniam utraque perpetuo duratura sunt, et neutrius finis ullus futurus est.

De eleemosyna.

Limitem etiam mortis sæpe movet eleemosyna, sicuti vulgo fertur; vita enim potest emi pecunia, cum propter vitam salutemque nostram Deus se muneribus flecti patiatur. Divitias ergo caducas in terra profundens, immortales tibi concervas in cœlo, ut etiam quæ isthic sunt bona assequaris. Enimvero reapse inexhaustus est beneficentiæ thesaurus; dum enim dispergitur colligitur, et dum donatur recipitur : neque solum eos qui illum possident divites hic efficit, sed illic etiam beatos.

De diligentia et vigilantia.

In mente semper habeto parentum tuorum mores, et ad eorum exemplum vitam tuam studiose componito; neque enim oscitanter nos aut ignaviter in rebus gerendis versamur; sed ut vita nostra velut virtutis imago tibi proponatur sedulo agimus, inerA πνοι εἰκόνες τῆς τῶν πατέρων ἀνιχνεύεσθαι ἀρετῆς.

Περὶ τιμῆς ἱερέων.

Σῶον ἔχε τὸ φρόνημα πρὸς τὰ ὀρθόδοξα δόγματα, καὶ τίμα περισσῶς τὴν μητέρα σου τὴν Ἐκκλησίαν, ἥτις ἐν ἁγίῳ Πνεύματί σε ἐτιθηνήσατο, καὶ σὺν ἐμοὶ διὰ Χριστοῦ ἐν Θεῷ τῇ κεφαλῇ σου τὸ στέφος ἐπέθηκεν. Εἰ γὰρ τοὺς σαρκικούς γονεῖς ὀφείλεις αἰδεῖσθαι καὶ τιμᾷν, πολλῷ πλέον τοὺς ἐν πνεύματι Θεοῦ σε γεγεννηκότας ὑπερτιμᾷν. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ πρόσκαιρον τὴν ζωὴν τοῖς τέκνοις χαρίζονται· οὗτοι δὲ τὴν αἰώνιον ζωὴν διὰ τῆς ἀναγεννήσεως προξενοῦσι. Τίμησον οὖν τὴν Ἐκκλησίαν, ἵνα τιμηθῇς παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἱερεῖς αἰδοῦ, οἷα πατέρας πνευB ματικούς, καὶ μεσίτας ἡμῶν πρὸς τὸν Θεόν. Ἡ γὰρ τῶν ἱερέων τιμὴ εἰς Θεὸν ἀναφέρεται. Ὥσπερ γὰρ διὰ σὲ τοὺς σοὺς ὑπηρέτας τιμᾶσθαι δίκαιον, οὕτω καὶ διὰ Θεὸν τοὺς αὐτοῦ ἱερεῖς τιμᾷν, ὅσιόν τί ἐστι. Καὶ ὥσπερ ἡ εἰς αὐτοὺς τιμὴ ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναβαίνει, οὕτω καὶ ἡ εἰς αὐτοὺς ἀτιμία πολλῷ πλέον τὸν Θεὸν παροργίζει.

Περὶ κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως.

Ἴσθι πιστεύειν τὸν κόσμον εἶναι φθαρτόν, ἐπειδὴ καὶ γέγονε· μετὰ δὲ τὴν φθορὰν, εἰς ἀφθαρσίαν πάλιν μεταποιούμενον. Οὐδὲν γὰρ τῶν παρὰ Θεοῦ γεγονότων εἰς τὸ μὴ ὂν χωρήσει, κἂν τὸ τῆς ἁμαρτίας παράπτωμα ἅμα ἡμῖν καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν τῇ διαλύσει συγκατεδίκασεν. Ἄφθαρτον δὲ τὴν κτίσιν πάλιν, ἥγουν τὸν κόσμον, ἀπεκδεχόμενος, καὶ νεκρῶν C ἀνάστασιν ὁμολόγει, καὶ κρίσιν δικαίαν τῶν ἑκάστῳ βεβιωμένων ἀνάμενε. Οὐδὲν γὰρ κακὸν ἀτιμώρητον τὴν θείαν διαφεύξεται δίκην, οὐδέ γε καλὸν ἀστεφάνωτον διαλάθῃ. Μήτε γὰρ τὰ τῶν ἀγαθῶν γέρα λογίζου θνητὰ, μήτε μὴν τὰς τῶν φαύλων κολάσεις τέλος δέξεσθαί ποτε. Ἀμφότερα γὰρ αἰωνίαν ἔχει τὴν διαμονὴν, καὶ ἐν ἀμφοτέροις ἔσται τὸ ἀτελεύτητον.

Περὶ ἐλεημοσύνης.

Λύει καὶ ὅρον θανάτου ἡ ἐλεημοσύνη πολλάκις, κατὰ τὸ φάσκον ῥητόν. Καὶ χρημάτων γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἐστὶν ὠνητὴ ἡ ζωὴ, ὁπόταν ὁ Θεὸς διὰ τὴν ἡμετέραν ζωὴν καὶ σωτηρίαν δωρολήπτης ᾖ. Πλοῦτον D οὖν σκορπίζων ὠνητὸν ἐπὶ γῆς, πλοῦτον συνάγεις ἀθάνατον ἐν οὐρανῷ, καὶ προσπορίζεταί σοι καὶ τὰ ἐνταῦθα ἀγαθά. Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἀδαπάνητός ἐστι τῆς εὐποιΐας ὁ πλοῦτος· σκορπιζόμενος γὰρ συνάγεται, καὶ διδόμενος πάλιν λαμβάνεται· καὶ οὐ μόνον ἐντεῦθεν τοὺς κεκτημένους αὐτὸν πλουσίους ποιεῖ, ἀλλὰ κἀκεῖθεν μακαριστοὺς ἀποδείκνυσι.

Περὶ ἐπιμελείας καὶ ἐγρηγόρσεως.

Ἔχε κατὰ νοῦν τοὺς γονικούς σου τρόπους διηνεκῶς, καὶ τούτοις τὸν σὸν βίον ἐπιμελῶς κατάρτιζε. Οὐδὲ γὰρ ὀλιγώρως ἡμεῖς, οὐδὲ ῥᾳθύμως περὶ τοὺς ἀγῶνας διατελοῦμεν, ἀλλὰ τῆς ἀρετῆς εἰκόνες σοι προκείσθω: φιλονεικοῦμεν· ἐπίψογον μὲν τὸν ὄκνον

ἡγούμενοι, ἐν ἐπαίνῳ δὲ τὸν πόνον ποιούμενοι. Μηδὲ παρὰ καιρὸν χρῶ τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ γύμναζε σαυτὸν, ἀπολαύειν μὲν τῶν δοκούντων ἐν βίῳ ἀγαθῶν, ὡς θνητὸς, ἐπιμελεῖσθαι δὲ τυχεῖν τῶν μελλόντων, ὡς ἀθάνατος.

Περὶ συναναστροφῆς χρησίμων ἀνδρῶν.

Ἰατροῖς ψυχῶν ὁμίλει συνεχῶς, ἵνα εὐεκτεῖν ἔχῃς κατὰ ψυχήν. Μάθοις γὰρ ἂν παρ' αὐτῶν, τίνων χρὴ πραγμάτων ὀρέγεσθαι καὶ τίνων ἀπέχεσθαι, καὶ τίσι τῶν ἀνθρώπων συναναστρέφεσθαι, τίνας δὲ ἀποστρέφεσθαι, καὶ πῶς τὸν σὸν βίον οἰκονομήσεις, ἵνα μὴ συχνοῖς τοῖς νοσήμασι περιπέσῃς. Εἰ γὰρ ταύτην τρίψεις τὴν ὁδὸν, τοῦ τῆς ἀρετῆς ἀκριβοῦς ὅρου γνησίως ἐφικέσθαι δυνηθήσῃ.

Περὶ ἀρετῆς.

Οὐχ οὕτω τὰ τοῦ κόσμου πάντα τερπνὰ, ὡς ὁ τῆς ἀρετῆς πλοῦτος τὸν βασιλέα κοσμεῖ. Τὸ μὲν γὰρ κάλλος καὶ ἡ εὐπρέπεια ἢ νόσῳ ἢ χρόνῳ μαραίνεται· πλοῦτος δὲ ῥᾳθυμίας καὶ ἡδονῶν ὑπάρχει πατήρ. Ῥώμη μὲν γὰρ τὰ μὲν σώματα ταῖς νίκαις κοσμεῖ, ταῖς δὲ τῆς ψυχῆς ἐπιμελείαις ἐπισκοτεῖ. Ἡ δὲ κτῆσις τῆς ἀρετῆς, οἷς ἂν προσγένηται, καὶ πλούτου καὶ εὐγενείας χρησιμωτέρα ἐστί· καὶ ἅπερ ἄλλοις ἀδύνατα δοκεῖ, αὕτη ταῦτα σὺν Θεῷ δυνατὰ παριστᾷ.

Περὶ ἐπιθυμίας.

Σώματος ἐπιθυμία εὐμόρφου μή σου κατα- αἰήσει, ὅτι χώματος; ὀλίγου ἄξιον τὸ τοιοῦτον. Σῶμα γὰρ μετ' ὀλίγον χῶμα πάλιν ὀλίγον. Μήτε οὖν ἐπ' εὐγενείᾳ σώματος ἐπαρθῇς, μήτε μὴν δυσγένειαν ἐξουθενώσῃς, μήτε κάλλει ἀγρευθῇς, μήτε δυσμορφίαν ἀποστραφῇς, ἀλλ' ὅρα τὸ κάλλος τὸ τῆς ψυχῆς, καὶ ἔρα τῷ πνεύματι τὴν ψυχήν. Ἔρως γὰρ ἐκεῖνος μόνος ἀληθὴς καὶ ἀθάνατος, οὐχ ὃς ἅμα τῷ τυχεῖν εὐθὺς ἀπογίνεται, ἀλλ' ὃς μετὰ τὸ τυχεῖν μᾶλλον ἐπιγίνεται.

Περὶ τῆς τῶν τρόπων ἀρετῆς.

Ἔλαβες ἐκ Θεοῦ βασιλείαν, φύλαξον αὐτὴν ὡς παρακαταθήκην ἄσυλον· μὴ φαῦλος ὀφθῇς τοῦ διδομένου σοι φύλαξ· μηδὲ ἀγενὴς, μηδὲ ἀνάξιον αὐτῆς διαπράξῃ. Ἀλλ' ὥσπερ βασιλεύειν τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων προεκρίθης κατὰ τὴν ἀξίαν, οὕτω προτερεύειν τῶν ὑπὸ χεῖρα πάντων σπεῦδε καὶ κατ' ἀρετήν. Ἡ γὰρ ἀρετὴ κρείττων ἐστὶ παντὸς ἀξιώματος. Εἰ οὖν κατὰ μὲν τὸ ἀξίωμα κυριεύεις ἁπάντων, κατὰ δὲ τὴν ἀρετὴν ὑπό τινων κυριεύῃ, κατὰ μὲν τὸ ἔλαττον εἶ βασιλεὺς, κατὰ δὲ τὸ κρεῖττον ἀληθῶς οὐκ εἶ βασιλεύς, ἀλλ' ὑφ' ἑτέρων βασιλευόμενος. Μὴ οὖν νόθος γίνου δεσπότης ἐν τῷ ὑφ' ἑτέρων κρατεῖσθαι, ἀλλὰ βασίλευε ἀληθῶς ἐν τῷ πάντων κρατεῖν κατὰ τὸ μέρος τῆς ἀρετῆς.

Περὶ σωφροσύνης.

Νίκας σοι καὶ τρόπαια κατ' ἐχθρῶν τότε παρέξει Θεὸς, ὁπόταν αὐτὸς τρόπαια καὶ νίκας στήσεις κατὰ τῶν παθῶν. Νικῶντι γάρ σοι τοὺς ἀοράτους ἐχθροὺς, ἐπάναγκές ἐστι νικᾷν καὶ τοὺς ὁρατούς. Ὃν γὰρ ὡς ἀνδράποδον αἱ ἡδοναὶ νικᾷν καὶ παρασύρειν ἰσχύουσιν, οὐκ εὐδοκήσει Θεὸς ἐλευθερίας νίκης τιμηθῆναι

tiam in vitio ponentes, et laborem in laude ducentes. Ne igitur intempestive rebus utaris, sed ita te compara, ut et iis quæ hac in vita esse videntur, commodis fruare, ut mortalis, et futura bona consequare, ut immortalis.

De consuetudine utilium virorum.

Cum medicis animorum assidue versare ut ipse animo valeas : ab iis enim discere poteris quas res appetere, et a quibus abstinere debeas ; quibus cum hominibus consuescere, et a quorum consuetudine abhorrere, et quomodo vitam omnem moderari oporteat, ut ne in frequentes morbos incidas. Si hanc enim institeris viam, ad veræ solidæque virtutis limites revera pervenire poteris.

De virtute.

Haud tantum vitæ jucundæ res, quantum solæ virtutis opes regibus afferunt ornamenti. Forma enim ac decor aut morbo aut ætate marcescunt. Divitiæ voluptatum atque ignaviæ plerumque sunt fomites : at vero robur corpus quidem victoriis honestat, sed animi luminibus officit. Virtutis autem possessio quibus contigerit, et divitiis et nobilitate præstantior est ; et quæ aliis fieri non posse videntur, hæc illa Deo favente ad faciendum reddit expedita.

De cupiditate.

Impotenti formosi corporis cupiditate vide ne unquam capiaris : nam illud exigui pulveris pretio debet æstimari ; corpus enim mox paululum erit pulveris. Ergo neque nobilitate corporis efferaris neque ignobilitatem despicias, neque forma captus tenearis, neque deformitatem averseris : sed animi pulchritudinem intuere, et mente animum ama ; ille demum verus est amor atque immortalis, qui non simul atque potitus fueris evanescit, sed quo plus potiaris eo adolescit magis.

De virtute morum.

Numinis beneficio regnum accepisti ; custodias illud tanquam depositum quod incolume servari debet : cave autem ne malus illius custos videaris, neu degeneris aliquid aut indigni committas ; sed siculi cæteris prælatus es, ut imperares, ita contende ut virtute quoque cæteris antecellas ; virtus enim omni dignitate præstantior est. Si ergo dignitate quidem reliquis præstas omnibus, virtute autem ab alio superaris, imperator es in eo, quod minoris excellentiæ est : in eo vero quod præclarius est, imperator non es, imo alterius imperio subes. Ne sis ergo veluti supposititius atque adulterinus dominus, cum alius te præstantior reperiatur ; sed verus imperator, cum cæteris omnibus virtute præcellas.

De temperantia.

Concedet tibi Deus victorias ac triumphos adversus hostes, cum de domitis animi cupiditatibus victorias ac trophæa retuleris : si enim invisibiles hostes deviceris, visibiles etiam necessario superabis. Sed quem voluptates ut vile mancipium pessumdare ac transversum agere valent, nun-

quam Deo lubebit eum victoriæ honore condecorare: qui vero animi motus voluntario labore frenaverit, is in certum argumentum futuræ postea retributionis æternorum bonorum, etiam in hac vita de inimicis concessam sibi a Deo quasi debitore victoriam reportabit.

De fidelibus amicis.

Majori te gaudio sincerum amicorum studium afficiat, quam propinquorum: nam consanguineorum amicitia non a virtute, sed a natura proficiscitur, quippe quæ ne voluntaria quidem merito censeri possit, sed amicorum in te benevolentia a virtute et libero arbitrio nascitur; et illa quidem naturam, hæc autem Deum habet auctorem. Verum ubi quid opus est, longe major habenda ratio morum est, quam sanguinis, et voluntatis quam necessitatis: nam propinqui sæpenumero etiam exiguæ pecuniæ causa parentibus insidias moliuntur; veri autem amici totius mundi divitias nihili facientes, etiam vitam ipsam præ amicorum charitate vilem habent.

De fortitudine et prudentia.

Robur corporis magni facito, atque in pretio habeto si cum prudentia conjunctum est: quantum enim prodesse cum prudentia, tantum nocere absque ea solet iis, qui sunt illo præditi. Vis enim consilio temperata hominem figurat; si vero amentiæ comes est, bestiam ratione carentem depingit ac formet. Proba igitur eos qui prudenti robore, non qui stolido utuntur: siquidem vis cum stoliditate conjuncta temeritas, cum prudentia vero fortitudo appellatur.

De modestia.

In te propitium si Deum habere vis, ipse subjectis tuis esto propitius; nam etsi aliorum dominus es constitutus, ipse tamen etiam servus es; unum enim ac solum universorum Dominum omnes habemus, ac limus terræ generis nostri auctor idem ac propagator est; etsi alii adversus alios, qui nihil nisi pulvis sumus intumescimus. Tu igitur qui nunc sublime elatus pulvis es, memento quantumcunque modo emineas, futurum aliquando ut ad terram deprimaris: ita nunquam adversus humiliorem pulverem animo effereris. Recordare peccatorum quæ in Deum commisisti: ita fiet ut si quid proximi in te peccarint, obliviscaris.

De prudentia.

Reputa, quæso, quanto sit apud omnes in honore prudentia, et quam vehementer ab omnibus expetatur; omnes enim eam laudant ut bonam, sed non omnes laborant ut eam adipiscantur: quo fit ut raro qui ea præditus sit reperire possis. Tu vero da operam non solum ut eam contubernalem habeas, sed etiam si quis est qui illam teneat, ut eum observes, atque in pretio habeas, et cum illo frequens nocte dieque versaris: ille enim solus animum tuum juvare plurimum poterit, et quæ tibi plerumque in angustis rebus inexplicabilia vide-

ποτε· ὃς δὲ τὴν κατὰ τῶν παθῶν νίκην τοῖς ἑκουσίοις ἀναδέξηται πόνοις, εἰς δεῖγμα σαφὲς τῆς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀντιδόσεως, καὶ τὴν κατ' ἐχθρῶν νίκην χρεωστικῶς αὐτῷ χορηγουμένην κομιεῖται παρὰ Θεοῦ.

Περὶ φίλων πιστῶν.

Χαῖρε τοῖς σπουδάζουσι περὶ σὲ τῶν φίλων, μᾶλλον, ὡς ἀληθέσιν, ἢ τοῖς γένει προσήκουσιν. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ γένους φιλία, οὐκ ἐξ ἀρετῆς, ἀλλ' ἐκ φύσεως περιγέγονεν, ἥτις οὐδὲ ἑκούσιος σὺν δίκῃ κριθείη. Ἡ δὲ ἀγάπη τῶν φίλων ἐξ ἀρετῆς καὶ γνώμης ἑκουσίου κατώρθωται περὶ σέ. Κἀκείνη μὲν τὴν φύσιν ἔχει νόμον, αὕτη δὲ τὸν Θεόν. Πολλῷ γὰρ κρείττων ἐν χρείᾳ καὶ ὁ τρόπος τοῦ γένους, καὶ ἡ προαίρεσις τῆς ἀνάγκης. Συγγενεῖς μὲν γὰρ συγγενέσι πολλάκις μικρῶν ἕνεκα χρημάτων ἐπεβούλευσαν· φίλοι δὲ ἀληθεῖς τὸν κόσμον ἅπαντα παριδόντες, οὐδὲ τὴν ζωὴν αὐτὴν τῆς τῶν φίλων ἀγάπης προέκριναν.

Περὶ ἀνδρείας καὶ φρονήσεως.

Ῥώμην σώματος καὶ τίμα καὶ ἀποδέχου, ἐὰν καὶ φρονήσει κοσμεῖται. Ὅσον γὰρ μετὰ φρονήσεως ὠφελεῖν δύναται, τοσοῦτον ἄνευ φρονήσεως βλάπτειν τοὺς ἔχοντας εἴωθεν. Ἰσχὺς γὰρ ἔμφρων ἄνθρωπον χαρακτηρίζει· εἰ δὲ ἀφροσύνη ταύτῃ παρέπεται, θηρίον ἄλογον ἐξεικονίζει. Ἀποδέχου τοίνυν μὴ τοὺς ἄφρονι ῥώμῃ, ἀλλὰ τοὺς ἔμφρονι χρωμένους. Ἡ μὲν γὰρ μετὰ ἀφρασύνης ῥώμη θράσος λέγεται· ἡ δὲ μετὰ φρονήσεως, ἀνδρεία.

Περὶ ταπεινοφροσύνης.

Ἵλεων ἔχειν βούλει περὶ σὲ τὸν Θεόν; Ἵλεως γενοῦ περὶ τοὺς ὑπηκόους καὶ αὐτός. Κἂν γὰρ δεσπότης ἐκρίθης, ἀλλὰ καὶ σύνδουλος ὑπάρχεις. Ἕνα γὰρ Δεσπότην τῶν ὅλων καὶ μόνον κεκτήμεθα πάντες ἄνθρωποι· καὶ πηλὸς ἡμῶν τοῦ γένους εἷς ὑπάρχει προπάτωρ, κἂν κατ' ἀλλήλων οἱ χόες φυσώμεθα. Μέμνησο τοίνυν ὁ ὑψηλὸς χοῦς σαυτοῦ, καὶ εὖ ἴσθι ὡς ὅπου δ' ἂν ὑψωθῇς ἀπὸ γῆς, πάντως πάλιν κατενεχθήσῃ πρὸς γῆν· καὶ οὐδέποτε κατὰ χοὸς ἁπαρθήσῃ ταπεινοῦ. Μέμνησο τῶν σαυτοῦ σφαλμάτων πρὸς Θεὸν, καὶ ἐπιλήσῃ τῶν τοῦ πλησίον σφαλμάτων πρὸς σέ.

Περὶ φρονήσεως.

Σκόπει κατὰ σαυτὸν, ὅτι πᾶσιν ἀνθρώποις ἡ φρόνησις τιμιωτάτη καθέστηκεν, πᾶσι δ' ὑπάρχει διὰ σπουδῆς. Πάντες μὲν γὰρ αὐτὴν ὡς ἀγαθὴν ἐπαινοῦσιν, οὐ πάντες δὲ κτήσασθαι πονοῦσι. Διὸ καὶ σπανιώτατον εὕροις ἂν τὸν ταύτην κτησάμενον. Μὴ μόνον οὖν αὐτὸς σπουδάσῃς τὴν φρόνησιν σύνοικον ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τὸν ταύτην κεκτημένον αἰδοῦ, καὶ τίμα, συναναστρέφου αὐτῷ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτί. Ἐκεῖνος γάρ σε δύναται μόνος ὠφελῆσαι τὰ μέγιστα εἰς ψυχήν· καὶ ἃ πολλάκις ἀμήχανά σοι δοκοῦσι πραχθῆναι ἐν περιστάσει, ταῦτα δι' αὐτοῦ ῥᾳδίως οὐν

Θεῷ κατορθώσεις; Ἢ γὰρ φρόνιμον εἶναί σε δεῖ, ἢ φρονίμοις συνέπεσθαι, ἐν οἷς ἀληθῶς, ὡς ἐπὶ θρόνου Θεὸς ἀναπαύεται.

Περὶ τρόπων τοῦ βίου καὶ λόγου.

Τρόπος ἔστω σοι τοῦ λόγου πιστότερος, ἵνα μὴ μόνον λέγων, ἀλλὰ καὶ σιωπῶν, τὸ αἰδέσιμον ἔχῃς. Ἀλλὰ μηδὲ τοὺς λόγῳ μὲν πιθανοὺς, ἔργῳ δὲ τοὺς λόγους μὴ βεβαιοῦντας ἀποδέχου. Εἰσὶ γὰρ οἱ λόγῳ μέν εἰσιν ἀγαθοὶ, ἔργῳ δὲ καὶ λίαν αἰσχροί. Μήτε σὺ αὐτὸς εἶναι τοιοῦτος θέλε, μήτε μὴν ἑτέρους περὶ σὲ τοιούτους εἶναι καταδέχου· ἀλλ' ἐκείνους στέργε καὶ οἰκειοῦ, οἵτινες οὐ κοσμοῦσι τοὺς τρόπους λόγῳ, ἀλλὰ τοὺς λόγους τρόπῳ. Καὶ ἃ πάλιν πράττειν αἰσχύνῃ, ταῦτα λέγειν μὴ ἀναισχύντει· μηδὲ ἃ λέγειν αἰσχύνῃ, ταῦτα πράττειν διαλογίζου.

Περὶ μελέτης τῶν θείων Λόγων.

Ὥσπερ τὰ νεοθαλῆ τῶν φυτῶν ἀρδευόμενα τοῖς ὕδασι θάλλει καὶ καρποφορεῖ, οὕτω καὶ ἡ σὴ διάνοια, τέκνον ἐμὸν, ἀρδευομένη ταῖς τῶν θείων λόγων μελέταις, ἔτι μᾶλλον αὐξηθήσεται καὶ καρποφορήσει τὰς ἀρετάς. Σῶμα μὲν γὰρ αἱ κατάλληλοι τροφαὶ λιπαίνουσι· ψυχὴν δὲ οἱ πνευματικοὶ λόγοι διατρέφουσιν. Ἀλλ' ἐκείνη μὲν γὰρ ἡ τροφὴ, μέχρι φάρυγγος ἡδεῖα, καὶ φθορὰν αὔξει, καὶ ὑπὸ φθορᾶς αὐξάνεται καὶ δαπανᾶται. Ἡ δὲ τῆς ψυχῆς τροφὴ ἀΐδιον ἔχει τὴν εὐφροσύνην, καὶ ἀφθαρσίαν προξενεῖ, καὶ εἰς ἀφθαρσίαν μεταχωρεῖ. Μελέτην οὖν ποιοῦ τῶν τοιούτων ὠφελίμων λόγων, ἵνα τοὺς ἐξ αὐτῶν καρποὺς τρυγήσῃς καὶ καλῶς τὴν βασιλείαν διοικήσῃς.

Περὶ βουλῆς.

Βουλῆς ἀρίστης οὐδὲν ἀσφαλέστερον, καὶ πράξεως ἀπροβουλεύτου οὐδὲν σφαλερώτερον. Ἵνα οὖν μετὰ ἀσφαλείας πράττῃς ἃ βούλει, αἱροῦ προβουλεύεσθαι ἃ πράττεις. Μετὰ μὲν γὰρ τὸ πρᾶξαι οὐκ ἔνι προβουλεύσασθαι, μετὰ δὲ τὸ βουλεύσασθαι δυνατόν σοι μεταβουλεύσασθαι. Ὅρα οὖν ἑκάστου πράγματος τὸ τέλος, καὶ οὕτω τῆς πράξεως ἅπαρχου. Συμβούλοις δὲ χρῶ τοῖς καλῶς περὶ τῶν οἰκείων βουλευσαμένοις καὶ διοικήσασιν, ἀλλὰ μὴ τοῖς κακῶς ἐξ ἀβουλίας τὰ ἑαυτῶν οἰκονομήσασιν. Ὁ γὰρ κακῶς περὶ τὰ οἰκεῖα διατεθεὶς, οὐδέποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων. Ἀλλὰ μηδὲ τοῖς ἀπείροις περὶ ὧν ἂν βούλει πραγμάτων ἀνακοινοῦ, μήτε μὴν ταῖς κολακείαις περὶ σὲ χρωμένοις. Οἱ μὲν γὰρ, ὡς τυφλοὶ, ἀνεπιστημόνως βουλεύσονται, οἱ δὲ κατὰ χάριν σοι προελεύσονται. Ἀλλ' ἐκείνοις μάλιστα συμβουλεύου οἳ καὶ περὶ τὸ ἐπίστασθαι περὶ τῶν πραγμάτων ὀρθῶς ἔχουσι, καὶ οἱ μάλιστα ἐπὶ τοῖς ἐσφαλμένοις σοι πολλάκις διελέγχειν εἰώθασι· μόνοι γὰρ οὗτοι καὶ φίλων καὶ συμβούλων [εἰς] τάξιν πιστεύεσθαι ἄξιοι.

Περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης.

Ἁγνὸν σεαυτοῦ τήρει μὴ μόνον τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν διάνοιαν. Ὥσπερ γὰρ ὁ διεφθαρμένος βίος χωρίζει Θεοῦ, οὕτω καὶ ἡ ἐν ἁγνείᾳ ζωὴ οἰκειοῖ πρὸς Θεόν. Ἔστω οὖν τὸ φῶς σου λαμπρὸν ἐνώπιον τῶν

bantur, ea per illum, Deo juvante, expedite perficies : aut enim te prudentem esse oportet, aut uti consilio prudentum, in quibus quasi in solio suo Deus conquiescit.

De vita et oratione.

Tui mores ejusmodi sint, ut fide digniores habeantur quam sermones, quo te non solum quentem, sed tacentem etiam revereantur homines : neque eos tibi adscisce qui verbis probi factis ea non confirmant. Sunt enim nonnulli qui cum honestissime loquantur, turpissime vivunt. Cave ergo ne aut tu similis eorum sis, aut eis similes tibi adjungas ; sed eos dilige et tibi in contubernium adhibe qui non mores verbis, sed verba moribus cohonestant. Et quæ te facere pudet, ea dicere te quoque pudeat, et quæ dicere pudor vetat, ne cogitare quidem libeat.

De studio sacrarum Litterarum.

O fili, quemadmodum teneræ plantæ aquis irrigatæ virescunt ac fructus ferunt, ita mens tua sacrarum Litterarum studiis irrigua magis augescet, ac virtutum fructus procreabit ; nam corpus quidem saginatur cibis qui alius super alium infarciuntur ; animus vero sanctis sermonibus alitur ac vegetatur ; sed hoc interest quod cibus ille corporis ad fauces usque suavis, et corruptionem auget, et a corruptione augetur, ac tandem absumitur ; animi vero alimentum sempiternam menti affert lætitiam, et incorruptionem parit, et ad immortalitatem deducit. Meditare ergo ita frugiferos sermones, ut et eorum fructibus perfruaris, et regnum tuum sapienter administres.

De consilio.

Res nulla securior est quam sapiens consilium, nihilque periculosius, quam inconsulto rem ullam aggredi : ut ergo tuto facias quæ vis, velis antea consultare quæ facis : post factum enim consultandi locus amplius non est. Sed post initam deliberationem mutare etiam licet consilium. Perpende igitur quorsum res quæque evadere queat, atque ita demum ad illam accingere. In consilium autem eos adhibe, qui rebus suis bene consuluerunt, atque eas recte administrarunt, non eos qui per inopiam consilii res suas male gubernarunt ; qui enim rebus suis male prospexerit, nunquam bene providebit alienis. Neque vero communica cum imperitis earum rerum, de quibus consilium capis, neque cum iis quos adulari tibi senties : illi enim ut cæci ignoranter tibi consilium dabunt ; hi autem etiam errata tua laudabunt : sed eos potissimum in consilium assume, qui et scienter de iis rebus loqui possint, et de tuis erratis confidenter te reprehendere soleant ; illi enim soli digni sunt, qui in amicis et consiliariis habeantur.

De castitate et temperantia.

Omni labe impudicitiæ purum conserva non solum corpus, sed etiam animum tuum. Quemadmodum enim impudica vita a Deo nos separat, ita in castitate transacta nos ei conciliat. Sit

ergo lux tua splendida et clara in oculis tuorum; et esto perfecta imago virtutis eis qui sub tua ditione vivunt; nisi enim pudicitiam ipse servaveris, qua fronte eos, qui tuæ dominationi subjecti sunt ad eam servandam cohortaberis? Nam quæ facientem te viderint, ad eadem quoque facienda incitabuntur: solent enim ad exemplum principis mutari subjecti. Sicut ergo nisi in animum induxeris recte vitam instituere, gravis detrimenti causa subjectis eris: ita si pudicitiam cum cæteris virtutibus coluerís, salutis auctor universo populo eris, et inde eam mercedem referes, ut non solum te Deo dignum, sed eos etiam qui tibi obediunt præstitisse judiceris.

De pietate erga parentes.

Coronam a Deo datam de manu mea suscepisti. Redde ergo donatori munus eo dignum. Honora Deum qui te honoravit per honorem quem patri tuo deferes: me autem honorabis non eodem penitus modo quo subjecti faciunt, nempe aut genuflectens aut latus meum stipans, aut mihi bene precans: ista enim principe viro non satis digna sunt; sed potius virtutem colens, temperantiam sequens, mores tuos exornans, litterarum studia capessens, quibus animi juvenum excoli solent, et ut in summa dicam ita te comparans, ut terreno hoc imperio dignus habeare, ac cœlorum regis imaginem repræsentes. Is enim solus merito vocabitur imago Dei a quo in regni solio collocatus est, qui omnimodam virtutem amplexatur: isque optimo jure secundo loco post Deum a subjectis amabitur, et tanquam de se suisque optime meritus omni honore dignus habebitur.

De justitia.

Administrationem regni ut omni reprehensione vacuam præstes, quæ in aliis reprehendis hæc ipse facere ne audeas: sunt enim plerumque subditi ad principum actiones examinandas acerrimi. Si enim id diligenter observaveris, duo isthæc maximi momenti commoda consequeris: te enim irreprehensum adversus omnes calumnias præstabis, et subjectos tuos non dicendo solum, sed etiam tacendo virtutem omnem exercere docebis. Si vero dictis tuis facta minime respondent, accusatricem tui conscientiam habebis: at si probos sermones similes actiones consequantur, eos qui te observant, tuæ probitatis et testes simul et imitatores habebis omni exceptione majores.

De beneficentia.

Nullius eorum qui aut a te munera postulant, aut dignitates ambiunt, mores tibi lateant: cumque satis eos perspexeris, benefac duntaxat bonis: ab eis enim perpetuam recipies benevolentiam, quæ nullo unquam tempore vacillatura sit. Beneficium enim apud virum bonum collocatum thesaurus est nullis raptoribus obnoxius, qui multiplicem collatori refert gratiam: qui autem improbo bene facit serpentem in sinu alit, isque aliquantisper ipsius calore fovetur, sed oblata occasione

A ὑπὸ χεῖρα, καὶ ἀγαθὴ γενοῦ τοῖς ὑπηκόοις εἰκών. Εἰ γὰρ αὐτὸς τὴν ἀγνείαν οὐ τηρήσεις, ποίῳ προσώπῳ τοὺς ὑπὸ σὲ ταύτην ἔχειν νουθετήσεις; Ἃ γὰρ ἂν σε πράττοντα θεωρῶσι, τὰ αὐτὰ καὶ αὐτοὶ πράττειν συνενεχθῶσι· πέφυκε γάρ πως ταῖς ἀρχαῖς συμμεταβάλλεσθαι τὸ ὑπήκοον. Ὥσπερ οὖν, εἰ μὴ καλῶς βιοῦν προαιρῇ, τῆς τῶν ὑπηκόων βλάβης αἴτιος ὑπάρξεις, οὕτω τὴν ἀγνείαν μετὰ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν ἐξασκῶν, πρόξενος τοῦ λαοῦ σου παντὸς τῆς σωτηρίας γενήσῃ, καὶ μέγαν σεαυτῷ τὸν μισθὸν ἐντεῦθεν περιποιήσῃ, τῷ μὴ μόνον σεαυτὸν ἄξιον Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ χεῖρα γενέσθαι παρασκευάζειν.

Περὶ τιμῆς γονέων.

B Στέφανον ἐκ Θεοῦ διὰ τῆς ἐμῆς ἐδέξω χειρός. Ἄμειψαι τῷ δεδωκότι τὸ ἀντάξιον δῶρον. Τίμησον Θεὸν τόν σε τιμήσαντα διὰ τῆς εἰς τὸν γεγεννηκότα τιμῆς. Ἐμὲ δὲ τιμήσεις, οὐ καθάπερ τινὲς τῶν ὑπηκόων, ἢ γονυπετῶν, ἢ δωροφορῶν, ἢ ἐπευφημῶν· ἀνάξια γὰρ ταῦτα βασιλέως ἀνδρός· ἀλλὰ τιμῶν μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀσκῶν δὲ τὴν σωφροσύνην, κοσμῶν δέ σου τὸ ἦθος, σπουδάζων δὲ περὶ τοὺς λόγους, οἷς ἡ τῶν νέων καλλωπίζεται γνώμη· καὶ ἁπλῶς οὕτω σεαυτὸν παρασκευάζων ἄξιον βασιλεύειν τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ εἰκόνα τοῦ βασιλέως τῶν οὐρανῶν. Μόνος γὰρ ὁ τῆς ἀρετῆς ἐφικέσθαι δυνάμενος εἰκὼν τοῦ καταστήσαντος αὐτὸν Θεοῦ δικαίως κληθήσεται, καὶ μετὰ Θεὸν παρὰ τῶν ὑπηκόων εἰκότως ἀγαπηθήσεται, καὶ C ὡς εὐεργέτης κοινὸς ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν, ἀξίως τιμηθήσεται.

Περὶ δικαιοσύνης.

Ἵνα σου τὴν βασιλείαν ἄμεμπτον διαφυλάξῃς, ἅπερ ἂν ἑτέροις πράττουσιν ἐπιτιμήσεις, ταῦτα πράττειν αὐτὸς μὴ ἐπιχειρήσῃς· δεινὸν γάρ πως τὸ ὑπήκοον τὰς τῶν ἀρχόντων πράξεις λογοθετεῖν. Εἰ γὰρ τοῦτο φυλάξῃς, δύο ταῦτα μέγιστα κατορθώσεις, καὶ σεαυτὸν ἀνέγκλητον παντὸς μώμου διατηρήσεις, καὶ τοὺς ὑπὸ χεῖρα διδάξεις, καὶ σιωπῶν καὶ λέγων, πᾶσαν ἀσκεῖν ἀρετήν. Εἰ δὲ ἐναντία, ὧν λέγεις, πράττεις, ἕξεις σου κατήγορον τὴν συνείδησιν· εἰ δὲ λέγων D ἀγαθὰ, τὰ ὅμοια πράττεις, ἕξεις τοὺς λογοθετοῦντάς σου τὸν βίον ὁμοῦ καὶ μάρτυρας, καὶ μιμητάς σου τῆς καλοκαγαθίας ἀπαραγράπτους ἕξεις.

Περὶ εὐεργεσίας.

Λανθανέτω σε μηδεὶς τῶν παρὰ σοῦ δωρεὰς αἰτούντων, ἢ ἀξιώματα ἐπιζητούντων, καὶ τούτους ἀναλαμβάνων, τοὺς ἀγαθοὺς εὖ ποίει. Ἕξεις γὰρ ἀεὶ τὴν εὔνοιαν διαπαντὸς, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, ἀδιάπτωτον. Ἄσυλος γὰρ θησαυρὸς παρ' ἀνδρὶ σπουδαίῳ, καὶ πολυπλασίων ἡ χάρις παρ' αὐτοῖς ἐποφείλεται. Ὁ δὲ τοὺς κακοὺς εὐεργετῶν, ἐγκόλπιον ἔχει τὸν ὄφιν, ἐν καιρῷ μὲν θαλπόμενον, ἐν καιρῷ δὲ τὸν εὐεργέτην ἰοβόλῳ δήγματι ἀμυνόμενον. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἀλλότριοι κύνες τῶν σιτιζόντων ξένων καθυλακτοῦσιν, οὕτως

εἰ κακοὶ τοὺς ὠφελοῦντας, ὥσπερ τοὺς βλάπτοντας, ἀδικοῦσιν. Ἀγαθοὺς γὰρ εὐεργετῶν, ἕξεις σαυτὸν πολλαπλοῦν, καὶ κτήσῃ μίαν ψυχὴν πολλῶν φίλων καὶ ὀφθαλμῶν κύκλῳ διαφυλαττομένην.

A casione venenato morsu benefactorem suum remunerat. Sicut enim canes alienis etiam cibum offerentibus oblatrant, ita homines perversi perinde eos qui bene de ipsis merentur offendunt, atque eos qui male. Bonos ergo beneficiis tibi devinciens te ipsum quodammodo multiplicem habebis, nempe vitam unam multis circum oculis multisque vigilantibus amicis custoditam.

Περὶ φίλων.

Ἐκείνους κτῆσαι φίλους καὶ θεράποντας οἰκειοτάτους, οἵτινες ἀγαθοὶ καὶ πρὸς ἑτέρους φίλους ἢ δεσπότας προγεγονότες τυγχάνουσιν· ἃ γὰρ ἐν ἐκείνοις εἰργάσαντο, ταῦτα καὶ εἰς σὲ ποιῆσαι οὐκ ἀποκνήσουσι. Ὁ μὲν γὰρ σπουδαῖος περὶ τοὺς πάλαι φίλους γεγονὼς, σπουδαῖος ἂν καὶ περὶ σὲ γενέσθαι πιστευθήσεται· ὁ δὲ τοῖς προτέροις φίλοις ἢ δεσπόταις ἄχρηστός τε καὶ ῥᾴθυμος γεγονὼς, σχολῇ γε περὶ σὲ σπουδαῖος καὶ χρήσιμός ποτε ὀφθήσεται.

De amicis.

Opta tibi eos amicos, et intimos familiares, qui sancte cum aliis amicitiam coluerint, et aliis dominis fidelem operam navaverint. Quod enim aliis præstiterunt, idem etiam præstare tibi non gravabuntur; et qui bonus erga veteres amicos exstiterit, bonus erga te etiam futurus merito credetur. Qui autem prioribus amicis aut patronis ignavus atque inutilis ante fuerit, vix unquam postea bonus erga te atque utilis erit.

Περὶ ὑπεροψίας χρημάτων.

Ὑψηλὸν μὲν καὶ ἀδούλωτον τὸ τοῦ βασιλέως δεικνύει φρόνημα, οὐ τοσοῦτον ὄγκος τοῦ ἀξιώματος, ὅσον ἡ τῶν χρημάτων ὑπεροψία. Ἐν τούτῳ γὰρ μᾶλλον τὸ εὐγενὲς αὐτοῦ τῆς ψυχῆς καταφαίνεται. Ὑπεροψία δὲ χρημάτων οὐ τὸ μάτην τοῖς βαλαντίοις ἐναποτίθεσθαι, ἀλλὰ τὸ δαψιλῶς ἐν ταῖς ἀναγκαίαις χρείαις αὐτὰ χορηγεῖν. Ἀναγκαῖα δὲ βασιλεῖ καὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων φίλους εὖ ποιεῖν, καὶ ἐχθροὺς ἀμύνεσθαι, ὧν ἀμφοτέρων τὸ κατορθοῦν ἡ τῶν χρημάτων δαπάνη. Εἰ οὖν καὶ αὐτὸς ὑψηλὸς ἐν πᾶσιν εἶναι βούλει, καὶ μάλιστα ἐν συνέσει, ὑπερόπτης γίνου χρημάτων· ἐπεὶ οὐδέ ἐστι τὰ σαυτοῦ ἴδια σά, ἀλλὰ τῶν συνδούλων τῶν σῶν, καὶ μάλιστα τῶν πενήτων καὶ ξένων. Φάνηθι τοίνυν ἴδιος εὐεργέτης ἐν τοῖς κοινοῖς, καὶ οὕτως ὑψηλὸς ἔσῃ καὶ περίβλεπτος ἐν φρονήσει.

B

De contemptu pecuniæ.

Excelsum atque invictum principis animum non adeo magnitudo dignitatis ostendit ac pecuniæ contemptus: in hoc enim maxime animæ ipsius generositas elucescit. Pecuniæ autem contemptus non in eo cernitur cum in saccos inutiliter congeritur et seponitur, sed cum largiter in usus necessarios expenditur. Necessarium autem est, ac regi potissimum, amicos promereri, atque inimicos vindicare, quorum utrumque recte facere, is demum verus est pecuniæ sumptus. Si ergo in omnibus excellere vis, ac in prudentia præsertim atque solertia, contemptor esto divitiarum. Neque enim ipsa tua pecunia proprie tua solius est, sed communis servorum tuorum, et inopum atque hospitum. Fac igitur ut te beneficum peculiariter exhibeas in eo quod commune est; atque ita demum eris animi magnitudine ac prudentia commendandus.

C

Περὶ μέθης.

Συνουσίας τὰς ἐν πότοις εὐλαβοῦ· μέθη γὰρ τῇ φρονήσει ἐναντίον τι χρῆμα καὶ πολέμιον. Ὅταν γὰρ ὁ νοῦς ὑπὸ τοῦ οἴνου τυραννηθῇ, ταυτόν τι πάσχει τοῖς ταύλοις ἡνιόχοις, οἳ τὸ ἅρμα κυβερνᾶν ἀδυνατοῦντες, καὶ ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ἵππους ὧδε κἀκεῖσε περιφέρουσι, καὶ γέλωτα τοῖς ὁρῶσι μέγιστον ἐμποιοῦσιν. Οὕτω δὲ πασχούσης τῆς διανοίας, ἀνάγκη καὶ τὴν ψυχὴν πολλὰ σφαλλομένην διατελεῖν.

De ebrietate.

Refuge comessationes in quibus indulgetur poculis: ebrietas enim inimica est prudentiæ: ubi enim mens a vino opprimitur, idem ei contingit, quod imperitis aurigatoribus, qui cum regere currum nesciant, et se et suos equos huc illucque circumagunt, et spectatoribus magnos risus excitant. Quando autem mens ita affecta est, fieri nequit quin animus multa præpostere faciat.

D

Περὶ κτήσεως.

Ῥᾳδίως κτήσῃ φίλον, ὃν ἂν βουληθῇς, εἰ ἀγαθά τινα λέγεις περὶ αὐτοῦ ἀπόντος ἐπὶ τῶν ἐπαγγελλόντων αὐτῷ· ἀρχὴ γὰρ, ὡς ἔοικε, φιλίας μὲν ἔπαινος, ἔχθρας δὲ ψόγος ἐστίν. Ἀλλὰ καὶ οὓς ἤδη κέκτησαι φίλους, εἰ βούλει πλέον ἐφέλκεσθαι, ἐπαίνει ἀπόντας ἐπὶ τῶν παρόντων. Καὶ γὰρ οὕτω δόξειας ἂν ἐπαινεῖν καὶ τοὺς παρόντας ἐπὶ τῶν ἀπόντων. Δοκίμαζε δὲ τοὺς φίλους, ἔν τε ταῖς ἀνάγκαις καὶ ταῖς δυσπραγίαις· τῶν γὰρ εὐημερούντων, φίλοι πολλοί. Κἀκείνους ἀληθεῖς φίλους λογίζου, ὅσοι μὴ κέρδους ἕνεκα φιλοῦσιν, ἀλλὰ δι' αὐτὴν τὴν ἀρετὴν τῆς ἀγάπης. Ἡ γὰρ ἄλλως φιλία τῷ καιρῷ δουλεύουσα, ἐμπορία τις, ἀλλ' οὐ φιλία, ταύτῃ λογίζεται.

De amico comparando.

Ubi voles facile quemlibet amicum tibi comparabis, si de eo absente bene dixeris coram aliis, qui ei renuntiaturi sunt: initium enim amicitiæ fere laudatio est, inimicitiæ vero, vituperatio. Et quos jam habes amicos, eos si magis devincire tibi voles, lauda absentes coram aliis eorum amicis; nam ita videberis præsentes etiam laudare in absentibus. Amicos autem in angustiis atque in adversis rebus explora; felicium enim multi sunt amici: sed eos amicos veros judicato, qui te non lucri causa diligunt, sed propter ipsam amicitiæ virtutem: alia enim amicitiæ species, quæ tempori servit, non tam amicitia, quam negotiatio quædam esse putatur.

De opibus et avaritia.

Quæ ad augendam rempublicam conferre possunt ea perficere ne cuncteris. Rem autem publicam optime administrabis, si pecuniæ publicæ curam diligentem habebis, sed quæ justis rationibus colligitur, non ex oppressione aut lacrymis subditorum; pecunia enim si juste cogitur multum affert emolumenti, et nervos imperio addit; sed quæ ex subditorum lacrymis atque iniquitate corrasa fuerit, etiam juste collectam dissipabit: attrahet enim Deum, qui justitiæ leges condidit ad vindicandam injuriam. Ignis vero non ita celeriter paleam consumit, ut male et injuste congestæ opes etiam jure paratasin perniciem secum abripiunt.

De lenitate et mansuetudine.

In subjectos tuos ne criminosus sis; molesta enim res est: neque in congressibus promptus sis ad alios objurgandos; odiosa quippe res est: neque risum immoderate effusum ama; inale morati hominis est: sed lenis esto in eos qui offenderint, clemens in castigationibus delictorum, gravis moribus, mitis sermone, facilis aditu, affabilis congressu: hæc enim omnia populorum benevolentiam tibi conciliabunt, qui propterea patrem te potius quam imperatorem appellabunt.

De veritate et mendacio.

Maximi pendito et veracem esse in sermone, et veraces homines in familiaritatem admittere: ita enim firmus et constans in omnibus et factis et dictis existimaberis, et veram ac non suspectam tuorum in te benevolentiam retinebis. Si autem vanitatis et mendacii in suspicionem veneris, indigna facere imperatoria majestate qua auctus es, convinceris, efficiesque ut subjecti formidolosi, ac rerum omnium incerti sint; quantum enim verax oratio amabilem hominem reddit, tantum mendacii deprehensa, aut etiam suspecta, odiosum, qui ea utitur facit.

De magistratibus.

Præstantissimus medicorum ille est, qui morbis appositas adhibere novit curationes: et rex optimus, qui eos instituit magistratus, qui a subjectis omnem injuriam arcere ac propulsare queant. Sicut enim equisonis virtus propria est equi cujusque nosse præstantiam; et venatorum intelligere quantum quisque canum cursu valeat ad persequendas feras, ac imperatoris milites suos cognoscere, et qua quisque eorum fortitudine sit, perspectum habere ut quam optime aciem instruere valeat: ita boni regis est magistratuum suorum mores, animos, actus et sententias perdiscere, ut de singulis edoctus unumquemque sciat suo ordine disponere, ac pravos quidem ac pestilentes homines a republica extorres ejicere, probos autem et virtutis amantes publicis honoribus decorare.

De consilio et consideratione.

Esse sibi consentientem hominis est gravis et

Περὶ πλούτου καὶ πλεονεξίας.

Ὧν ἕνεκα τὴν πολιτείαν ὑψώσεις, τούτων χάριν ποιεῖν μὴ κατόκνει. Ἄριστα δὲ τὸ ὑπήκοον διασώσεις, εἰ χρημάτων δημοσίων κτῆσιν ἐπιμελῶς ποιήσεις, ἀλλὰ τὴν ἐκ δικαίων πορισμῶν, οὐχὶ δὲ τὴν ἐξ ἀδίκου συναγωγὴν, οὐδὲ τὴν ἐκ δακρύων συλλεγομένην. Χρήματα μὲν γὰρ, εἰ μὲν δικαίως συνάγεται, πολλὰ τὸν κεκτημένον ὀνήσει, καὶ ἰσχὺς τῇ βασιλείᾳ χρηματίσει· εἰ δὲ ἐξ ἀδικίας καὶ δακρύων πορίζεται, καὶ τὰ δικαίως συνειλεγμένα ἐξαφανίζει, καὶ θεὸν ἀντίδικον τὸν τοῦ δικαίου νομοθέτην ἐπισπᾶται. Οὐχ οὕτω γὰρ πῦρ ἀφανίζει χόρτον, ὡς ὁ κακῶς καὶ ἀδίκως συνηγμένος πλοῦτος, καὶ τὸν καλῶς καὶ δικαίως ἐπισωρευθέντα πλοῦτον προσαπόλλυσι.

Περὶ μακροθυμίας καὶ πραότητος.

Μὴ ᾖσθα φιλαίτιος ἐν τοῖς ὑπὸ χεῖρα· βαρὺ γάρ· μηδὲ ἑτοίμως ἐπιτιμῶν ἐν ταῖς ἀναστροφαῖς· φορτικὸν γάρ· μηδὲ γέλωτα ἀκρατῆ στέργε· ἀπαίδευτον γάρ· ἀλλὰ ἔσο μακρόθυμος μὲν ἐπὶ τοῖς πταίουσι, φιλάνθρωπος δὲ ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις, σεμνὸς τὸ ἦθος, πρᾶος τὸν λόγον, ἥμερος δὲ καὶ ὁμιλητικὸς τὸν τρόπον· ταῦτα γὰρ ἅπαντα ποθητόν σε ποιήσει τοῖς ὑπὸ χεῖρα, καὶ πατέρα μᾶλλον ἢ βασιλέα καλεῖσθαι παρασκευάσει.

Περὶ ἀληθείας καὶ ψεύδους.

Ἀληθῆ λόγον ἔχειν περὶ πλείστου ποιοῦ, καὶ αὐτὸς ἔχειν, καὶ ἑτέρους τοὺς ἔχοντας οἰκειοῦσθαι. Οὕτω γὰρ βέβαιός τε εἶναι δόξεις πρὸς ἅπαντά σου τὰ λεγόμενα καὶ πραττόμενα, καὶ ἀνύποπτον καὶ βεβαίαν τὴν εἰς σὲ φιλίαν τῶν ὑπηκόων διαφυλάξεις. Εἰ γὰρ ψευδέσι λόγοις χρῆσθαι ὑποπτευθείης, κἂν βασιλεύειν κατηξιώθης, ἀλλ' ἀνάξια τῆς τοιαύτης ἀξίας διαπραττόμενος ἐλεγχθεὶς, καὶ περιδεὴς τοὺς ὑπὸ χεῖρα καὶ τεταραγμένους σοι πάντας εἶναι παρασκευάσεις. Ὅσον γὰρ ὁ τῆς ἀληθείας λόγος τὸν κεκτημένον ἄνδρα ποθητὸν ἀπεργάζεται, τοσοῦτον ὁ ψευδής τε καὶ ὕφαλος τὸν ἐπιτηδεύοντα μισεῖσθαι παρασκευάζει.

Περὶ ἀρχῆς.

Ἰατρὸς ἐκεῖνός ἐστιν ἀληθὴς, ὃς καταλλήλους τοῖς νοσήμασι τὰς ἰατρείας ἐπιτίθησι· καὶ βασιλεὺς ἐκεῖνός ἐστιν ἀγαθὸς, ὃς ἀδικουμένων τῶν ὑπηκόων τοὺς τὰς ἀδικίας ἐκδιώξαντας προβάλλεται ἄρχοντας. Ὡς γὰρ ἱπποκόμου μὲν ἴδιον, τὸ τῶν ἵππων ἑκάστου τὴν ἀρετὴν ἐπιγινώσκειν, κυνηγέτου δὲ τὸ τοὺς θώκοντας τῶν κυνῶν καλῶς ἐξεπίστασθαι, καὶ στρατηγοῦ δὲ τὸ τοὺς στρατιώτας γνωρίζειν, ὁποῖοι τὰς ἀρετὰς ὑπάρχουσιν ἕκαστος, ἵν' ἐν παρατάξει τὸ ἄριστον τῆς ἐκτάξεως ἔχῃ· οὕτω καὶ βασιλέως ἀγαθοῦ, τὸ τὰ ἤθη καὶ τοὺς τρόπους καὶ τὰς ἀρετὰς καὶ γνώμας τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀρχόντων ἀναμανθάνειν, ἵν' ἐπιστημόνως ἔχῃ περὶ ἑκάστου, καὶ καταλλήλως τὸν καθ' ἕνα τῇ προσηκούσῃ τάξει διατάττειν· καὶ τοὺς μὲν λοιμοὺς τῆς πολιτείας ἐξορίζειν, τοὺς εὐσεβεῖς δὲ καὶ ἐναρέτους τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς διοικεῖν καταπιστεύειν.

Περὶ βουλῆς καὶ σκέψεως.

Ὥσπερ τὸ ἑαυτῷ συμφωνεῖν ἔμφρονα καὶ ἐπαινε-

τὸν τὸν ἄνδρα χαρακτηρίζει, οὕτω τὸ τοῖς οἰκείοις διαμάχεσθαι καὶ λόγοις καὶ πράγμασι ψεκτόν τι χρηματίζει καὶ ἀγενὲς, καὶ οὐκ ἀγαθῆς ὑπολήψεώς ἐστιν ἔγγυς. Ἅπερ οὖν ἢ λέγειν ἢ πράττειν βούλει, μηδέποτε ἀπερισκέπτως προβάλῃ, καὶ οὐδαμοῦ σεαυτῷ διαμαχόμενος φωραθείης· ῥίζα μὲν γὰρ τοῦ τοιούτου πάθους ἡ ἀβουλία· εἰ δὲ μετὰ βουλῆς ἅπαντα πράττεις, τὴν ῥίζαν προεκτεμὼν, οὐδέποτε σεαυτῷ μαχόμενος εὑρεθείης.

A cordati : quemadmodum pugnare secum dictis et factis hominis est levis omnique reprehensione digni ; ac pravi judicii argumentum est. Quæ ergo aut dicere aut facere meditaberis cave ne inconsulte proferas, ne uspiam minus tibi constare deprehendaris : hujus enim mali radix est inconsulta temeritas : si autem consulto omnia feceris, radicem illam cum præcideris, nunquam a te dissidere comperieris.

Περὶ εὐνομίας.

Νόμον ἄγραφον τὸν σεαυτοῦ τρόπον τοῖς ὑπηκόοις παρέξεις, καὶ τὴν μνήμην ἄληστον τῆς σῆς βασιλείας διατηρήσεις, ἐὰν καὶ αὐτὸς τοῖς καλῶς κειμένοις νόμοις τῶν πρὸ σοῦ βασιλέων συνακολουθήσεις, καὶ τούτους ἀπαραβάτους πολιτεύεσθαι διατηρήσεις. Ἃ γὰρ τοὺς ὑπὸ χεῖρα φυλάττειν ἀναγκάσεις, ταῦτα πολὺ μᾶλλον τηρεῖν σεαυτῷ τὴν ἀνάγκην ἐπίθες. Εἰ γὰρ αὐτὸς τῶν πρὸ σοῦ τοῖς νόμοις οὐ πολιτεύσῃ, οὐδὲ τοῖς σοῖς ἕτεροι θεσπίσμασιν ἕψονται· καὶ οὕτως οἱ νόμοι ὑπ' ἀλλήλων ἀνατρεπόμενοι, ταραχῆς καὶ συγχύσεως τὸν βίον ὅλον ἐμπλήσουσι, δι' ὧν πολλάκις ὁλόκληρα ἔθνη πρὸς καταστροφὴν κατωλίσθησαν.

Legem non scriptam mores tui subditis repræsentent ; ita immortalem regni tui memoriam relinques, si et ipse bonis legibus prædecessorum obsequaris, et in administratione reipublicæ eas nunquam prætergrediaris : et quæ subditos observare coges, ipse multo magis ea servandi tibi necessitatem impones. Si enim positas a majoribus leges in republica gerenda repudiaveris, nec cæteri edictis tuis obtemperabunt : atque ita fiet ut leges aliæ ab aliis invicem subversæ, confusione ac perturbatione rempublicam totam impleant ; qua quidem ex juris eversione sæpenumero totæ nationes ad interitum sunt redactæ.

Περὶ σκαιῶν ἀνδρῶν.

Λοιμοὺς ἄνδρας τῆς πολιτείας ἐξόριζε, καὶ μηδέποτε τοῖς τοιούτοις ἀρχὴν καταπιστεύσῃς, ἵνα μὴ καὶ αὐτὸς ὅμοιος ἐκείνοις εἶναι δόξῃς, καὶ χαίρων ἐπὶ ταῖς ἐκείνων ἀδικίαις· ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνοι πράξωσι κακὰ, σοὶ τούτων τὰς αἰτίας ἀναθήσουσι, καὶ τῆς ἐκείνων φαύλης γνώμης κοινωνόν σε νομίσουσι, καὶ λόγον ὑφέξεις περὶ αὐτῶν τῷ Θεῷ. Ἡ γὰρ τῶν φαύλων ἀνθρώπων προαγωγὴ, τῶν προαγαγόντων ἐστὶν ἔλεγχος ἀκριβὴς, καὶ τὰ ἐκείνοις πεπραγμένα πονηρὰ τοῖς προχειριζομένους αὐτοὺς ἅπαντες ἐπιγράφονται. Σπούδαζε οὖν μάλιστα τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας προβάλλεσθαι ἄρχοντας, ἵνα αἱ καλαὶ αὐτῶν φῆμαι σὸς γένωνται κόσμος, καὶ ἅπερ ἐκεῖνοι πράττουσιν ἀγαθὰ, σοὶ ταῦτα τὸ ὑπήκοον ἐπιγράψηται· πολλῶν γὰρ χρημάτων κρείττων ὁ παρὰ τοῦ πλήθους ἔπαινος.

De perditis hominibus.

A reipublicæ muneribus perditos homines summoveto, neque ullum iis magistratum committas, ne et ipse similis eis esse, atque improbis eorum factis gaudere videaris. Nam quæcunque mala illi perpetraverint, ea tibi crimini dabunt, teque perversæ voluntatis eorum participem esse judicabunt : quin etiam de illorum sceleribus rationem Deo es redditurus : perditorum enim hominum promotio certa condemnatio est eorum, qui ipsos provexerunt, et scelerata eorum facinora illis attribuuntur, qui eosdem promoverunt. Vide ergo ut bonos viros ad honores evehas, ut bona de factis eorum fama gloriam tuam augeat, cum subjecti præclara illorum gesta tibi ascripturi sint : est enim a populo consentiente profecta laus : magnis opibus longe præstantior.

Περὶ ἐλέους.

Ἔρα χρημάτων, μὴ χάριν ἡδονῆς, ἀλλὰ χρείας ἕνεκα τῆς ἀναγκαίας, ἢ ἵνα τοῖς δυστυχοῦσι βοηθῇς, ἢ ἵνα τοῖς ὑπὲρ ἀλλήλων θνήσκειν αἱρουμένοις χορηγῇς. Ἡ γὰρ ἄλλως φιλοχρηματία οὐ μόνον ὠφέλειαν οὐ ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ βλάβην μᾶλλον προξενεῖ. Πλοῦτος μὲν γὰρ μὴ δι' ἀρετὴν ἐνυπάρχων, κακίας μᾶλλον, ἀλλ' οὐκ ἀρετῆς ὑπηρέτης ἐστίν. Ὁ δὲ χάριν ἀρετῆς προσὼν τοῖς κεκτημένοις μεγάλα δύναται ὠφελεῖν, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν καὶ τὰ σώματα· τὸ μὲν τοῖς δεομένοις δαψιλευόμενος, τὸ δὲ τοῖς ἀγαθοῖς τῶν φίλων ἐπιχορηγούμενος. Εὐποιία γὰρ ἀμφότερα, κἂν διαφόρως ἐπιγράφηται τοῖς ὀνόμασι.

De misericordia.

Necessitatis, non voluptatis causa divitias amato, nempe ut aut egentium inopiam subleves, aut iis qui pro se invicem mori parati erunt, sumptus suppedites ; alioqui enim pecuniæ cupiditas non solum nihil affert emolumenti, sed detrimentum potius affert. Opes enim, quæ virtutis ergo non coacervantur, vitiorum potius quam virtutis sunt ministræ ; quæ autem ad virtutis officia comparantur, possessorum animis et corporibus juvandis magnas afferunt utilitates, cum aut egenis copiose eroganturs, aut fortibus et fidelibus amicis impenduntur : utrumque enim beneficentiæ officium est, etiamsi alio atque alio nomine inscribatur.

Περὶ ἀγάπης φίλων.

Οὐδὲν ἀγάπης, ὡς ἔοικε, κραταιότερον. Φίλου γὰρ ἀληθοῦς οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα τῶν ὄντων οὐδέν· φύλαττε οὖν τὴν φιλίαν ἐν παντὶ καιρῷ καὶ τόπῳ πρὸς τοὺς γνησίους σου φίλους, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἀνύπ-

De amicorum charitate.

Nihil potentius amicitiæ vinculo esse videtur : nihil enim est in rebus humanis quod cum amico fideli permutari possit : omni igitur et tempore et loco cum fidelibus amicis necessitudinem serva,

ut illi sine ulla titubatione aut suspicione mutuum erga te animum gerant : et ne nunquam ingrati animi fueris; pars enim pietatis est bene merentibus gratiam referre : qui vero ingratus est ipse sibi infensus est : gratia enim cum refertur, quodammodo multiplicatur ; cum vero non refertur, etiam quæ parta fuerat, deperit. Dum ergo te gratum exhibueris, multos habueris tui demerendi cupidos ac studiosos : si autem ingratus fueris, nullum omnino amicum habebis, quicum jucunde vivere possis, etiamsi omnes simulatam in te amicitiam ac benevolentiam præ se ferant.

De sermone et silentio.

In detegendis hominum ingeniis solers et consideratus esto : et bona quidem voluntate præditos tibi adjunge, improba vero aversare. Quidquid autem enuntiaturus unquam sis, apud te prius diligenter considera, ne lingua cogitationem antevertente, quod præpostere loquaris tibi exprobretur. In cœtu enim hominum antequam aliquid dicas, in tua potestate est cogitare, si forte post primam sententiam alia tibi melior succurrerit. Iis autem quæ semel dixeris pugnantia subjicere non poteris, si sermones tuos ab omni reprehensione immunes esse volueris. Dicere autem oportebit aut ea quæ perfecte scies, aut quæ temporis ratio postulabit; de reliquis autem omnibus satius erit silere quam loqui.

De eleemosyna.

Largire copiose egentibus misericordiæ stipem, ut ipse ab universorum rege misericordiam consequaris : proprie enim pietas est egenorum sustentatio. Eam ergo diem perisse existimato, qua nemini benefeceris, pro beneficiis quæ ipse a Deo acceperis. Exerce igitur eleemosynam, ut eam vicissim a Deo recipias. Præbe aures tuas supplicum precibus, et hilari vultu eorum pudori consule : miserere lacrymarum viduæ, ac gemitus orphanorum ne repellas : quæ enim fecerimus, eadem et patiemur, et sicut audimus, ita et audiemur, et sicut videmus, ita et videbimur. Qualem ergo tibi se Deum præbere optares, talem et subditis tuis te impertias : qua enim mensura mensus fueris, eadem tibi reponetur.

Momentanea et caduca esse omnia quæ hic sunt.

Scito, fili mi, nihil in hac vita firmum, nihil stabile, nihil perpetuum esse : nam subinde res aliter atque aliter variantur, et rotæ in morem quæ circumvolvitur, ea quæ sursum sunt deorsum feruntur, et quæ deorsum jacent sursum evehuntur : quapropter neque secundis rebus extollere, neque adversis dejicere, sed in utraque fortuna constans esto atque immutabilis, tantum honestis rebus studens, cætera vero Deo committe : nam cum secunda uteris fortuna, adversæ metus te ab superbia revocare debet, et cum adversa jactaberis, melioris spes pariter te ab animi dejectione deducere : hoc enim pusilli est animi ac regia virtute indignum : quia quod futurum est videri ne-

A οπτόν σου καὶ βεβαίαν τὴν ἀγάπην διατηρῶσι· καὶ μὴ γίνου τῇ γνώμῃ ἀχάριστος· μέρος γὰρ εὐσεβείας τὸ ἀνταποδιδόναι τοῖς εὐποιοῦσι τὰς χάριτας. Ὁ γὰρ ἀχάριστος ἑαυτῷ ὑπάρχει πολέμιος. Χάρις μὲν γὰρ ἀνταποδιδομένη πλεονάζεται· μὴ ἀνταποδιδομένη δὲ, καὶ τὴν καταβληθεῖσαν προσαπόλλυσιν. Εὐχάριστος τοίνυν γενόμενος, πολλοὺς ἕξεις τοὺς περὶ σὲ σπουδάσοντας, καὶ πολλάς σοι καταβαλοῦντας τὰς χάριτας· ἀχάριστος δὲ ὑπάρχων, οὐδένα κτήσῃ φίλον οὐδαμῶς, μεθ' οὗ συμβιώσεις ἡδέως, κἂν πάντες ἄνθρωποι τὴν πρὸς σὲ φιλίαν ὑποκριθῶσι.

Περὶ λόγου καὶ σιωπῆς.

Νουνεχὴς ἴσο, καὶ φρόνιμος ἐν τῷ τὸ ἑκάστου ἦθος ἀναμανθάνειν, καὶ τῶν μὲν σπουδαίων τὰς γνώμας; B ἀποδέχεσθαι, τῶν δὲ φαύλων ἀποστρέφεσθαι. Ἀλλὰ καὶ ὅπερ ἂν μέλλεις ἐρεῖν, προεπισκόπει τῇ γνώμῃ, ἵνα μὴ καὶ ἡ γλῶσσα προτρέχουσα τοῦ λογισμοῦ, ἀτάκτως λέγειν ὀνειδισθῇ. Σκοπήσας; μὲν γὰρ ἐν συλλόγῳ κύριος εἶ πρὸ τοῦ τι εἰπεῖν, ὧν μέλλεις εἰπεῖν, εἴ που καὶ μετὰ τὴν προτέραν γνώμην ἡ δευτέρα κρείττων ἀναφανῇ. Λαλήσας δὲ ἅπαξ, οὐ δυνήσῃ τοῦ λαληθέντος ἐναντία προσεπειπεῖν, εἴγε μώμου χωρὶς τὰς ὁμιλίας ποιεῖσθαι ποθεῖς. Λέγειν δὲ ἀναγκαῖον, ἢ περὶ ὧν ἀκριβῶς γινώσκεις, ἢ περὶ ὧν ὁ καιρὸς ἀπαιτεῖ· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις ἅπασι κρείττων τοῦ λέγειν ἡ σιωπή.

Περὶ ἐλεημοσύνης.

Τὸν ἔλεον ἐπιδαψιλεύου τοῖς δεομένοις, ἵνα ἔλεον C ἐπισπάσῃ παρὰ τοῦ τῶν ὅλων βασιλέως· εὐσέβεια γὰρ κυρίως ἡ τῶν δεομένων ἐστὶ μετάδοσις. Καὶ μηδὲν ἡγοῦ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἐν ᾗ μηδένα εὐεργετήσεις, ὑπὲρ ὧν παρὰ Θεοῦ καὶ αὐτὸς εὐηργετήθης. Κτῆσαι οὖν τὴν ἐλεημοσύνην, ἵνα τὸ ὅμοιον παρὰ Θεοῦ ἀντιδέξῃ· κλῖνον τὸ οὖς σου τοῖς ἱκετεύουσι· δυσωπήθητι ὄμματι ἱλαρῷ τοὺς δυσωποῦντας· οἰκτειρον δάκρυα χήρας, καὶ στεναγμοὺς ὀρφανῶν μὴ ἀπώσῃ· ἃ γὰρ ἂν ποιήσωμεν, ταῦτα καὶ πάθωμεν, καὶ ὡς ἀκούομεν ἀκουσθησόμεθα, καὶ ὡς ὁρῶμεν ὀραθησόμεθα. Οἷον οὖν εὖχῃ τὸν Θεὸν γενέσθαι σοι, τοιοῦτος περὶ τοὺς οἰκέτας γενοῦ καὶ αὐτός· ἐν ᾧ γὰρ μέτρῳ μετρήσεις, ἀντιμετρηθήσεταί σοι.

Ὅτι πρόσκαιρα τὰ ἐνθάδε πάντα.

D Ἴσθι, τέκνον ἐμὸν, ὡς οὐδὲν ὁ βίος οὗτος ἔχει τὸ στάσιμον, οὐδὲν τὸ βέβαιον ἢ ἀμετάβλητον. Ἀλλοτε γὰρ ἄλλως ἀμείβει τὰ πράγματα, καὶ τροχοῦ δίκην κυλιομένου, τὰ μὲν ἄνω φέρεται κάτω, τὰ δὲ κάτω φέρεται ἄνω. Διὸ μήτε εὐτυχίαις ἐπαίρου, μήτε ἐν ταῖς δυστυχίαις καταφέρου· ἀλλ' ἴσο κατ' ἄμφω σταθηρὸς καὶ ἀμετάπτωτος, μόνῳ τῷ καλῷ σπουδάζων, τὰ δ' ἄλλα προσανατιθεὶς τῷ Θεῷ. Ὅταν γὰρ εὐτυχῇς, τῇ ἐλπίδι τῆς δυστυχίας ἐπαίρεσθαι οὐκ ὀφείλεις· μηδ' ὁπότεν δυστυχῇς, τῇ ἐλπίδι τῆς εὐτυχίας καταφέρεσθαι παρενεχθῇς· μικροψυχίας γὰρ τὸ τοιοῦτο καὶ ἀνάξιον βασιλικῆς ἀρετῆς, διότι τὸ μέλλον ἀόρατον. Μήτε οὖν στυγνάζων ποτὲ, μήτε γελιάζων αὐθαδῶς φωραθῇς· οὕτω γὰρ φρόνιμός τε δόξεις εἶ-

νει, καὶ τὰ ἐξ ἑκατέρου πάθη διαφύγοις· καὶ οἱ τὰ σὰ λογοπραγοῦντες οὐδεμίαν ἕξουσι λαβὴν τοῦ μέμφεσθαι τὰ προσπίπτοντα.

quit. Neque igitur tristis neque etiam procacius ridens palam deprehendaris; ita enim et prudens existimaberis, et affinia utrinque vitia devitabis, neque curiose maledicis ansam ullam præbebis obloquendi de iis, quæ tibi accident.

Περὶ ἐπιμελείας.

Ταύτην σεαυτῷ τὴν ἀνάγκην ἐπίθες, τὸ πάντα μὲν ὀφθῆναι ἐφορᾷν, μηδὲν δὲ καταδέχεσθαι παροράν. Αὐτὸ δέ φημι, ἐπεὶ βασιλεὺς ὑπάρχων, οὐδένα ἔχεις ἐπὶ γῆς ὑπὲρ σέ, ὃς ἀναγκάσαι σε δύναται. Ἀλλ' εἰ καὶ πάντων βασιλεύεις τῶν ἐπὶ γῆς, ἀλλ' ἔχεις καὶ αὐτὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς βασιλέα. Εἶγε οὖν ἐκείνῳ πάντων μέλει ὡς Θεῷ, οὕτω χρὴ καὶ σὲ μηδὲν παροράν, ὡς ὑπὸ Θεῷ βασιλεῖ. Ὥσπερ γὰρ τὰ παρὰ σοῦ ἐπιμελῶς ὁρώμενά τε καὶ διοικούμενα μεγάλης ἀπολαύει τῆς ὠφελείας, οὕτω καὶ τὰ παρορώμενα πρὸς μεγάλην καταλισθαίνει ἀπώλειαν. Εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ πάντων οὐ μικρὸν τὸ παρὰ μικρόν, ἀλλ' οὖν ἐπὶ βασιλεῖ τὸ σοφὸν τοῦτο μᾶλλον ἁρμόσειε.

De diligentia.

Obstringe te huic necessitati, ut omnia tibi oculis inspicienda esse ducas, et nihil inexploratum prætermittas : quippe imperator cum sis, in terris quidem neminem superiorem habes, qui te cogere valeat; ac licet omnium in terra sis dominus, regem tamen habes superiorem in cœlo, cui sicut omnia ut Deo curæ sunt, ita tibi quoque ut regi curæ esse debent : nihil ergo tibi negligendum est, utpote qui rex Deo subjectus es. Quemadmodum enim ea quæ a te diligenter inspecta administrantur, haud parum proficiunt, itaque neglectim prætereuntur, in magnam perniciem labuntur; et si omnibus in rebus non parvum est quod parum abest, præcipue tamen regibus sapiens hoc dictum convenit.

Περὶ φυλακῆς.

Ὡς ἀγαθὴ λίαν σώματι βασιλικῷ φυλακή, ἡ παρὰ τῶν ὑπηκόων εὔνοια σὺν Θεῷ, καὶ τὸ πάντας εὐποιεῖσθαι παρ' αὐτοῦ, καὶ μηδέν' ὑφορᾶσθαι τυραννικόν τι παθεῖν. Ἀλλ' ὥσπερ δεῖ τὴν βασιλείαν σου φυλάττειν παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἀνεπίβουλον, οὕτω χρὴ τηρεῖν καὶ τοῖς πάθεσιν ἀνεπίβατον· ἀμφότερα γὰρ ὁ λόγος ἐπιβουλὴν ὁρίζεται, καὶ ἐν ἑκατέροις μέγας ὁ κίνδυνος. Ἀλλ' ἡ μὲν τοῦ σώματος ἐπιβουλὴ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, πρόσκαιρον ἔχει τὸν θάνατον· ἡ δὲ κατὰ τῆς ψυχῆς ἐπιβουλὴ παρὰ τῶν παθῶν, τιμωρίαν προξενεῖ, καὶ μετὰ τὸν θάνατον, τὴν ἀθάνατον.

De custodia.

Nulla regii corporis melior est custodia, quam subditorum benevolentia, Deo juvante; cum ita sunt omnes ab eo beneficiis cumulati, ut nemo ab eo tyrannici quidquam sibi metuat. Sed quemadmodum imperium tuum ab inimicorum insidiis sartum tectum servare oportet, ita et a perturbationum incursionibus inoffensum : utrumque enim insidiarum nomine continetur, et ab utroque ingens imminet periculum. Sed corpori quidem paratæ ab hostibus insidiæ temporariæ mortis discrimen afferunt: adversus autem animam a cupiditatibus comparatæ, etiam post mortem, immortalem secum pœnam trahunt.

Περὶ τῆς ἐπουρανίου βασιλείας.

Πολλοὶ βασιλεῖς τὰ βασίλεια ταῦτα παρῴκησαν· ἀλλ' ὀλίγοι τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν κατῴκησαν. Σπούδαζε οὖν, τέκνον ἠγαπημένον, μὴ μόνον ταύτην τὴν βασιλείαν κατορθῶσαι διὰ τῆς τῶν τρόπων καλοκἀγαθίας, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπουράνιον κληρονομῆσαι διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν ἀγαθοεργίας. Σήμερον γάρ εἰσι τὰ βασίλεια σά, καὶ αὔριον ἔσονται οὐ σά, μετὰ δὲ τὴν αὔριον ἑτέρου· καὶ τὴν μετ' ἐκείνην, τοῦ μετ' ἐκεῖνον, ὥστε οὐκ εἰσὶν οὐδέποτε οὐδενός. Εἰ γὰρ καὶ πολλοὺς ἀμείβουσι τοὺς δεσπότας, οὐδένα ἄρα τὸν γνήσιον ἔχουσι δεσπότην. Ἐπεὶ οὖν μεταβῆναι χρὴ τῆς ἐντεῦθεν ἐξουσίας, σπεύσωμεν ἀμείψασθαι δι' ἀρετῆς τὴν ἐκεῖθεν βασιλείαν, ἥτις μόνη τὸ ἀθάνατον κέκτηται καὶ ἀδιάδοχον· τὰ δὲ ἄλλα πάντα ῥεῖ καὶ παρέρχεται.

De cœlesti regno.

Regiam istam permulti reges incoluerunt; sed pauci cœleste regnum adepti sunt. Tu vero charissime fili, enitere non solum terrenum istud regnum per morum probitatem recte administrare : sed cœlestis etiam hæreditatem per virtutis exercitationem adipisci. Hodie enim tua sunt ista palatia, crastina die tua fortasse non erunt, ac perendie alterius fient, ac post perendinum diem alius adhuc post alium, ita ut nullius unquam sint propria. Nam etsi multos vicissim permutant dominos, tamen proprie nullum verum ac germanum habent. Quoniam ergo dominatione ista cedendum est, studeamus eam per virtutem cum cœlesti regno commutare, quod solum nec morti, nec vicissitudini obnoxium est, cum cætera omnia defluant ac prætereant.

Περὶ μνήμης Θεοῦ.

Ἐὰν νόμον σεαυτοῦ τὴν συνείδησιν ἔχῃς, καὶ ἅπερ αὐτὸς παθεῖν οὐκ ἐθέλεις, οὐδὲ ἑτέρους παθεῖν ἐπιτρέψῃς, οὐδέποτε μέμψιν ἁμαρτίας ὑποστήσῃ· εἰ δὲ καὶ τὸν Θεὸν ἐν πάσῃ σου πράξει ἐπόπτην καὶ ἐξεταστὴν, ὥσπερ ἔστιν, ἀναλογίσῃ, οὔτε φανερῶς ποτε, οὔτε κρυπτῶς ἁμαρτήσεις. Κἂν γὰρ ἑτέρους λανθά-

De memoria Dei.

Conscientiam tuam si pro lege habueris, et quæ pati ipse nolis, nunquam alios pati permiseris, nullius unquam peccati labe fœdaberis; et si Deum omnium quæ facis inspectorem cognitoremque, sicut est, esse tibi persuaseris, nunquam neque palam neque clam peccabis. Nam etsi alios latera

videberis quæ secreto facies; at conscientiam A certe tuam, et Deum ipsum qui usque in abditos animi recessus intuetur, revereberis. Homines enim quæ corporis sunt vident; at quæ in penetralibus animi latent, solus Dei oculus, quem nihil latet, conspicatur. Sicut enim cum sol lucet sub dio nihil occultum esse potest, ita Deo inspiciente omnia nihil illum latere potest.

De corruptione munerum.

Venales muneribus dignitates cave ne habeas, sed potius gratis eas largire. Qui enim magistratum pretio emit, multo magis eidem subjectos emit, ut muneribus quæ dedit fretus ipse audacius munera capiat. Proba igitur atque explora diligenter, atque ita demum ad honores provehe eos, qui donum hoc sine muneribus ambibunt, si vis omnem a republica concussionis labem exsulare. Nam qui dat ut magistratum capiat, quæstum sibi a magistratu captat; dat enim ut jus capiendi habeat, et violatione jurium jurium violationem negotietur. Qui enim sine pretio magistratum obtinuerit, is nunquam concussionis vitio laborabit: at qui pretio magistratum mercatus fuerit, is nunquam ad faciendum aliquid sine mercede assuescere poterit: te autem concussionis et sordium habebit magistrum, quem vindicem habere debuerat: neque ipse solum captabit munera, sed etiam alios sibi subjectos ad idem faciendum compellet.

De injustitia.

Haudquaquam tam graviter peccat qui facit injuriam, quam qui sciens fieri sinit. Cum ergo aliquis passus injuriam ad te accesserit, ne querimoniam et afflictionem illius contemnas, ne occasionem præbeas iis qui facere injuriam parati erunt. Qui enim læsus injuria est, in te uno spem suam ponit, teque ipsum injuriæ suæ vindicem futurum opponens, persequitur eum a quo est injuria violatus. Omnino ergo oportet supplicem, qui apud te conqueritur; jus suum obtinere, cum æquum sit injuriam propulsari. Si vero ipse in injuria connivebis, atque eum qui læsus erit, despicies, eum autem qui læserit, cum solus ulcisci valeas, nullam justitiæ rationem habeas, quid reliquum spei erit misero illi quo fugiat? a quo amplius vindictam exspectabit, nisi a Deo, qui a te rationem D injuriæ neglectæ reposcet? Jus igitur reddito ei, qui injuriam passus est, atque illius auctorem vindicato, ne conniventia tua videaris cum facientibus injuriam conspirare, atque alieni sceleris te ipsum reum agere.

De mortalitate et immortalitate.

Mortalis quidem es corpore, anima vero immortalis: in iis ergo quæ carnis sunt propria mortale sapias; quæ vero animi, immortale. Amplectere mundum istum corruptibilem corpore mortali; animo vero beatitudinem æternam quasi immortalis. Etsi enim in regni solium evectus es, post al quantum temporis tamen ab eo descendes: et si totum terrarum orbem armis subigere contenderis, post mortem tamen nihil amplius quam

νειν δόξῃς, ἅπερ ἐν κρυφῇ πράξεις, ἀλλ' οὖν γε τὴν σεαυτοῦ συνείδησιν καὶ Θεὸν, τὸν καὶ αὐτῶν τῶν τῆς ψυχῆς ταμείων ἔφορον, ἐπαισχυνθήσῃ. Τὰ μὲν γὰρ τοῦ σώματος ἐφορῶσιν ἄνθρωποι, τὰ δὲ ἐν τῷ βάθει τῆς ψυχῆς ὁ μόνος ἀλάθητος ὀφθαλμὸς τοῦ Θεοῦ ὁρᾷ. Ὥσπερ ἡλίου λάμποντος ἐν αἰθρίᾳ κεκρυμμένον οὐδὲν, οὕτω τοῦ Θεοῦ ἐποπτεύοντος τὰς πράξεις, λαθεῖν δυνατὸν οὐδέν.

Περὶ δωροληψίας.

Προῖκα χαρίζου τὰ ἀξιώματα, καὶ μὴ δώροις ἀπεμπόλει τὰς ἀξίας. Ὁ γὰρ τιμῆς τὴν ἀρχὴν ὠνούμενος, πολλῷ πλέον τοὺς ἀρχομένους ὠνήσατο, ἵνα τῇ δωροδοκίᾳ θαῤῥῶν, πρὸς δωροκοπίαν ἀδεῶς ὁρᾷ. Ἀναζήτει οὖν ἐπιμελῶς, καὶ ἐρώτα, κἀκείνους ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἀναβίβαζε, εἴ γε βούλει τὴν δωροληψίαν B ἐξορίσαι τῆς πολιτείας, ὅσοι δωρεὰν ἀλλ' οὐ δώροις ταῦτα ἐπιζητοῦσιν. Ὁ γὰρ διδούς τι διὰ τὴν ἀρχὴν, κέρδος τι ζητεῖ λαβεῖν παρὰ τῆς ἀρχῆς, ὅσου τὴν λῆψιν ὠνούμενος, καὶ παρανομίᾳ τὴν παρανομίαν πραγματευόμενος. Ὃς γὰρ ἂν ἅμισθον τὴν ἀρχὴν λάβοι, δωροληψίας οὐ περιπεσεῖται ἐγκλήματι. Ὁ δὲ μετὰ μισθοῦ λαβὼν τὴν ἀρχὴν, οὗτος οὐδὲν χωρὶς ζώρων πρᾶξαί ποτε μεταμάθοι· καὶ σὲ τῆς δωροληψίας διδάσκαλον ἔχων, τὸν ταύτην κρίνειν ὀφείλοντα, οὐ μόνον αὐτὸς δωροληπτήσει, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους τοὺς ὑπ' αὐτὸν τὰ αὐτὰ πράττειν συναναγκάσει.

Περὶ ἀδικίας.

Οὐχ οὕτως ἁμαρτάνει ὁ ἀδικῶν, ὡς ὁ τὴν ἀδικίαν C παραχωρῶν. Ὅταν οὖν σοι προσέλθῃ ἀδικηθείς, μὴ ὑπερίδῃς αὐτοῦ τὴν συντριβὴν, ἵνα μὴ χώραν δῷς τοῖς βουλομένοις ἀδικεῖν. Ὁ γὰρ ἠδικημένος ἐπὶ σοὶ μόνῳ τὰς ἐλπίδας σαλεύει, καὶ σὲ τῆς ἀδικίας ἐκδικητὴν προβαλλόμενος, τὸν ἠδικηκότα ἀμύνεται. Πάντως δὲ χρεὼν παρὰ σοῦ τὸν προσελθόντα δικαιωθῆναι, ἐπεὶ δίκαιον τὴν ἀδικίαν ἀνασταλῆναι. Εἰ δὲ αὐτὸς τὴν ἀδικίαν παραχωρήσας τῷ ἀδικοῦντι, τὸν ἠδικημένον ὑπερίδῃς, καὶ δυνάμενος μόνος τὸν ἠδικηκότα ἀμύνεσθαι, τῆς δίκης μηδένα ποιήσῃς λόγον, ποῦ ὁ δείλαιος ἐκεῖνος ἔτι καταφυγεῖν ἐλπίσει; παρὰ τίνος ἀπολήψεται τὴν ἐκδίκησιν, εἰ μὴ παρὰ Θεοῦ, ὃς καὶ σὲ τῆς ἀμελείας ἀπαιτήσει τὰς δίκας; Δικαίωσον οὖν τὸν ἠδικημένον, καὶ ἀμύνου τὸν ἠδικηκότα, ἵνα μὴ δι' ὧν παροράᾳς, δόξῃς καὶ αὐτὸς τοῖς ἀδικοῦσι συναδικεῖν, καὶ ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων σεαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσεις.

Περὶ θνητότητος καὶ ἀθανασίας.

Θνητὸς ὑπάρχεις τῷ σώματι, ἀθάνατος δὲ τῇ ψυχῇ διαμένεις· φρόνει οὖν θνητὰ τῇ σαρκὶ, τῇ δὲ ψυχῇ ἀθάνατα. Περίβαλε κόσμον τῷ σώματι, ὡς θνητὸν τῷ θνητῷ· περιβαλοῦ καὶ ὄλβον ἀθάνατον τῇ ψυχῇ, ὡς ἀθανάτῳ. Κἂν γὰρ ἐπὶ θρόνον ὑψωθῇς, ἀλλ' οὖν μετὰ χρόνον καταβήσῃ· καὶ εἰ τῆς γῆς ἁπάσης κατακρατῆσαι φιλονεικήσῃς, ἀλλ' οὐ πλέον τριπήχεως γῆς μετὰ θάνατον κληρονομήσεις. Ἐπιμελοῦ οὖν τῆς θνητῆς βασιλείας ὡς θνητός· περιποιοῦ δὲ καὶ κτῶ τὴν

ἀθάνατον βασιλείαν διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν κτήσεως, ὡς ἀθάνατος· διὰ τοῦτο γὰρ τῆς θνητῆς ἠξιώθης ἐξουσίας, ἵνα δι' αὐτῆς ἐμπορεύσῃ τὴν ἀθάνατον βασιλείαν.

A tres humi cubitos occupabis. Proinde terrenum hoc regnum ut mortalis, administra; enitere tamen ut immortale regnum per virtutem adipiscaris, ac teneas, quasi immortalis; propterea enim terrena potentia donatus es, ut per eam cœlestem atque æternam dominationem acquiras.

Περὶ ἀρχόντων.

Ἣν ἔχεις γνώμην περὶ σεαυτοῦ, ταύτην ἔχειν θέλε καὶ περὶ τῶν ὑπὸ σὲ, καὶ περὶ παντὸς ποιοῦ, ἀγαπητῶς αὐτοὺς ἔχειν περὶ τὴν σὴν ἀρχήν. Ἐκεῖνοι γὰρ μάλιστα ἡδέως βασιλεύουσιν, οἵτινες τὸ ὑπήκοον ἄριστα θεραπεύουσι, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους τιμῶντες ἀγαθοποιήσουσιν, τοὺς δ' ἀναξίους οὐκ ἀδικήσουσι. Μάλιστα δ' ἂν εὐδοκιμήσειας, εἰ τὴν ἑκάστῳ χώραν ἀποδώσῃς· καὶ τοῖς μὲν ἀξίοις ἄρχειν τὰς ἀρχὰς καταστήσεις, τοῖς δὲ ἀρχομένοις πάλιν μήθ' ὑβρίζειν τοὺς ἄρχοντας, μήθ' ὑβρίζεσθαι παρασκευάσεις. Γίνωσκε οὖν ἀναμανθάνων ἕκαστον, καὶ οὕτω προσηκόντως τά τε περὶ τῶν ἀρχόντων, καὶ τῶν ἀρχομένων, πραγματεύου, ἵνα μὴ ἄρχωσιν ἔλαφοι λεόντων, ἀλλὰ λέοντες ἐλάφων.

B

De magistratibus.

Fac eamdem habeas de subjectis tuis, quam de te ipso habes sententiam, et da operam quoad ejus fieri poterit, ut tuam illi ament dominationem. Illi enim soli jucunde regnant, qui subjectos suos diligentissime curant, ita ut eos qui digni sunt, honoribus et beneficiis cumulent, indignos vero minime lædant. Ita autem potissimum bene audies, si suum cuique locum et gradum servaveris; et iis quidem qui cæteris præesse digni erunt, præfecturas commiseris : eos autem qui parere debent, ita temperaveris, ut neque præfectos suos offendere, neque ipsi vicissim ab iis violari possint. Da igitur operam, ut unumquemque exploratum et perspectum habeas, atque ita ut par est, de iis qui præesse, et qui obedire debebunt sapienter statuas, ne cervi imperent leonibus, sed potius leones cervis.

Περὶ εἰρήνης.

Μακάριον σεαυτὸν καὶ κόπου χωρὶς ἀποδείξεις, εἰ τὰ μαχόμενα σπεύδεις εἰρηνοποιεῖν, καὶ πᾶσαν ἔχθραν καὶ πᾶσαν ἔριν τῆς πολιτείας ἐξορίζεις, καὶ πᾶσαν γαλήνην, καὶ πᾶσαν ἀγάπην τὸ ὑπήκοον ἀσπάζεσθαι διδάξεις, καὶ τοὺς μὲν τὰς ἔχθρας γεννῶντας, ἀποβλήτους εἶναι, τοὺς δὲ τὴν εἰρήνην φιλοῦντας, οἰκειοῦσθαι. Υἱὸς γὰρ ἐμοῦ τοῦ γηΐνου βασιλέως ὑπάρχων κατὰ σάρκα, καὶ τοῖς παρ' ἐμοῦ σοι λεγομένοις πειθόμενος λόγοις, υἱὸς κληθήσῃ καὶ τοῦ ἐπουρανίου Βασιλέως, τὴν θείαν σεαυτῷ συγγένειαν ἐπιγραφόμενος κατὰ πνεῦμα, τοῦ πράου καὶ εἰρηνικοῦ Χριστοῦ μαθητὴς ὑπάρχων· *Μακάριοι*, γὰρ, φησὶν, *οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.*

C

De pace.

Beatum te porro ac sine magno labore reddideris, si lites omnes componere, omnesque inimicitias ac simultates e republica eliminare studueris, et subjectos paci studere, ac mutua se charitate complecti docueris : si nimirum eos qui lites serunt exsulare jusseris, pacis autem amantes tibi adjunxeris. Filius enim meus, hoc est terreni regis, natura cum sis, monitis meis ac præceptis si paruerit, cœlestis quoque Regis filius vocaberis, divinam tibi consanguinitatem per gratiam adipiscens, ac te pro pacifici ac mitissimi Christi discipulo gerens : *Beati*, enim, inquit, *pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*[1].

Περὶ ἐπαίνου.

Ἐπαίνει τῶν συνόντων, μὴ τοὺς ἅπαντα τὰ πραττόμενά σοι ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ τοὺς τοῖς ἐσφαλμένοις μᾶλλον ἐπιτιμῶντας· τούτους γὰρ ἐγὼ εὐνουστέρους καὶ σωφρονεστέρους οἶδα τῶν ἄλλων. Καὶ γὰρ τοῦ ψεύδους ἡ ἀλήθεια προτιμητέα. Ἀλλὰ καὶ τοῖς εὖ φρονοῦσι παῤῥησίαν χαρίζου, ἵνα περὶ ὧν ἀγνοεῖς, ἔχῃς μεθ' ὧν ἄριστα συμβουλεύσῃ. Καὶ οὕτω διατεθεὶς, σκοπήσεις, ὡς οὐ χρὴ τοῖς διὰ τέχνης κολακεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς μετ' εὐνοίας θεραπεύουσι προσέχειν δεῖ· τῆς γὰρ ἑτέρου ὠφελείας καὶ βλάβης εὖ μάλιστα πειραθεὶς, τὸ μὲν ἀποφεύξῃ, τοῦ δὲ ἐπιτεύξῃ.

D

-- De laude.

Lauda ex familiaribus non eos qui facta tua omnia probabunt, sed potius eos qui peccata interdum tua reprehendent; eos enim ego et amantiores et sapientiores esse judico : semper enim veritas mendacio præferenda est. At bene animatis erga te loquendi libertatem concedes, ut habeas quibuscum de rebus quas ignoras, optimum consilium capere possis : et ad hunc modum si te comparaveris, cognosces, non iis qui artificiose adulantur, sed illis qui sincera benevolentia tibi deserviunt, adhærendum esse : horum enim utilitate, et illorum pernicie explorata, ab istis quidem cavebis, illos vero tibi adjunges.

Περὶ προσοχῆς.

Νεότητα κόσμησον, μὴ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἐναρέτοις, μηδὲ περιίδῃς σου τὴν φύσιν ἅμα πᾶσαν διαλυθῆναι· κἂν γὰρ σώματος ὑπάρχεις θνητοῦ, ἀλλὰ καὶ ψυχῆς ἔλαχες ἀθανάτου. Πειρῶ οὖν

De sui cura.

Juventutem tuam exorna non corporis exercitatione, sed virtutis; neque naturam tuam sinas simul totam interire, etsi enim mortale corpus sortitus es, at animum mortalitatis expertem habes. Cou-

[1] Matth. v, 9.

nitere ut per boni nominis memoriam immortalitatem consequaris. Gloriosam autem tui nominis memoriam relinques, si eos, qui talem reliquerint, imitaberis; ut mediteris quidem et honesta dicere, et similia facere consuescas, et quæ te sentire dictis indicaveris, eadem opere implere curaveris.

De commiseratione.

Ut corporis omnis umbra semper est comes, ita semper hominem peccatum consequitur : natura enim humana valde ad labendum est proclivis, et ad cadendum prona. Esto igitur errantibus lenis, et justitiæ admisce humanitatem. Si enim ipse ab errantibus exigis rationem, tuorum ipse peccatorum censorem habes Deum : proinde quotidie tibi ipse denuntia ; ut aliis peccata remiseris, ita a Deo remissum iri tibi spera. Cum ergo præjudicium tibi ipse facias, remitte debentibus debita, ut et tibi remittantur tua : quæ enim conservis tuis feceris, eadem a communi Domino recipies, et quo judicio alios judicaveris, eodem et ipse judicaberis.

De æquitate.

Præbe faciles aures precanti, eique placide responde. Etsi propter terreni regni celsitudinem aditu facilis non es, at propter regni cœlestis spem accessus ad te pateat omnibus. Consolare mœrentes si non muneribus, at saltem verbis : nam vel unum verbum quam multa munera pluris esse novi, et dictum unicum ad consolandum efficacius esse quam res alias sexcentas. Non enim tantum valet pecuniæ copia ad levandum animi dolorem, quantum blanda et lenis oratio principis : hac igitur ratione subditorum tibi populorum benevolentiam sine ullo sumptu tibi conciliabis, qui ex eo te patrem potius quam dominum prædicabunt.

De referenda gratia.

Quot a Deo accepisti beneficia, tot scito debere te gratias ei referre, qui debita non tanquam debita excipiat, sed quasi pro gratia duplo plures gratias reddat. Igitur largitori bonorum bonam gratiam redde, et quam ab eo accepisti dominationem, eam beneficiis in tuos conferendis impende. Sed eos tamen ad benefaciendum ditiores te esse putato, qui te sunt minores quod ad imperii potentiam attinet. Non enim eam accepisti ut retineres, sed suscepisti ut administrares, et ab eo, qui eam tibi tradidit, probæ administrationis mercedem ac pro terreno regnum cœleste recipieres.

De pulchritudine corporis.

Corporis forma hominem reddit idoneum, qui in aula regi terreno assistat ; sed animi pulchritudo illum cœlesti regi charum gratumque reddit : et illa quidem ut momentaneis honoribus perfruamur facit : hæc vero æternam nobis Dei ac Domini amicitiam familiaritatemque conciliat. Tu vero nullum habes te superiorem cui corporis pul-

A διὰ τῆς ἀγαθῆς μνήμης κτήσασθαι τὸ ἀθάνατον· μνήμην δὲ καταλίπῃς ἀγαθὴν, ἐὰν καὶ αὐτὸς τοὺς ἀγαθὴν καταλιπόντας μνήμην ζηλοῖς· ἵνα καλὰ μὲν ἐκμελετήσῃς λέγειν, τὰ ὅμοια δὲ συνεθισθῇς πράττειν, καὶ ἃ φρονεῖν ἐπιτηδεύσεις διὰ τῶν λόγων, ταῦτα ποιεῖν ἐπιμελήσει διὰ τῶν ἔργων.

Περὶ συμπαθείας.

Ὥσπερ οὐκ ἔνι σῶμα ᾧ οὐ παρέπεται σκιὰ, οὕτως οὐδὲ ἄνθρωπος ᾧ οὐ παρέπεται ἁμαρτία. Ἡ γὰρ φύσις ἡμῶν εὐόλισθόν τι χρῆμα καὶ πρὸς τὸ πταίειν εὐκατάφορον. Ἔσο οὖν τοῖς ἁμαρτάνουσιν εὐμενὴς, καὶ τῷ δικαίῳ κίρνα τὸ φιλάνθρωπον. Κἂν γὰρ ἑτέρους πταίοντας λογοθετεῖς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς τῶν σεαυτοῦ σφαλμάτων λογοθέτην ἔχεις τὸν Θεόν. Καὶ καθ' B ἑκάστην ἑαυτῷ παρεγγύα τὴν ἡμέραν, ὡς ἀφήσεις καὶ αὐτὸς ἀφεθῆναί σοι παρ' ἑαυτοῦ ἔλπιζε. Ἐπεὶ οὖν σεαυτῷ τὴν κρίσιν ἐπιψηφίζῃ, ἄφες τοῖς ὀφειλέταις τὰ ὀφειλήματα, καὶ ἀφεθήσεταί σοι τὰ ἁμαρτήματα. Ἃ γὰρ ἂν τοῖς συνδούλοις ποιήσεις, ταῦτα παρὰ τοῦ κοινοῦ Δεσπότου ἀνταποδέξῃ, ὅτι ἐν ᾧ κρίματι κρίνεις, ἐν τούτῳ καὶ κριθήσῃ.

Περὶ ἐπιεικείας.

Ὑπόκλινον τὸ οὖς σου τῷ δεομένῳ, καὶ ἀποκρίθητι αὐτῷ τὰ εἰρηνικά. Κἂν γὰρ ἀπρόσιτος ὑπάρχῃς διὰ τὴν κάτω δυναστείαν, ἀλλ' εὐπρόσιτος γενοῦ διὰ τὴν ἄνω ἐξουσίαν. Παραμύθησαι τοὺς ὀδυνωμένους, εἰ καὶ μὴ δώροις, ἀλλ' οὖν τοῖς λόγοις· πολλῶν γὰρ δωρεῶν οἶδα καὶ λόγον ἕνα ὑπεράξιον, καὶ μυρίων ἄλλων πραγμάτων ῥῆμα ἓν εἰς παραψυχὴν C ἰσχυρώτερον. Οὐ τοσοῦτον γὰρ χρημάτων δύναται περιουσία, ὡς βασιλέως ῥῆμα ἐπιεικὲς, παραμυθήσεσθαι ψυχὴν ἀλγοῦσαν. Οὕτως ἀγαπητὸς γενήσῃ τοῖς ὑπὸ χεῖρα μάλιστα, καὶ δαπάνης χωρὶς τὴν ἁπάντων εὔνοιαν κερδήσεις, καὶ πατέρα σε μᾶλλον ἢ δεσπότην ἀνακηρύξουσι.

Περὶ ἀντιχάριτος.

Ἴσθι ὡς ἐφ' ὅσον ἠξιώθης παρὰ Θεοῦ τῶν ἀγαθῶν, ἐπὶ τοσοῦτον ὀφείλεις αὐτῷ ἀντιδιδόναι τὰς χάριτας, τῷ μὴ ὡς χρέος δεχομένῳ τὰς ὀφειλὰς, ἀλλ' ἀντιδιδόντι, ὥσπερ ἀντὶ χαρίτων διπλασίονας χάριτας. Ἀμείψαι οὖν τῷ εὐεργέτῃ τῶν ἀγαθῶν χάριν ἀγαθὴν, καὶ ἣν ἔλαβες παρ' αὐτοῦ ἐξουσίαν χρῆσαι ταύτῃ D ταῖς εἰς τοὺς πλησίον εὐεργεσίαις. Πλουσιωτέρους δέ σου μᾶλλον νόμιζε κατὰ τὴν εὐποιίαν, ὅσοι μικρότεροί σου τυγχάνουσι διὰ τὴν ἐξουσίαν. Οὐ γὰρ ἔλαβες, ἵνα κατέχῃς, ἀλλ' ἐδέξω, ἵνα οἰκονομήσῃς, καὶ τῆς καλῆς διοικήσεως παρὰ τοῦ δεδωκότος τοὺς μισθοὺς ἀπολήψῃ, καὶ ἀντὶ τῆς ἐπικήρου βασιλείας, τὴν ἀθάνατον.

Περὶ κάλλους σώματος.

Ὡραιότης σώματος ἄξιον τὸν κεκτημένον ἐποίησε παρίστασθαι τῷ ἐπιγείῳ βασιλεῖ· ὡραιότης δὲ ψυχῆς ἀγαπητὸν ἐργάζεται τὸν ἄνθρωπον τῷ ἐπουρανίῳ Βασιλεῖ. Ἀλλ' ἡ μὲν πρόσκαιρον ἔχει τὴν τῶν ἀξιωμάτων ἀπόλαυσιν· ἡ δὲ αἰωνίαν εὑρίσκει τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Δεσπότην οἰκείωσιν. Ἀλλ' αὐτὸς μὲν οὐκ ἔχεις ἕτερον ὑπὲρ σὲ, ᾧ τῷ τοῦ σώματος κάλλει

ἀρέσεις, ἀλλ' ἔχεις Θεὸν, ὃς οὐ κάλλος σώματος ἐκζητεῖ, ἀλλὰ ψυχῆς εὐγένειαν. Τούτῳ οὖν ἀρέσκειν σπεῦδε διὰ παντὸς, τὴν αὐτοῦ εἰκόνα σεαυτῷ καθαρὰν καὶ ἀμόλυντον φυλάττων, διὰ τῆς σωφροσύνης καὶ ἀγαθότητος.

A charitudine placeas, sed Deum habes Dominum, qui corporis formam non requirit, sed animi nobilitatem. Huic igitur in omnibus placere studeas, illius imaginem puram incorruptamque per temperantiam ac morum puritatem in te ipso conservans.

Περὶ ἰατρείας.

Κενὸς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ τοῦ ἰατροῦ πόνος, ἐὰν τὸ παρ' αὐτοῦ φάρμακον τὸ σῶμα μὴ ἰατρεύσῃ· καὶ μάταιος ἐκεῖνος ὁ τοῦ φιλοσόφου λόγος, ἂν μὴ δύνηται τὰ πάθη τῆς ψυχῆς θεραπεῦσαι. Ὥσπερ γὰρ ἰατροὺς περὶ σωμάτων φιλοσοφεῖν, οὕτω καὶ φιλοσόφους ψυχὰς ἰατρεύειν ἀναγκαῖόν ἐστιν. Ἐκείνους γοῦν ἡγοῦ ἰατροὺς ἀληθεῖς, ὅσοι ἀπὸ σωμάτων τὰς νόσους τῇ τέχνῃ διώκουσι· κἀκείνους ὁρίζου φιλοσόφους ἀψευδεῖς, ὅσοι ἀπὸ τῶν ψυχῶν τὰ πάθη τοῖς λόγοις ἐξορίζουσιν· εἴ γε πειθηνίους ἔχουσιν τοὺς ἀσθενοῦντας ἑαυτῶν.

De medicina.

Medici labor inanis est, si quæ ab eo exhibetur medicina corpus non curat: ita vana est philosophi oratio, quæ non potest animi perturbationibus mederi. Sicut enim medicis proprium est de corporibus philosophari, ita et philosophos necesse est animi morbis medicinam facere. Eos igitur veros medicos existima, qui arte sua morbos e corporibus expellunt, et philosophos non fictos quicumque persuasione sua cupiditates ex hominum animis evellunt, si modo obsequentes sibi omnino habeant infirmos.

Περὶ συκοφαντῶν.

Ἀκοὴν ματαίαν μὴ παραδέχου, μηδὲ τοὺς συκοφαντοῦντας ἐναγκαλίζου, μηδὲ φαύλοις ἀνθρώποις εἰκῇ πίστευε. Οἱ μὲν γὰρ πολλάκις τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας διὰ κακίας ὑπόληψιν ἀπώλεσαν, οἱ δὲ τοὺς οἰκείους τῆς κακίας θυμοὺς ἐμοῦντες, ἀθώου αἵματος ὑπεύθυνόν σε καταστήσουσιν, οἱ δὲ ὕποπτόν σε ποιήσουσιν, ὡς χαίροντα τοῖς κακοῖς. Μεθ' ὧν γὰρ ἐναστρέφειν ποθεῖς, καὶ οἷς πιστεύειν φιλονεικεῖς, καὶ σὺ τοὺς αὐτῶν τρόπους εὐλόγως κεκτῆσθαι δόξεις.

De calumniatoribus.

Noli aures futilibus præbere sermonibus, aut calumniatores fovere, aut improbis hominibus temere credere. Illi enim sæpenumero viros bonos propter improbitatis suspicionem afflixerunt, hi vero propriæ improbitatis iras evomentes innocentis sanguinis reum te constituent, aut suspectum reddent quasi improborum consuetudine gaudeas. Quibuscum enim amas consuescere, et quibus fidem habere soles, non immerito eorum mores induisse judicaberis.

Περὶ μελέτης γραφῶν.

Ἱστορίας ἀρχαίας ἐξέρχεσθαι μὴ κατόκνει· ἐν αὐταῖς γὰρ εὑρήσεις ἀκόπως ἅπερ ἕτεροι συνῆξαν ἐγκόπως. Καὶ μάθοις ἐκεῖθεν τάς τε τῶν σπουδαίων ἀρετὰς, καὶ τὰς τῶν φαύλων κακίας, τάς τε τοῦ βίου πολυτρόπους μεταβολὰς, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πραγμάτων τὰς ἐναλλαγὰς, καὶ τοῦ κόσμου τὸ ἄστατον, καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς εὐμετάπτωτον, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τῶν μὲν φαύλων τὰς ἀμοιβὰς, τῶν δὲ σπουδαίων πράξεων τὰς ἀντιδόσεις, ὧν τὰς μὲν φύγῃς, ἵνα τῆς ἐκεῖθεν δίκης πεῖραν μὴ λάβῃς, τὰς δὲ κατορθώσεις, ἵνα τῶν ἐντεῦθεν ἐπάθλων καταξιωθῇς.

De studio legendi historias.

Historias veterum evolvere ne te pigeat: ibi enim sine labore reperies quæ alii magno cum labore congesserunt. Atque inde bonorum virtutes, et improborum vitia cognosces, et varias humanæ vitæ mutationes, et rerum quæ in ipsa fiunt vicissitudines, cum rerum humanarum instabilitatem, tum imperii ad cadendum proclivitatem, atque ut uno verbo dicam, maleficiorum quidem pœnas, virtutum vero præmia leges; quorum illa quidem devitabis, ne ultionis, quæ illa persequitur, severitatem patiaris; istas vero amplecteris ut debita illis præmia consequi merearis.

Περὶ εὐεργεσίας.

Σοφόν τί σε νουθετήσω, καὶ ἄηθες ἴσως τοῖς συμβουλεύουσι, πλὴν καὶ πατρὸς καὶ στοργῆς οὐκ ἀνάξιον. Μᾶλλον ἀποδέχου, τέκνον, τοὺς παρὰ σοῦ δωρεὰς ἐξαιτοῦντας, ἢ τοὺς δῶρά σοι φιλοτιμότερον προσκομίζοντας. Τοὺς μὲν γὰρ χρεώστας καταστήσεις εὐχομένους σοι τὰ ἀγαθὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ· κἀντεῦθεν καὶ αὐτὸν τὸν Θεὸν ὀφειλέτην ποιήσεις, τὰς ἀμοιβὰς σοι χρεωστικῶς ἀποφέροντα· τῶν δὲ χρεώστης ὑπάρξεις, καὶ ὡς εὐεργέτας αἰδοῦς ἀνελευθέρου καταξιώσεις. Θέλοις οὖν εὐεργετεῖν μὲν ἅπαντας ἀνθρώπους, εὐεργετεῖσθαι δὲ παρ' οὐδενὸς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἢ παρὰ μόνου Θεοῦ· τοῦτο γὰρ ὄντως ἀρμόδιον ἐλευθέρῳ καὶ ἀληθεῖ τυγχάνει βασιλεῖ. Καὶ τοῖς μὲν αἰτοῦσι δίδου, καὶ στέργε τούτους· τοὺς δὲ διδόντας ἤτων ἀποδέχου. Τούτοις μὲν γὰρ ὅλος ὁ σκοπὸς τὴν χάριν ἀντιλαβεῖν· ἐκείνοις δὲ ἅπασα σπουδὴ τὴν

De beneficentia.

Regulam tibi sapientem, licet ab usu consulentium fortassis alienam, fili, suggeram paterno tamen amore non indignam. Eos approba, fili, potius, qui a te munera postulabunt, quam qui ambitiose sua tibi dona obtrudent. Illos enim obæratos tibi constitues, qui tibi a Deo bona precabuntur, et ipsum etiam Deum debitorem facies, qui benefactorum remunerationem persolvet, quasi obligatus: istis autem debitor ipse obligaberis, et quasi benefactores reverentia quadam illiberali prosequeris. Velis ergo potius omnes homines obligare tibi beneficiis, ipse autem nemini obligari nisi uni et soli Deo. Hoc enim profecto magis congruum est generoso et magnifico imperatori. Largire igitur petentibus, atque istos complectere: eos autem qui tibi offerent magis reproba. Iis

enim hoc propositum est, ut a te munera auferant, A illis autem omne studium erit, ut gratiam tibi referant, humanitus quidem si solvendo erunt ; sin secus, multiplicem a Deo tibi precibus impetrantes.

χάριν ἀνταποδοῦναι, εἰ μὲν ἔχουσιν, ἀνθρωπίνην, εἰ δὲ μὴ ἔχουσι, πολλαπλασίαν παρὰ τοῦ Θεοῦ.

De nobilitate.

Summam injuriam corporis nobilitati facit is qui animi nobilitatem negligit. Tu ergo regiæ corporis nobilitati quam habes fac ut animi nobilitatem, quæ summa est, adjungas; illa enim a natura et sine præmio habetur, hæc vero a voluntate, et mercedem conjunctam habet. Honora ergo et lauda, non eos, qui corpore sunt nobiles, sed potius eos qui sunt animo variis virtutibus ornato. Neque enim debet homo sola corporis nobilitate, sicut cætera animalia, esse contentus. Nam equi nobilitas est ut sit ferox atque interritus ; canis ut latrator acer in persequendis feris, et de cæteris animantibus similiter : hominis vero, ut animum habeat omni virtutum genere exornatum. Corporis ornatus est forma, et robur, et bona valetudo : animi autem generositas in verbis moribusque, ac virtutum omnium perfectione consistit.

Περὶ εὐγενείας.

Ὑβρίζει τὴν τοῦ πώματος εὐγένειαν ἰσχάτως, ὁ τὴν τῆς ψυχῆς εὐγένειαν μὴ κεκτημένος. Καὶ αὐτὸς οὖν σὺν τῇ τοῦ σώματος βασιλικῇ εὐγενείᾳ, κτῆσαι καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀκροτάτην εὐγένειαν· ἐκείνη μὲν γάρ ἐστι φυσικὴ καὶ ἄμισθος, αὕτη δὲ προαιρετικὴ καὶ ἔμμισθος. Καὶ τίμα μὲν καὶ ἀποδέχου μὴ τοὺς εὐγενεῖς τῷ σώματι, ἀλλὰ τοὺς κεχαρισμένους τῷ πνεύματι. Οὐ γὰρ ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ ὁ ἄνθρωπος ὀφείλει γυμνὴν ἔχειν τὴν τοῦ σώματος εὐγένειαν. Ἵππου μὲν γὰρ εὐγένεια τὸ σοβαρόν τε καὶ εὔσταθές· κυνὸς δὲ τὸ ὑλακτικόν τε καὶ κυνηγετικόν, καὶ τῶν ἄλλων ζώων ὁμοίως· ἀνθρώπου δὲ, τὸ τὴν ψυχὴν ἔχειν παντοίαις κεκοσμημένην ἀρεταῖς. Τῶν μὲν γὰρ σωμάτων ὁ κόσμος, κάλλος καὶ ῥώμη καὶ εὐεξία· τῶν δὲ ψυχῶν, λόγος καὶ τρόπος ἀγαθός, καὶ τῶν ἀρετῶν ἡ τελείωσις.

De patientia.

Nunquam in re ulla, mi fili, adversus Deum irascaris : id enim sæpenumero animi exilitas efficere solet : sed æquo animo casus omnes perferto, et sine cunctatione ulla obtemperato omnibus quæ tibi Deus obtingere voluerit; si gaudere, gaude; si mœrere, mœre; si secunda uti fortuna, utere : si adversa, patere. Omnibus cede, omnibus acquiesce : a peccato duntaxat abstine : hoc enim unum est quod nunquam te admittere oportet : quoniam ex Deo non est, imo ex inconsiderantia fere nasci solet. Neque ergo secundis rebus extollere, neque adversis deprimere. Si enim in omni rerum acerbitate fortiter ferenda animi æquitatem ostenderis, patientiæ mercedem a Deo feres : si vero mœrore te conficiens Dei consilio ac voluntati do te repugnare volueris, invitus tamen patieris, quæ Dei providentia de te statuerit, et patientiæ præmium simul amittes.

Περὶ ὑπομονῆς.

Μηδέποτε πρὸς Θεὸν ἀγανακτήσῃς, τέκνον, ἐν οὐδενί· τοῦτο γὰρ πολλάκις οἶδεν ἡ μικροψυχία γεννᾶν· ἀλλ' εὐχαρίστως ἅπαντα δέχου τὰ περιπίπτοντα, καὶ πᾶσιν ἕπου ἀνενδοιάστως, οἷς ἂν θέλῃ ὁ Θεὸς γενέσθαι περὶ σέ· ἂν χαίρειν, χαῖρε· ἂν λυπεῖσθαι λυποῦ· ἂν εὐημερεῖν, εὐημέρει· ἂν πάλιν δυστυχεῖν, δυστύχει. Πᾶσιν εἶκε, πᾶσιν ἀρέσκου· μόνης δὲ τῆς ἁμαρτίας μακρύνου· ταύτην γάρ σε μόνην καταδέχεσθαι οὐ χρή· οὐδὲ γὰρ ἐκ Θεοῦ, ἀλλ' ἐξ ἀπροσεξίας ἐπιγίνεσθαι εἴωθε. Μήτε οὖν εὐτυχῶν ἐπαρθῇς, μήτε γοῦν δυστυχῶν ὑπεραλγήσῃς. Εἰ μὲν γὰρ μακροθύμως φέρων ἐπὶ πᾶσιν εὐχαριστήσεις τοῖς ἀνιαροῖς, καὶ τὸν τῆς ὑπομονῆς πάντως ἀπολήψῃ μισθόν· εἰ δὲ σεαυτὸν τρύχων, ἐναντιώσῃ τῇ περὶ σὲ τοῦ Θεοῦ οἰκονομίᾳ, καὶ ἄκων πάθοις, τῇ προνοίᾳ φερόμενος, καὶ οὐδὲν μὲν προσωφελήσεις σαυτὸν, μᾶλλον δὲ καὶ τὸν τῆς ὑπομονῆς προσαπολέσεις μισθόν.

De eruditione.

Cogitare non solum de suis, sed etiam de subditorum rebus sollicitudo est rege dignissima : neque enim satis est bonum te præstare iis qui tuæ ditioni subjecti sunt, sed et liberos relinquere oportet, qui quasi vivæ virtutis imagines sint cæteris. Quemadmodum qui liberos probe instituit, de universo regno bene meretur, ita qui eos male moratos, ac nullis litteris excultos relinquit, totam rempublicam graviter lædit. Obedi ergo, fili, paternis admonitionibus, ut et tibi ipse prosis, et regnum recte moderaris, et mihi institutionis tuæ gratiam, bonam videlicet nominis memoriam persolvas.

Περὶ παιδείας.

Βασιλικώτατόν ἐστιν ἔργον μὴ μόνον τὰ ἑαυτοῦ τὸν βασιλέα σκοπεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ὑπηκόων ἐπισκοπεῖν. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ἑαυτὸν ἀγαθὸν παρέχειν τοῖς ὑπὸ χεῖρα, ἀλλὰ καὶ τῆς ἰδίας ἀρετῆς τοὺς παῖδας καταλιμπάνειν εἰκόνας. Ὥσπερ γὰρ ἀγαθοὺς παῖδας ἐκτρέφων, ἅπασαν τὴν βασιλείαν εὐεργετεῖ, οὕτως ὁ πονηροὺς καὶ ἀπαιδεύτους ἐῶν, ἅπασαν τὴν πολιτείαν ἀδικεῖ. Πείθου οὖν, τέκνον, τοῖς πατρικοῖς μου λόγοις, ἵνα καὶ σεαυτὸν ὠφελήσῃς, καὶ τὴν βασιλείαν εὐοδώσῃς, καὶ ἐμοὶ χάριν τῆς παιδείας τὴν ἀγαθὴν μνήμην χαρίσῃ.

De linguæ noxa.

Omnia audi, et ab omnibus disce : at quædam ex iis rejicies, quædam vero admittes, nempe ea quæ tibi usui atque honori esse queunt, ac tuis subditis

Περὶ γλωσσαλγίας.

Ἄκουε πάντα, καὶ παρὰ πάντων μάνθανε· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀποδέχου, τὰ δὲ ἀποστρέφου, καὶ ἀποδέχου μὲν ὅσα σοι ὄφελος καὶ τιμὴν περιποιεῖται, καὶ τοῖς

ὑπηκόους οὐδὲν λυμαίνεται· ἀποστρέφου δὲ, ὅσα καὶ τοὺς ὑπηκόους βλάψει, καὶ σὲ μηδὲν ὠφελήσει. Γλῶσσα γὰρ δολία, ἐὰν ἔχῃ τὸν συνεργάτην δυνάμενον, πολλῶν κακῶν αἰτία ἑαυτῇ τε καὶ τοῖς ἑπομένοις, γενήσεται· στόμα δὲ εὔφημον σὺν ἀληθείᾳ διαλεγόμενον, πολλὰ τούς τε ἀκροωμένους, καὶ τὸν κεκτημένον ὀνίνησι. Θέλε οὖν μὴ τοῖς κακοῖς χαίρειν, ἀλλὰ τοὺς ἀγαθοὺς ἀποδέχεσθαι· καὶ εἰρηνεύειν μὲν τὸ ὑπήκοον, ἀλλὰ μὴ κατ' ἀλλήλων ὀτρύνεσθαι· οὗ γὰρ μάχει καὶ ἔριδες, ἐκεῖθεν μακρύνεται ὁ Θεός· οὗ δὲ εἰρήνη καὶ ἀγάπη, καὶ ὁμόνοια, καὶ τοῖς εἰρηνεύουσιν, εὔλατον καὶ ἐγγὺς τὸ Θεῖον παριστᾷ, καὶ τοῖς εἰρηνοποιοῖς τὴν υἱοθεσίαν τοῦ Θεοῦ προξενεῖ.

Περὶ ἀγαθοῦ τρόπου.

Στέφανον βασιλείας τὴν ἀγαθὴν ὁρίζου συνείδησιν, δι' ἧς κοσμήσεις σεαυτὸν μᾶλλον ἢ τοῖς μυρίοις ἄλλοις ἐγκαλλωπίσμασιν. Ὁ γὰρ πλοῦτος ἄπιστόν τι χρῆμα καὶ εὐόλισθον· ἡ δὲ δόξα, παρέρχεται· τὸ δὲ κρέτος ἀπέρχεται· καὶ αἱ ἡδοναὶ διαῤῥέουσι· μόνος δὲ ὁ ἀγαθὸς τρόπος εἰς αἰῶνας συμπαρεκτείνεται, καὶ ἀθάνατόν σε ποιήσει τῇ μνήμῃ, ἀλεξιφάρμακον ὥσπερ τὴν σὴν ἀρετὴν τοῖς μετὰ σὲ χαριζόμενος, καὶ πάντας καὶ ἐπαινέτας, καὶ μιμητὰς τῆς σῆς πολιτείας ποιούμενος.

Περὶ τοῦ κρατεῖν τῶν ἡδονῶν.

Ἴσθι, τέκνον ἐμὸν, ὡς τότε σε κατὰ τὴν ἀλήθειαν βασιλέα ὁρίσονται, ὅταν μὴ μόνον τῶν ὑπηκόων κρατῇς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡδονῶν ἁπασῶν ἐπικρατῇς. Ἔστω γάρ σοι στέφανος, τῆς βασιλείας σύμβολον· ἀλλ' ἔστω καὶ δικαιοσύνη τῷ πράγματι σύνδρομος· πορφύρα δέ σε κοσμήσει, ἐὰν ἡ σωφροσύνη ταύτῃ συνεπανθήσει· καὶ τῶν ποδῶν σε τὸ ἐρυθρὸν τιμήσει ὑπόδημα, ἐὰν αὐτοῖς τὴν φλόγα τοῦ τύφου καταπατήσῃς. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ πρόσκαιρόν σοι τὴν βασιλείαν χαρακτηρίζει· ταῦτα δὲ καὶ τῆς αἰωνίου κολάσεως ῥύσεται, καὶ τὴν ἀθάνατόν σοι προξενεῖ βασιλείαν.

Περὶ λόγου τελείου.

Λόγου τοῦ τελειοτάτου πάντων ἐν ἀνθρώποις λίαν ἐπιμελοῦ· δι' αὐτοῦ γὰρ ἡ ἐπίγειος βασιλεία ἐξεικονίζει τὴν ἐπουράνιον τάξιν, καὶ ἁρμονίαν· λόγος γὰρ ἡγεμονεύει τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, οὗ περιαιρεθέντος συμπεριαιρεῖται τὰ ἡμέτερα. Κτῆσαι οὖν τοῦ λόγου τὸ χρῆμα, μὴ ἐνδεὴς, ἀλλὰ τέλειον. Οὐδὲ γὰρ κυβερνήτῃ πιστευτέον τοῦ σκάφους τὴν σωτηρίαν, εἰ μὴ καλῶς κυβερνᾶν ἐξεπίσταται· οὔτε δὲ βασιλεῖ βασιλικώτατα κρατεῖν, εἰ μὴ τοῦ λόγου τὴν ἄσκησιν τοῦ πρακτικωτάτου διεξέρχεται. Λέοντι μὲν γὰρ τὸ ἀρχικὸν ἐν θηρίοις, ὡς ὁ λόγος, ἡ δύναμις· ἀετῷ δὲ ἐν πετεινοῖς, τὸ ὑψιπετὲς καὶ δραστήριον· ἀνθρώπῳ δὲ κατὰ γῆν ὁ λόγος τὴν ἐξουσίαν χαρίζεται.

Περὶ τοῦ μὴ ἐπαίρεσθαι.

Ἐπὶ νίκαις ὑπεναντίων μηδέποτε ἐπαρθῇς, μηδὲ ἐπὶ πολεμίων συμφοραῖς γαυρίαμα κτήσῃ, μηδὲ ἐπιχαρῇς ἐπὶ πτώσει ἐχθρῶν σου, μηδὲ ἐγγελάσῃς δυστυχίαν ἑτέρου, μηδὲ ἐπικροτήσῃς ἐπ' ἀπωλείᾳ ἀνθρώπου· κοινὴ γὰρ ἡ φύσις, καὶ τὸ μέλλον ἀόρα-

minime obesse possunt : rejice autem ea quæ et subjectos lædunt, et tibi nihil prosunt. Lingua enim fraudulenta, si potentem adjutorem nacta fuerit, et sibi et sectatoribus suis multum afferet detrimenti. Os autem sincerum, quod nil nisi verum proloquitur, et dominum suum, et eos qui illum audiunt juvat plurimum. Malis ergo ne gaudeas, sed bonos assume : pacem inter populos fove, neque eos inter se committas. Ubi enim lites sunt et pugnæ, procul abest Deus : ubi vero pax, et charitas, et concordia, pacificis se præsentem et propitium exhibet et adoptionis in filios Dei copiam eis facit.

De bonis moribus.

Lectissimam esse regni tui coronam statuito bonam conscientiam, qua te magis meliusque exornabis quam sexcentis aliis ornamentis. Divitiæ enim infida quædam res est, et quæ facile dilabitur. Gloria evanescit, robur marcescit ; voluptates diffluunt : sola innocentia bonique mores in multas ætates protenduntur, ac tuum nomen immortalitati commendabunt, virtutemque tuam quasi adversus mala omnia pharmacum posteris imitandam relinques, eosque et laudatores et imitatores tuæ administrationis habebis.

De voluptatibus superandis.

Scito, mi fili, verum te regem homines judicaturos cum non solum subditos in manu habebis, sed a voluptatibus etiam omnibus temperabis. Sit ergo tibi corona pro signo imperii, sed coronæ semper adjuncta sit comes justitia. Purpura quidem tibi ornamento erit, si temperantia illam comitetur. Calcei rubri decenter pedes tuos ornabunt, si in ipsis superbiæ fastum proculcabis. Illa enim perituri imperii tibi nota erunt ac signum : ista vero ab æterno supplicio te vindicabunt, et immortali regno donabunt.

De perfecta dicendi facultate.

Eloquentiam rerum omnium humanarum perfectissimam diligenter exerce : per eam enim terreni regni principatus refert quodammodo cœlestium rerum ordinem et convenientiam : oratio rebus omnibus humanis præest, quam si tollas, simul et omnia nostra tollas. Da ergo operam ut tibi dicendi facultatem pares, non eam quidem mancam aut diminutam, sed perfectam. Neque enim gubernatori navigii salus committitur, nisi bene gubernare didicerit : neque regi imperio regio uti, nisi facultatem dicendi ad res gerendas accommodatissimam diligenter exercuerit. Leoni siquidem regnum in bestias dat robur animi et corporis : aquilæ in aves volatus sublimis et velox : homini autem super terram imperium dat oratio.

Non esse gloriandum.

Propter relatam de hostibus victoriam gaudio ne efferaris, nec adversariorum calamitatibus insultes, neque ob ruinam inimicorum læteris, nec alterius miseriam rideas, nec ob ullius hominis interitum manibus plaudas : natura enim commu-

nis est omnibus, et futurum provideri nequit. Reminiscere eorum quæ ante te fuerunt, et quæ postea evenient intelliges, magnæ enim ac multæ sunt vitæ hujus vicissitudines, ac præteritorum recordatio præsentibus documento esse debet. Ne te efferas, aiunt, ne tanto profundius dejiciaris; ne partas tibi victorias ascribe, ne unquam fortunam experiaris adversam : sed aliorum calamitatibus illacrymare, atque hominum miseriis condolesce, homo ipse cum sis : festorum celebritates propter partas victorias soli Deo gratus acceptas refer, ut et in secundis rebus te submittens, et in adversis erigens, nunquam te hominem esse obliviscaris.

De studio litterarum.

Ad mores tuos omni ex parte excolendos veterum sapientum sententias continenter evolve : multa enim in illis præcepta utilissima reperies, præsertim in operibus Salomonis atque Isocratis. Adde etiam si vis Jesu filii Siracb documenta atque consilia, e quibus multum civilis et regiæ prudentiæ haurire poteris. Cætera etiam divinitus inspiratæ Scripturæ oracula perlecta tibi esse oportet, ut cum sapientia consummatus fueris, me regem, patrem ac præceptorem tuum, lætitia perfundas ac cæteros etiam ipse exhortari ac docere possis : et homo cum sis finem tibi præscriptum esse, melius intelligas; ac nullum hominem esse peccati, nullum mortis expertem; nullum qui non judicandus sit de omnibus quæ in vita gesserit, nullum qui de mortis suæ termino aliquid certi sciat.

A τον· ὅρα οὖν τοὺς πρὸ σοῦ, καὶ τότε μαθήσῃ τὰ μετὰ σέ. Πολλὰ γὰρ οἶδεν ὁ βίος πράγματα ἀμείβειν, καὶ τῶν παρελθόντων τὰ πάθη τοῖς νῦν παροῦσιν ὑπάρχει διδασκαλία. Μὴ οὖν μέγα ἐπαρθῇς, φησὶν, ἵνα μὴ μεῖζον πέσῃς, ἀλλ' οὐδὲ τῶν κατορθουμένων σοι τροπαίων μηδὲν ὅλως ἴδιον λογίσῃ, καὶ οὐδέποτε τῶν ἀπευκταίων πειραθήσῃ. Ἀλλ' ἐπιδάκρυε μὲν ταῖς ἀλλοτρίαις συμφοραῖς, συμπάθει δὲ πάσχουσιν ἀνθρώποις, ἄνθρωπος ὢν καὶ αὐτός· τὰς δὲ ἐπὶ ταῖς νίκαις πανηγύρεις, ἀνατίθει μόνῳ τῷ Θεῷ εὐχαρίστως, ἵνα καὶ ἐν ταῖς εὐτυχίαις δυστυχῶν, καὶ ἐν ταῖς δυστυχίαις εὐτυχῶν, τὸ ἄνθρωπος εἶναι μὴ ἀπολέσῃς.

Περὶ ἀναγνώσεως γραφῶν.

Ἵνα δέ σου τὸ ἦθος διὰ πάντων κοσμήσῃς, μὴ B κατόκνει τὰς τῶν παλαιῶν διεξέρχεσθαι γνώμας· πολλὰ γὰρ ἐν αὐταῖς εὑρήσεις τὰ χρήσιμα· καὶ πλέον πάντων τά τε Σολομώντεια, τά τε Ἰσοκράτεια. Εἰ βούλει καὶ τὰ τοῦ Ἰησοῦ τοῦ Σιρὰχ διαμελέτα βουλεύματα καὶ διδάγματα, ὡς ἐκεῖθεν καὶ πολιτικὰς καὶ βασιλικὰς ἀρετὰς δυνάμενος ἀναλέξασθαι. Τὰ γὰρ ἄλλα πάντα τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς σωτήρια λόγια συναναπνέεσθαί σοι πάντως ἐπάναγκες. Ἐπὰν δὲ τέλειος γένῃ τὴν φρόνησιν, κἀμὲ τὸν βασιλέα, καὶ πατέρα, καὶ παιδευτὴν εὐφρανεῖς, καὶ αὐτὸς τότε νουθετεῖν ἑτέρους ἀξιωθήσῃ· καὶ τὸ οἰκεῖον τέλος ἄνθρωπος ὤν, μᾶλλον ἐπιγνώσῃ, ὅτι οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀναμάρτητος, οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀθάνατος, οὐδεὶς ἀνθρώπων τὴν τῶν βεβιωμένων διαφεύξεται κρίσιν, οὐδεὶς ἀνθρώπων οἶδε τοῦ βίου τὸ ἄδηλον τέλος. C

MONITUM.

(Ang. Mai. *Script. veter. nov. coll.* t. II, pag. 679.)

Cum in Vaticanis codicibus politica scripta vestigarem, Basilii quoque imperatoris edita ad filium admonitiones lectitabam, ab iisque, in uno saltem codice, caput XXIII, quod est de pecuniæ contemptu, abesse videbam. Verum idem codex prædictum defectum cum fenore resarciebat : namque in admonitionum illarum pervulgatarum calce, alia subtexebatur ejusdem Basilii ad eumdem filium admonitio, quæ in editionibus, quantum vidi, desideratur.

III

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΕΤΕΡΑ ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΥ ΥΙΟΝ ΛΕΟΝΤΑ ΒΑΣΙΛΕΑ.

—

BASILII IMPERATORIS

ALTERA EXHORTATIO

AD FILIUM SUUM LEONEM IMPERATOREM.

—

Ἡ θεία καὶ παναγία Τριὰς ἡ παντοδύναμος καὶ ζωοποιὸς ἀγαθότης, ἡ ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν ὁμοουσίοις δοξαζομένη, τὸ ὑπερβάλλον ἐπιδεῖξαι βουλομένη τῆς οἰκείας ἀγαθότητος, καὶ ἐν πᾶσι μὲν τοῖς οὖσι, κατεξαίρετον δὲ τοῦ ἀνθρώπου πρόνοιαν ποιούμένη, κατ' εἰκόνα ἰδίαν τὸ νοερὸν τούτου δημιουργήσασα, δόξῃ τε καὶ τιμῇ στεφανώσασα, σοφίαν αὐτῷ ἐδωρήσατο, δι' ἧς κατὰ τὸ δυνατὸν Θεὸν γνωρίσαι δυνάμενος, δοξάζοι διὰ παντὸς τὸν τῶν ἁπάντων κτίστην· ἡ σοφία τοίνυν ἐκ τῆς αὐτῆς μεγαλειότητος τοῖς ἀνθρώποις δοθεῖσα, προδήλως καὶ καλὴ καὶ τερπνὴ ὡς Θεοῦ δῶρον καθέστηκε. Καὶ σὺ οὖν, τέκνον ἐμὸν θεοφύλακτον, σοφίᾳ ἐκτρεφόμενος γενοῦ φιλόσοφος (2) ἐκ τοῦ τὸν Θεὸν φοβεῖσθαι· ἀρχὴ γὰρ σοφίας φόβος Κυρίου· σύνεσις δὲ ἀγαθὴ, πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν. Ἀγάπα τοίνυν τὸν Κύριον ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ καρδίας σου καὶ αὐτῷ λάτρευε, καὶ αὐτὸν μόνον δόξαζε Δημιουργὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ θαλάσσης, πάντων τε ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, ὃς καὶ γενήσεταί σοι βοηθὸς ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις τῆς προσκαίρου τῆσδε ζωῆς σου, καὶ ἐν αἰῶνι τῷ μέλλοντι· σχόλασον τῇ θεοδιδάκτῳ σοφίᾳ (3)· ἀρίστη γὰρ ἥδε ὑπάρχουσα, δυσὶ τρόποις ἐν τῷ ἀνθρώπῳ θεωρεῖταί τε καὶ γνωρίζεται, τουτέστιν ἐν λόγοις καὶ ἐν ἀρεταῖς. Αὐτὰ τὰ βάθη τῶν πραγμάτων ἐναργῶς ἀποδεικνύουσα, καὶ ἐν σεμνῇ διαγωγῇ καὶ ἔργοις ἀγνοῖς, καὶ θεαρέστοις· δι' ὧν δύναταί τις πάντα πράττειν ἁρμοδίως, ὥστε καὶ Θεὸν θεραπεύειν, καὶ ἀνθρώποις μέγας καὶ ἔνδοξος ἀναδείκνυσθαι. Τίμα ἱερεῖς καὶ πρεσβύτας, καθάπερ γονεῖς, ὅπως καὶ αὐτὸς κελεύσει Θεοῦ τιμηθῇς ἐκ παίδων τῶν οἰκείων καὶ ἀλλοτρίων. Πτωχοῖς καὶ ἐνδεέσι καὶ ἐν ἀνάγκαις ὑπάρχουσι μεταδίδου προθύμως· γινώσκων ὅτι δι' αὐτῶν

Divina et sanctissima Trinitas, quæ est omnipotens vivificansque bonitas, tribus consubstantialibus in personis honoranda, dum summam suam benignitatem gestit demonstrare, atque omnium rerum, sed hominis præcipue, curam præ se ferre; hujus quidem animam ad imaginem sui creavit, et gloria atque honore exornavit, sapientiamque indidit; cujus ope Deum, quatenus fieri potest, agnosceret, naturæque universæ conditorem nunquam non honoraret. Itaque sapientia ex coelesti supernæ liberalitatis fonte dimanans, sine dubio et decora est et jucunda, videlicet quia donum Dei est. Tu quoque igitur, fili mi (cui Deus utinam semper faveat!), sapientiæ lacte nutritus, philosophum te timendo Deum profitere: initium quippe sapientiæ timor Domini; recte autem sapiunt quicunque illam exercent. Ergo Dominum toto ex animo et corde ama, illique cultum exhibe: atque ut unicum cœli, terræ marisque visibilium invisibiliumque Conditorem honora, qui vicissim tibi tum in omni hac temporali vita, tum in futuro sæculo favitor erit. Sacræ præsertim doctrinæ studium impende; hanc enim et præ cæteris et dupliciter homini esse utilem compertum est, quia scilicet eum litteris simul et virtutibus instruit. Nam rerum illi naturam intimam perspicue revelat, eumdemque honesta vita, puris Deoque gratis operibus, florentem efficit: ex quo consequitur, ut cuncta recte ab homine fiant, Deo cultus exhibeatur, ipseque magnus inter cives suos et præclarus evadat. Honora sacerdotes et senes, parentum instar, ut tu vicissim honorem a Deo liberisque tuis et alienis consequaris. Inopibus, calamitosis, et ne-

NOTÆ.

(2) Scilicet Philosophi seu Sapientis agnomen reapse Leo virtute sua doctrinaque consecutus est.

(3) Revera Leonis Sapientis scripta multis in argumentis sacris versantur.

cessitate pressis alacriter largire; reputans scilicet te pecuniam apud Deum in fenore ponere, a quo majorem sortem reportabis. Beneficium ne in crastinum differas : *Nescis*, enim, inquit divinum Scriptum, *quid crastina dies latura sit*. Esto animo atque opera liberali. Quidquid enim in terra seritur, ibidem succrescit : sola eleemosyna est quæ humi sata, in cœlis centuplicem fructum parit. Erga bonos esto mitis, adversus pravos severus; blandus hominibus, voluptatibus austerus. Cum sanctis viris versare; improbos fuge et detestare : *Corrumpunt enim*, ut ait Scriptura, *bonos mores colloquia prava*. Iniquo homini ne blandiaris; imo vero eum commoneto : nam si resipuerit, bene est; sin propositi tenax fuerit, acerbius eum corrige. Sic enim et gratam Deo rem facies, et hominem illum capistro veluti astringes, atque ad Deum cognoscendum compelles. Etsi enim paulisper dolebit, teque oderit, deinde tamen æternus tibi amicus erit. Veritatem ama et sectator. Deus quippe veritas est. Mentiendi nescius sis; parens enim mendacii diabolus. In sacris concionibus silentium servato, dum Dei sermones audis : quin adeo Deum mente tua per otium revolve. Cum a quotidianis curis vacabis, ne sis iners; etenim inertia morbosum animum corpusque facit. Divinis libris operam da; pacem dilige; scandala devita. Uxoris tuæ societate gaudeas; alienæ ne oculum quidem intendas. Fastui denique vanæque gloriæ ne sis obnoxius. Patris tui monita diligenter custodi. Nemo enim sic absque invidia docet, ut pater filium. Et fieri quidem potest ut magister discipulo invideat, a quo forte superetur : parens autem magna gloria augetur, si eum filius suus superet, imo vero maximus inter homines evadat. Admonitionibus patris tui fac auscultes, neque indecoram vitam instituas. Omnino mos tuus et sermo et cogitatio honestate exornentur.

A δανείζων Θεῷ, παρ' αὐτοῦ ἀπολήψῃ τὰ μείζονα· ἀγαθοποιῆσαι βουλόμενος, μὴ ὑπέρθου εἰς αὔριον· *Οὐ γὰρ οἶδας*, φησὶ, *τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα* (4). Ἐλεημοσύνην ἀγάπα καὶ ταύτην ἐργάζου· πᾶν γὰρ τὸ ἐπὶ γῆς σπειρόμενον, ἐπὶ γῆς καὶ φύεται· ἐλεημοσύνη δὲ μόνη ἐπὶ γῆς μὲν σπείρεται, ἐν οὐρανοῖς δὲ ἑκατονταπλασίους καρποὺς ἀποδίδωσι. Γενοῦ ἑκάστῳ ἥπιος καλῶς ἀγομένῳ, τῷ ἀδικοῦντι δὲ σοβαρός· γλυκὺς τοῖς ἀνθρώποις, ταῖς ἡδοναῖς δ' αὐστηρός. Μετὰ ὁσίων ἀνδρῶν ἀναστρέφου· στρεβλοὺς δ' ἀπαναίνου καὶ ἀποστρέφου· *Φθείρουσι* γὰρ, φησὶν, *ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί* (5). Ἀδίκῳ μὴ παραχώρει, ἀλλὰ τοῦτον νουθέτει· κἂν μὲν ἐπιστρέψῃ, εὖ ἂν ἔχοι· ἂν δ' ἐπαμένῃ, αὐστηροτέρως τοῦτον ἐπίστρεφε. Οὕτω γὰρ πράττων, καὶ Θεῷ μὲν εὐάρεστος ἔσῃ, B κἀκεῖνον ἐν κημῷ ἄγξεις, καὶ γνωρίζειν διδάξεις Θεόν. Ἂν γὰρ καὶ πρὸς μικρὸν ὀδυνηθῇ καὶ μισήσῃ σε, ἀλλ' οὖν ἔσεται μετὰ ταῦτα ἀγαπῶν σε εἰς τὸν αἰῶνα· ἀλήθειαν ἀγάπα καὶ κτῆσαι ταύτην· ἀλήθεια γὰρ ὁ Θεός· ψεῦδος δὲ μὴ γνωρίσῃς· ψεύδους γὰρ πατὴρ ὁ διάβολος. Ἐν ἐκκλησίαις ἡσυχίαν ἄγε, τῶν τοῦ Θεοῦ λόγων ἀκούων, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐν ἀνέσει τὸν νοῦν σου ποιούμενος· ὅταν ἐκ τῶν συνεχουσῶν ἠρεμήσῃς φροντίδων, μὴ ἀργὸς μένε· ἀργία γὰρ νόσον ψυχῆς τίκτει καὶ σώματος. Ταῖς θείαις βίβλοις ἐνασχολοῦ· εἰρήνην ἀγάπα· σκάνδαλα ἀποστρέφου. Γυναικὶ μέλος ἰδίᾳ γενοῦ, ἀλλοτρίᾳ δὲ μηδ' ὀφθαλμῷ προσεγγίσῃς. Τύφον καὶ κενοδοξίαν μὴ κτήσῃ· τοῦ πατρός σου τοὺς λόγους ἀσφαλῶς φύλαττε· οὐδεὶς C γὰρ ἀφθόνως διδάσκει, ὡς ὁ πατὴρ, τέκνον· διδάσκαλος γὰρ, ὡς εἰκὸς, φθονεῖ μαθητῇ γενομένῳ ὑπὲρ αὐτόν· πατὴρ δὲ μεγάλην ἔχει δόξαν, ὁπόταν ἴδῃ τὸ ἑαυτοῦ τέκνον οὐ μόνον ὑπὲρ αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἕκαστον τῶν ἀνθρώπων πάντων γενόμενον. Νουθεσίαν πατρός σου ἄκουε, καὶ ἀσέμνοις τρόποις μὴ ἐξακολούθει. Παντὶ δὲ τρόπῳ κατακοσμείσθω σου καὶ ἦθος καὶ λόγος καὶ νόημα.

NOTÆ.

(4) Prov. xxvii, 1.

(5) I Corinth. xv, 33.

IV

ΣΤΙΧΟΙ ΗΡΩΙΚΟΙ ΚΑΙ ΕΛΕΓΕΙΑΚΟΙ

ΕΙΣ ΛΕΟΝΤΑ ΦΙΛΟΣΟΦΟΝ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΜΑΘΗΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

—

VERSUS HEROICI ET ELEGIACI

IN LEONEM PHILOSOPHUM

CONSTANTINI EJUS DISCIPULI.

(Ex P. Matrangæ *Anecd. Græcis*, Romæ, 1850, t. II, p. 555.)

—

A.

Μυρία μὲν δεδάηκας, ὅσα προγενέστεροι ἄνδρες
Φάντο ποθ' ὑψαγόραι τῆς θύραθεν σοφίης ·
Ἀλλ' ὁ σὸς ὤλετο θυμὸς, ἐπεὶ πίες ἁλμυρὸν ὕδωρ,
Σχέτλιε, δυσσεβίης κύματα νηξάμενος.
Ὅς ῥα παναιγλήεσσαν ἀγακλέα δόξαν ἐάσας
Χριστιανῶν μετά γε φαίδιμα λουτρὰ, τάλαν,
Καὶ μετὰ φρικαλέην γε θυηπολίην, μεγάλην τε,
Καὶ βίβλων ἱερῶν θαύματ' ἐρισθενέα,
Ἑλλήνων ὀλέθρου μεγακήτεα βυθὸν ὁρούσας,
Θηρσὶν ἕλωρ ἐγένου θυμοδόροισι, Λέον.
Τίς σε βαρυστενάχων τοῦ πτώματος οὐκ ἐλεαίρει,
Ἢ σε τίς οὐ δακρύει τοῖον ἐπιστάμενος;

Οὐκ ἐπὶ πέτραν ἔρεισας ἑοὺς πόδας ἀδρανέοντας,
Ἣ ἑνὶ πᾶς βεβαὼς ἔμπεδός ἐστι λίαν,
Ἀλλ' ἐσεβάσθης, μωρὲ, θεῶν ἀπερείσιον ὄχλον,
Ἔξαρνος γεγαὼς φωτοβόλου Τριάδος ·
Τοὔνεκά σε Χριστός γ' ἀπὸ μὲν σθένος ἄσχετον ἔρσε,
Τιτάνῳ ἠδ' ὄξει σὸν στόμα πλησάμενος,
Οἷς ἐθέλεσκε τρόποις · ἔδει γάρ ἑ ταῦτα ὑποῖσαι,
Οἷα Θεοῦ μεγάλου πόλλ' ἐπικερτομέων.

B'.

Κλῦτε, γοναὶ μερόπων, Χριστοῦ περιώνυμον ἔθνος,
Οἳ πέλετ' ἀγνῶτες κείνου ἀποστασίης ·
Ζεὺς μὲν ἦην θεὸς αὐτῷ, ἔχων ὁμοδέμνιον Ἥρην,
Ζεὺς ἀμέτρως ἐράων παρθενικῶν λεχέων ·

Ζεὺς ἠδ' ἄλλος ὅμιλος ἀπείριτος οὐρανιώνων,
Οἷά τε ὠκείνου φησὶ Μελητιάδης.
Ἀλλ' ἴτε, δεῦτε, ἅπαντες ἀολλέες (1) ἐσθλοὶ ἑταῖροι,
Τοῖα προσείπωμεν αὐτὸν ὁμοφρονέως ·
Ἔρρε, κακὴ κεφαλὴ, δνοφερὸν δόμον Ἄϊδος εἴσω,
Ἔρρ' αὐτῇ σοφίῃ κάμμορε κ' ἀσεβίῃ,
Ἀμφὶ Πυριφλεγέθοντ', ὁλοὸν τ' ἀνὰ Τάρταρον εὐρὺν,
Ἦχι Χρυσίππους Σωκράτεάς τε ἴδοις,

A

I.

Multa quidem docuisti, quanta prisci viri dixerunt unquam extera sapientia inflati.
Sed tuus periit animus, cum amaram undam bibisti, infelix, impietatis fluctibus innatans.
Qui præclaram et eximiam laudem mittens Christianorum puris e balneis, infortunate,
Et ex venerando sacrificio magnoque, et sacrorum librorum inclytis prodigiis,
Græcorum vastam mortis abyssum cum noveras, feris præda factus es præcordia vorantibus, o Leo.
Quis de te multum dolens tuum casum non deflere, aut quis te non deploraret talia contemplatus?

Non in petra fixisti tuos mortales pedes, in qua
B sola omnis qui graditur firmus est maxime;
Sed adorasti, insane, Deorum innumeram turbam, negator factus splendidæ Triadis.
Quamobrem te Christus robore immoderato nudavit, calce acerba os tuum implens,
Quo voluit modo; oportebat enim te talia sufferre, quæ in Deum magnum multa cavillatus eras.

II.

Audite, generationes hominum, Christi eximiæ plebs, qui vivitis ignari ejus apostasiæ;
Jupiter quidem fuit illi deus, habens conjugem Junonem, Jupiter qui immodice adamat virginales thoros;
Jupiter et alia turba innumera cœlicolum, sicut de illa loquitur Homerus.
C Sed ite, agite, omnes numerosi et probi sodales, talibus hunc alloquamur unanimi voce:
Abi, malum caput, tenebrosam in inferi domum, abi istius sapientiæ et impietatis particeps,
Circa Phlegethontem exosum, ad Tartarum latum, ubi Chrysippos Socratesque videas,

NOTÆ.

(1) A. videtur ἀωλέες·

Proclos et Platones, Aristoteles, Epicuros, Euclidesque amicos et Ptolemæastronomos,

Inter hos quoque sapientem, vereque aliorum reginam, Homeri musam, Hesiodos et Aratos.

A Πρόκλου; τ' ἠδὲ Πλάτωνας, Ἀριστοτέλεις, Ἐπικούρου;,
Εὐκλείδας τε φίλους καὶ Πτολεμαστρονόμους,
Πὰρ δέ γε τοῖσι σοφὰν (2), ἐτεὸν βασιλεύτατον ἁλλων,
Μοῦσαν Ὁμηρείην, Ἡσιόδου; τ' Ἀράτους; τ'.

III.

Non mirum si te ignis æternus circumdederit una cum illustri isto cœtu;

Quibus tantum addictus oracula proferebas, et illorum arcanis fraudibus versabaris.

Hæc vero Constantinus, qui tuo Calliopes lacte bene nutritus est cecinit perite;

Ego, qui tuæ mentis mysteria scrutatus, tarde vix pravitatem latentem didici (3).

Γ'.

Οὐ νέμεσις σέο πῦρ αἰώνιον ἀμφιπολεύειν
Ἄμμιγα θαυμασίῃ τῇδε χοροστασίῃ,
Οὗ; ἀπιθείαζες μέγ' ὑπερβολάδην ἀγαπάζων,
Καὶ φρονέων τ' αὐτῶν κρυπταδίαις ἀπάταις·
Ταῦτα δὲ Κωνσταντῖνος, ὁ σῆς γάλα Καλλιοπίης
Καλὸν ἀμελξάμενος, ἦσεν ἐπισταμένως,
Ὅς ῥα τεῆς κραδίης μυστήρια λεπτολογήσας,
Ὀψὲ μόγις κακίην κευθομένην ἐδάην.

B

NOTÆ.

(2) C. videtur σοφᾶν.
(3) Vide Leonis Apologiam, in qua Constantini calumnias a se dimovet. (Infra col. 659.) EDIT.

LEONIS PHILOSOPHI

OPERUM PARS PRIMA.

OPERA THEOLOGICA.

HOMILIÆ ET PANEGYRICI.

ΛΟΓΟΣ Α'.

Εἰς τὴν ἐκ στειρωτικῶν λαγόνων ἀνθήσασαν σωτήριον ἀνθρώποις γονὴν, τὴν ἀειπάρθενον τοῦ Θεοῦ Μητέρα.

ORATIO I.

In humano generi salutarem prolem semper virginem, ac Dei Genitricem, ex sterilibus lumbis floris instar nasceniem (1).

(COMBEF., *Auctar.* col. 1606.)

Αὕτη ἡ ἡμέρα Κυρίου· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. Χρὴ γὰρ τοῦ βασιλείου ἄσματος τῇ Βασιλίδι τὸν ἔπαινον προοιμιάσασθαι· οὐ διὰ τοῦτο μόνον ὅτι Βασιλὶς ἡ εὐφημουμένη, ἀλλ' ὅτι καὶ τῆς ἐκείνου προῆλθεν ὀσφύος· δι' ἕτερον δὲ, ὅτι καὶ τῆς προγονικῆς κατηφείας νῦν ἡμῖν τῆς παντελοῦς ἀπαλλαγῆς, ἐνέχυρον δίδοται, τῶν εὐδίνων κόλπων Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης, ὥσπερ ἔκ τινων προαχθὲν θησαυρῶν· κόλπων ἐκείνων, οἳ πρὶν μὲν τῆς ἀγονίας παρ' ὁμοφύλοις ἔφερον τὰ ὀνείδη· νῦν δ' εἰς τὴν οἰκουμένην τῆς εὐγονίας τὴν δόξαν ἐπλήθυναν· ἐξ ὧν τῆς ἐλευθερίας τὸν τόμον ὁ βασιλεὺς διατίθησιν· δι' οὗ τῆς πολυχρονίου δουλείας τὴν ἀπολύτρωσιν ἀποκηρύξει.

Νῦν προοίμια τῷ κόσμῳ ἐγνωρίσθη χαρᾶς· ἐφάνη γὰρ δι' ἧς ἀναιρεθήσεται ἡ ἀρά. Ἤδη τῶν πόνων καὶ τῶν μόχθων οἷς ἐκτρυχόμενοι τῇ ἀκάνθῃ διεπαλαιπωροῦμεν, προεμηνύθη ἀνάπαυσις· παρεγένετο γὰρ ἐξ ἧς ὁ πάνσοφος γεωργὸς παρέσται ἡμῖν. Νῦν τοῦ μεγάλου μυστηρίου ἐγγίζει ἡ φανέρωσις, καὶ τῆς Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους συγκαταβάσεως ἀρχὴν ἡ οἰκονομία λαμβάνει. Τοῦ γὰρ ἀμήτορος πρὸ αἰώνων, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν ἀπάτορος Υἱοῦ ἡ ἀνανδρος ἐτέχθη μήτηρ· καὶ τοῦ τρέφοντος πᾶσαν πνοὴν, ἡ τροφὸς τιθηνεῖται· καὶ ὁ νυμφὼν τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ Μονογενοῦς ἑτοιμάζεται. Ἄρτι διὰ σπλάγχνα ἐλέους ὁ φιλάνθρωπος τῆς οἰκείας χειρὸς τὸ πλάσμα μηκέτι φέρων ὁρᾷν τυραννούμενον, τὴν μήτραν ἣν ὑπερφυῶς οἰκήσει, ἐκ στείρας προάγει μήτρας. Ἔδει γὰρ θαῦμα θαύματος προτελεῖσθαι· τοῦ μείζονος

Hæc dies Domini; exsultemus et lætemur in ea [1]. Operæ enim pretium est, ut a regali cantico, Reginæ laudem inchoemus: non eo duntaxat nomine quod Regina sit ea, quæ laudatur, verum etiam quod ex ejus lumbis prodierit: ad hæc vero, quod et probri illius a majoribus invecti, plenæ nunc liberationis pignus nobis detur, ex Joachim ac Annæ placidis sinibus, velut e thesauris quibusdam, productum: sinibus, inquam, prius quidem infecunditatis probræ apud gentiles suos referentibus, quique nunc in orbem universum fecunditatis adauxerunt gloriam; ex quibus rex manumissionis tomum condit, ex quo liberationis a diuturna servitute sanctionem divulgaturus est.

Nunc mundo innotuerunt gaudii exordia, quippe cum illa apparuerit, per quam maledictio est auferenda. Laborum jam ac molestiarum, quibus spina macerati miseri agebamus, præsignata est requles; siquidem illa advenit, ex qua sapientissimus ille agricola nobis adulturus est. Nunc prope est ut manifestetur magnum sacramentum, Deique in homines inclinationis dispensatio initium habet. Filii enim ante sæcula absque matre, diebusque novissimis sine patre geniti, viri nescia parens nata est; ejusque, qui omnem spiritum alit, nutrix lactatur; ac dilecti et Unigeniti paratur thalamus. Nunc clemens Deus propter suæ misericordiæ viscera, non ultra ferens figmentum videre tyrannica vi oppressum, vulvam, quam supra naturam sit inhabitaturus, ex sterili vulva producit. Oportebat

[1] Psal. CXVII, 24.

NOTÆ.

(1) Nunc primum edo e codice eminentissimi cardinalis Mazarini, ex quo etiam sequens exscripta fuit, dignæ ambæ Leonis illa in Mariam pietate.

enim ut miraculum miraculo prius peragereturi majore ac naturæ totam vim superante, quod minus est; quodque licet non naturæ vim totam, at spei tamen rationem superet. Oportebat ut quæ novum sub sole partum editura esset, ipsa quoque non communi ederetur partu, ac qui totus ex carnis ac sanguinis voluntate foret; sed qui potioris aliquid virtutis haberet, quam consuetudine comparatum est.

καὶ ὑπερφυῶς, τὸ ἔλαττον· καὶ εἰ μὴ ὑπερφυὲς, ἀλλ' οὖν ὑπὲρ ἐλπίδα. Ἔδει τὴν μέλλουσαν τὴν καινὴν ὑπὸ τὸν ἥλιον λύειν ὠδῖνα, καὶ αὐτὴν μὴ κοινῶν ὠδίνων, μηδὲ τὸ σύμπαν σαρκὸς καὶ αἵματος εἶναι θελήματος· ἀλλ' ἔχειν τι κρεῖττονος ἢ κατὰ συνήθειαν ἐνεργείας.

Tarda itaque proles procedit, sine semine mater ex non genitalibus lumbis, quo parentes sterilitatis undique probris velut indagine cincti, ab iis angustiis, a carnali errore animum comprimentes, ad prolificum Patrem subveherent, ac inde fructus donum deducerent. Idcirco pungebantur sterilitatis aculeis, ut mente tota Deo accederent. Sic enim tristia comparata sunt, ut nedum Joachim ac Annam justosque similes ad divinam propinquitatem adigant, verum etiam eos qui resilire quærunt, ubi et illos comprehenderint, Deo propius adducant: ut e contra, dulcia ac diffundentia animum, nedum jam dissitos, sed et eos qui propiores erant ab eodem longius abigunt.

Προέρχεται τοίνυν ἡ ἄσπορος μήτηρ ἐξ ἀκάρπων λαγόνων ὀψίγονος, ἵνα τοῖς ὀνείδεσι τῆς ἀτεκνίας οἱ γεννήτορες περιστοιχιζόμενοι, τῇ ἐκεῖθεν στενοχωρίᾳ τῆς σαρκίνης περιπλανήσεως τὸν νοῦν συστέλλαντες, πρὸς τὸν καρποδότην ἀναβιβάσωσιν· ἐκεῖθέν τε τοῦ καρποῦ τὸ δῶρον καταγάγωσιν. Διὰ τοῦτο ταῖς ἀκίσι τῆς ἀπαιδίας ἐνύττοντο, ἵνα ὅλῃ γνώμῃ Θεῷ πλησιάσωσιν· ὅτι πέφυκε τὰ λυπηρὰ οὐ μόνον τοὺς περὶ Ἰωακεὶμ καὶ Ἄνναν πρὸς θείαν φέρειν ἐγγύτητα, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀποπηδᾷν ἐθέλοντας, καὶ τούτους ἐπειδὰν περιλάβῃ, καὶ τούτους πλησίον ἄγειν Θεοῦ· ὥσπερ τὰ ἡδέα καὶ διαχέοντα ὡς ἐπιπλεῖστον οὐ μόνον διεστῶτας, ἀλλὰ καὶ ἤδη ἐγγὺς ὄντας, πόῤῥω ἐλαύνειν αὐτοῦ.

Enimvero Joachim et Anna sterilitatis opprobrio a conservis in terra degentibus appetiti, in cœlum ad Dominum ac naturæ Fictorem mente ascendunt; fore illum sperantes ægrorum medicum lumborum, qui solus, utpote creator, accurate sciret, cur ii tandiu infecunditatis morbo laborassent. Sive enim vulva expers esset virtutis prolificæ, ac velut emortua, inditurum eum sperabant vitalem virtutem, qui anima donasset animal e limo fictum: sive aliud quidpiam obsisteret partui, visum iri ipsum adjutorem, qui secundum, ac vicinum, similesque animal in eum condidisset finem, ut in adjutorium foret, ac velut ager quidam, generationis humanæ spicam produceret [1]. Videbat enim (2) quod erat futurum, cui etiam ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, præsentia sunt.

Ἀλλὰ γὰρ Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα τῆς ἀτεκνίας ὀνείδει ὑπὸ τῶν κάτω ὁμοδούλων βαλλόμενοι, ἄνω πρὸς τὸν Δεσπότην καὶ Πλάστην τῆς φύσεως ἀναβαίνουσιν· ἐκεῖνον ἰατρὸν τῶν νοσούντων κόλπων γενέσθαι ἐλπίσαντες, ὃς μόνος, οἷα δημιουργὸς, τὸ αἴτιον τῆς ἐπὶ τοσούτου καιροῦ ἀκαρπίας αὐτῶν σὺν ἀκριβείᾳ ἠπίστατο. Εἴτε γὰρ ἄμοιρος ἐνεργείας τεκνώσεως, καὶ οἷον ἄψυχος ἡ μήτρα, αὐτὸν ἠλπιζον ἐνθήσειν ζωτικὴν δύναμιν, τὸν ἐκ πηλοῦ ψυχώσαντα ζῶον· εἴτε τι ἄλλο τὰς ὠδῖνας ἐπέχει, ἐκεῖνον ἐφθῆναι βοηθὸν, τὸν ἐπὶ τοῦτο τὸ δεύτερον καὶ παραπλήσιον ζῶον ὑποστησάμενον, ἐφ' ᾧ εἶναι μὲν βοηθὸν, φύειν δ' ὥσπερ τινὰ χώραν καὶ τῆς ἀνθρωπίνης τὸν στάχυν γενέσεως. Ἐώρα γὰρ τὸ ἐσόμενον, ᾧ καὶ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα παρέστηκεν.

Cæterum cœlestis ille Pater, sacratissimæ puellæ sacros parentes in hunc modum quibus illi appetebantur opprobriis, ad se trahebat, longo temporis spatio ante excultos lumbos prolificos, jejuniis ac orationibus animum excolentes. Mihi porro dubium est, deceatne vulvam felici adeo honestatam prole sterilitatis nomine accusare, illosque dicere ineptos procreandæ proli, qui omnino adepturi essent ut partus omnes superarent. Quin illud dico, fuisse Annam aptam quæ pareret. Quomodo enim ex qua salus florere habebat, infecundis accensenda foret? Enimvero, bene quidem ac præclare ad fructus editionem comparata erat, at necdum advenerat hora, quam sapientissimus ille temporum definitor, ante omnia sæcula opportunam germinandæ proli constituerat. Cæterum habeat quisque ut libuerit; in-

Ἀλλὰ τοὺς μὲν τῆς ἱερωτάτης παιδὸς ἱεροὺς γονέας, οὕτως ἐφ' οἷς τὴν στείρωσιν ὠνειδίζοντο, πρὸς ἑαυτὸν ὁ οὐράνιος μεθεῖλκε Πατὴρ, ἐπὶ πλεῖστον χρόνον πρὸ τῆς γεωργίας τῶν τεκνοποιῶν κόλπων νηστείαις καὶ δεήσεσι τὴν ψυχὴν γεωργοῦντας. Ἐμοὶ δ' ἄπορον παρίσταται στειρώσεως οὕτως εὐτεκνον αἰτιᾶσθαι μήτραν, καὶ φάσκειν ἐκείνους οὐκ ἔχειν ἐπιτηδείως πρὸς γονὰς, οἳ πάντων ἔμελλον κρατεῖν τὸ γεννῶν. Ἀλλ' ἐκεῖνό φημι, ὅτιπερ ἐπιτήδειος ἡ Ἄννα πρὸς τόκον. Πῶς γὰρ ἧς ἔμελλεν ἡ σωτηρία ἀνθεῖν, ἀκάρποις συνηριθμεῖτο; Ἀλλ' εἶχε μὲν εὖ καὶ καλῶς εἰς καρπογονίαν, οὔπω δ' ἄρα ἡ ὥρα παρίστατο, ἣν ὁ πάνσοφος ὁροθέτης πρὸ πάντων αἰώνων εἰς τὸ τὴν βλάστην ἐνέγκαι διέταξεν. Πλὴν ὡς βούλεταί τις ἐχέτω· τέως δ' ἀμείνοσιν ἐλπίσιν ἀνέχοντες, ἴστωσιν ἐκείνην τὴν οὐρανομήκη κλίμακα, νηστείαις;

[1] Gen. II, 18.

NOTÆ.

(2) *Videbat enim.* Tangit communem Græcorum opinionem inductarum nuptiarum occasione peccati, ut alioqui humanum genus non foret propagandum crasso illo ac velut brutali modo, quo modo propagatur.

καὶ προσευχῆς καὶ συντριμμοῦ καρδίας πεποιημένην, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα τῶν οἰκτιρμῶν ἀνίασιν· καὶ τούτῳ μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς, καὶ πρὶν βοῆσαι εἰδότι, τῶν τε ὀνειδισμῶν τὰς βολὰς, καὶ τὸ ἄλγος καὶ τὴν ὀδύνην αὐτῶν ἐμφανίζουσι· καὶ λύειν μὲν τὴν ἐξ ἀνθρώπων χαλεπὴν νέμεσιν, λύειν δὲ καὶ τὴν, εἰ μηδεὶς ἄλλος ἐπέπληττεν, ἐπιφυομένην οἴκοθεν στενοχωρίαν ἠτοῦντο.

A terim illi meliori spei animum adhibentes, scalam illam in cœlum usque protensam erigunt, jejunio et oratione, ac contrito constantem corde, eaque ad misericordiarum Patrem ascendunt : atque ei clamore valido, qui ante etiam clamorem noscet, opprobria quibus appeterentur, ipsorumque animi angustiam atque dolorem, declarant : ac tum quidem hominum gravem illam indignationem, tum vero ipsum, tametsi nemo alius increparet, ab ipsismet nascentem angorem ac mœstitiam solvere flagitant.

Ἀκούει δ' ὁ τῶν θαυμασίων Θεὸς τῆς τῶν θεραπόντων δεήσεως, καὶ νεύει, καὶ δίδωσιν, ἀντὶ τῆς προτενέξεως τῶν ὀδυρμῶν καὶ ἐν εὐχῇ προσεδρίας, δῶρον ἐλπίδος κρεῖττον· δῶρον, οἷον οὐδεὶς ἐξ αἰῶνος ὤφθη λαβών. Δίδωσι γὰρ καρπὸν, ὃς οὐ μόνον τὴν φέρουσαν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχαίαν τοῦ γένους ἀπαλλάττει προμήτορα τῶν ὀνειδισμῶν. Καὶ φέρει χερσὶν ἡ Ἄννα παιδίον, ὃ τὸν δωρησάμενον τὸν ταύτης τόκον τῆς γεννησαμένης, οἷα δὴ τόκον οἰκεῖον ἐν χερσὶ βαστάσει. Παιδίον, ὃ *τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν* παιδοποιήσει. Φέρει βλαστὸν ἡ ἄκαρπος δόξασα τέως μήτρα τῆς Ἄννης, ἧς τοῦ ἄνθους ἡ εὐωδία μυρίσει τὰ πέρατα. Προέρχεται πυλῶν κεκλεισμένων ἀτεκνίᾳ, ἡ ἐσφραγισμένη πύλη τῇ παρθενίᾳ, καὶ μόνῳ τῷ βασιλεῖ πρὸς δίοδον τηρουμένη· ἧς προελθὼν ἀῤῥήτως καὶ ὑπερφυῶς, πρὸς ἑαυτὸν ἐπιστρέψει τοὺς κακῶς ἀπονεύσαντας.

Exaudit vero mirabilium Deus orationem servorum suorum, annuitque ac tribuit, pro oblatis gemitibus, ac ea, quam in oratione exhibuissent assiduitate, munus spem omnem vincens : munus quale nemo a sæculo visus est accepisse. Dat namque fructum, qui nedum ipsam quæ profert, verum B etiam veterem illam generis primam parentem, ab opprobrio liberet : portatque manibus puellam Anna, quæ ipsum, qui parentibus donavit ut eam parerent, in manibus ipsa, utpote propriam prolem, portatura esset. Puellam, inquam, ipsum, *qui est super omnia, Deum*[3] genituram. Germen profert hactenus sterilis existimata Annæ vulva, cujus floris suave fragrans odor orbis terræ fines perflaturus est. Procedit clausis sterilitate portis obsignata illa virginitate porta, soliqne regi servata, ut per eam transeat[4]; ex qua ineffabili planeque mirabili ratione procedens, eos qui male aberraverant ac declinaverant, ad se convertet.

Πάλαι μὲν, Ἰωακεὶμ, ἐσκυθρώπαζες· οὐ μόνον οἰκοθεν τοῦτο ὑπομένων, οἷς τε τὴν Ἄνναν ἐώρας, C γονῆς ἀποροῦσαν, καὶ διὰ τοῦτο στυγνὸν ὄμμα καὶ κατηφὲς φέρουσαν· οἷς τε οὐδ' αὐτὸς εἶχες ἐν χερσὶ φέρειν τῶν πόνων γεώργιον. Τί δ' ἂν οὕτω γλυκὺ θέαμα τοῖς κοινωνήσασι γάμων, ὡς ἡ ἐκ σπλάγχνων φυὴ γένοιτ; Ἀλλὰ καὶ ταῖς ἔξωθεν ἐπιπλήξεσι πλέον τῆς κατηφείας ἡ ὁμίχλη συνεῖχεν· δι' ὧν τὸ ἄσπερμον καὶ ἄτεκνον οἱ συμφυλέται ὠνείδιζον· ἀλλ' ὁρᾷς ἄρτι φαιδρῶς, φαιδρὰν τῶν σῶν σπερμάτων τὴν γεωργίαν, δι' ἧς ἡ κατήφεια πάντων ἠλάσθαι τῶν ὀφθαλμῶν. Ὁρᾷς ἄρτι τὴν Ἄνναν σεμνὴν, σεμνῶς ἐπὶ τῷ καρπῷ τῆς κοιλίας καλλωπιζομένην. Ἠσχύνου πάλαι ἀνάστομα τῶν ὁμογενῶν θρυλλουμένης τῆς ἀτεκνίας· ἀλλὰ νῦν ἁπάσαις γλώσσαις τερπνὸν ὑπάρχεις ἄκουσμα καὶ διήγημα, περιλαλουμένης τῆς ἀτεκνίας. Καὶ πάλαι μὲν, ὡς εἰκὸς, καὶ D αὐτὴν ὑπαστέλλου τὴν ἐξ οἰκίας πρόοδον, καὶ μόνον ὀφθῆναι διευλαβούμενος· νῦν δὲ σύμπας ὁ τῶν ἁγίων χορὸς, καὶ τῶν ἀγγέλων οἱ δῆμοι, ὡς πατρὶ Μητρὸς Θεοῦ συνευφρανόμενοί σοι περιχορεύουσιν. Ἐγένου τέκνου πατὴρ, ἡ τὸ χρέος ἀποδώσει τῷ προπάτορι, ὅπερ ἐκ πλευρᾶς εἰς διάπλασιν ἔχρησε τῇ προμήτορι. Πληρώσει τοῦτο ἄνευ σπορᾶς τῶν αὐτῆς αἱμάτων σάρκα δανείζουσα τῷ νέῳ Ἀδὰμ, καὶ τοῦ παλαιοῦ πλαστουργῷ. Ἐβράδυνας κληθῆναι πατὴρ· ἀλλ' ἔχεις ἐν πατράσι τὰ πρεσβεῖα· ἀλλ' ἔτεκες μητέρα τοῦ πάντων Πατρός. Τίκτει καὶ Ἀβραὰμ

Olim quidem mœsto, Joachim, vultu eras : non id tantum a te ipso perpetiens, ac tum quia Annam prole destitutam, ideoque tetricoso ac depresso tristitia vultu videres; tum quia nec ipse posses laborum fructus in manibus ferre. Quid namque connubiali societate junctis ad spectaculum dulcius, quam ut enatum ex se videant germen? verum etiam ab extraneis increpantibus gravior mœstitiæ animi caligo occupabat, quod gentiles tui tanquam sterilem ac orbum prole probris appeterent : nunc enimvero lætis gaudiis, lætum tui seminis aspectas fructum, quo tristitia mœrorque ab omnium depulsus est oculis. Vides modo venerabilem Annam, sui fructu uteri præclare honestatam. Pudebat olim sterilitatis gentilium tuorum communi ore jactatæ; at nunc omnium ore dulcis exsistis auditio ac narratio, ipsa sterilitate ubique celebrata. Ac olim quidem, ut veri quis specie existimet, etiam domo procedere verebaris, metuens vel etiam videri; nunc autem universus sanctorum chorus, ac angelorum populi, tanquam Dei Matris parenti congratulantes, lætis circumcingunt choreis. Factus es filiæ pater, quæ primo parenti debitum rodditura est; quod nimirum primæ commodavit parenti, ut illa ex ejus latere formaretur. Porro rem præstabit nullo semine ex suis sanguinibus novo Adæ fenerans carnem, ac quo antiquus ille conditus est. Tarde pater appellatus es; at primas honoris partes

[3] Rom. IX, 5. [4] Ezech. XLIV, 1.

habes inter patres : at universorum Patris genuisti matrem. Abraham quoque provecta jam ætate [5], cóntra spem hæredem gignit promissionum, ex quo velut stellæ, ac sicut arena maris augetur populus, magnaque parte terræ imperium protrahit; verum, quid hoc ad tuum partum? Eam enim peperisti, ex qua non solum populi immortalitatis partu augentur, aut terram possidendam accipiunt; sed qua cœli adeunt hæreditatem, effecti filii Altissimi.

Agedum vero, tu mihi Annam voca, priorumque, lamenta canticorum, quæ illa Deo solitaria canebat, velut lyram quamdam harmonia concinnam in fausti ominis laudationem convertentes, personanti mihi vestrum inclytum partum, auxilio adeste. Vestrum namque est, ut et condigni sermonis copiam faciatis, e quibus editum est sanctissimum germen. Agedum uteri fructum ostende, quæ abjeceris ignominiam veterem, quibus nunc in gloria gestis. Uteri infecunda tellus in fertilem agrum transiit. Tristitia tibi in gaudium cessit, quali a sæculo nullus exsultavit. Ex his probris indissolubilis gloriæ corona plexa fuit. Tardum fuit genitale germen, at naturæ totius germen gloria obscuravit. Defuit arvo flos, at universum orbem messe implevit. Lugebas orbitatis ergo lacessita opprobriis; at quæ unquam sic proba amplaque prole delectata fuit? Puellam nutris, cujus opera universus mundus lætitiæ divitias habebit. Matres universas supergressa es.

Parit quoque alia quædam Anna [6], cum et ipsa orationis munus filium accepisset; verum servum, verum ministrum, quanquam is prophetica unctione excelluit; tu vero cœli ac terræ Reginam paris: eam, inquam, quam canticis celebrat omnis natura particeps rationis: sola paris Dei Matrem; sola Dei avia exsistis. O beatum partum! O lumbos, quorum habitaculum elegit Deus, cum in nobis habitare voluisset! O conceptionem, partumque, ac infantem, quibus exitiosus peccati partus elanguit, salutisque multa proles innotuit. O infantem, per quam natura, quæ malitiæ ac vitiositatis turpitudine consenuerat, novum induta decorem præclare exornatur! O infantem, per quam vitæ pauperis pannos exuentes, primam illam stolam induimus divinæ dignitatis, per quam Deus nobis reconciliatus, in incomparabilem paterni amoris necessitudinem dissolvit inimicitias, quas ei facti hostes, constitueramus. Te namque Deus ac Pater Unigenito Sponsam elegit, proque futurarum arrhabone nuptiarum, ut cognato humano generi reconcilietur, concedit; neque solum inimicitias perimit, aut debiti tribuit remissionem: vel etiam, quod adversum nos ipsi scripsimus chirographum, disrumpit; verum etiam Unigeniti cohæredes facit; eumque ipsum bello nobis suppetias mittit, ut pro nobis pariter labores desudet, ac hostem ulciscatur.

Enimvero, pœnam nunc lue, o malitiæ sapiens artifex, dolo plenarum earum molitionum, quibus su-

[5] Gen. xviii, 11 seqq. [6] I Reg. i, 20.

A ὀψὲ τῆς ἡλικίας παρ' ἐλπίδα τὸν κληρονόμον τῶν ἐπαγγελιῶν· ἐξ οὗ ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης πληθύνεται λαὸς, καὶ γῆς πολλοστοῦ κυριεύει μέρους· ἀλλὰ τί τοῦτο πρὸς τόκον τὸν σόν; Ἔτεκες γὰρ, ἐξ ἧς οὐ μόνον λαοὶ ὠδῖσιν ἀφθαρσίας πληθύνονται, οὐδὲ γῆς ἁπάσης κατάσχεσιν, ἀλλ' οὐρανοῦ κληρονομίαν λαμβάνουσιν, υἱοὶ Ὑψίστου γινόμενοι.

Ἄγε δή μοι κάλει τὴν Ἄνναν, καὶ τῶν πάλαι θρήνων τὰ ᾄσματα, ἃ κατὰ μόνας ἐᾴδεν Θεῷ, ὥσπερ τινὰ λύραν εὐάρμοστον ἀνακινοῦσαν εἰς εὐφημίαν μεταβαλόντες, περιηχοῦντί μοι τὴν ἀοίδιμον ὑμῶν λοχείαν, συνεφάπτεσθε. Ὑμέτερον γάρ ἐστιν εὐπορεῖν παρασκευάσαι καὶ λόγον ἄξιον, ὧν ἐμαιεύθη B τὸ πανάγιον γέννημα. Φέρε τῆς κοιλίας τὸν καρπὸν ἐπιδείκνυε, οἷς νῦν ἐπ' εὐδοξίᾳ κομᾷς, τὴν παλαιὰν ἀδοξίαν ἀποθεμένη. Μετέβαλεν εἰς εὐφορίαν τῆς νηδύος ἡ ἄφορος χώρα. Ἐστράφη σοι εἰς χαρὰν ἡ λύπη, οἵαν οὐδεὶς ἐξ αἰῶνος ἠγαλλιάσατο. Ἐπλάκη τῶν ὀνειδισμῶν ἐκείνων ἀδιάλυτος εὐφημία. Ὤφιγονος ἡ γονὴ, ἀλλ' ὑπερῆρεν πάσας φύσεως τὰς γονάς. Ὑστέρησεν εἰς ἄνθησιν ἡ ἄρουρα, ἀλλ' ἐπλήρωσε τῆς ἄλω τὴν οἰκουμένην. Ὀδύρους ἅπαις ὀνειδιζομένη· καὶ τίς οὕτω ἤσθη εὔπαις γεγενημένη; Τρέφεις παιδίον, δι' ἧς ὁ κόσμος πλουτήσει τὴν εὐφροσύνην. Παρῆλθες πάσας μητέρας.

Τίκτει καὶ ἄλλη τις Ἄννα, δῶρον εὐχῆς λαβοῦσα C τὸν τόκον καὶ αὕτη, ἀλλὰ δοῦλον, ἀλλὰ λειτουργόν· εἰ καὶ προφητικῷ διέπρεπεν χρίσματι· σὺ δὲ τίκτεις τὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς Βασιλίδα· τὴν παρὰ πάσης λογικῆς φύσεως ὑμνουμένην· μόνη τίκτεις Θεοῦ Μητέρα· μόνη χρηματίζεις προμήτωρ Θεοῦ. Ὦ μακαρίων ὠδίνων! Ὦ λαγόνων, ὧν κατοικητήριον ἐν ἡμῖν σκηνῶσαι βουληθεὶς ὁ Θεὸς ἐξελέξατο! Ὦ σύλληψις καὶ τόκος καὶ βρέφος, δι' ὧν ὁ τῆς ἁμαρτίας ὀλέθριος ὠδὶς ἀπήμβλω, καὶ τῆς σωτηρίας ἡ πολυγονία ἐγνωρίσθη! Ὦ βρέφος, δι' ἧς ἡ καταγηράσασα τῷ σῴζειν τῆς κακίας φύσις, καινὸν ἀλλαξαμένη κάλλος ἐξωραΐσατο. Ὦ βρέφος δι' ἧς τῆς πενιχρᾶς ζωῆς τὰ ῥάκη ἀποδυσάμενοι, τὴν πρώτην στολὴν ἐκείνην τοῦ θείου ἀξιώματος ἐνεδυσάμεθα· δι' ἧς ἡμῖν κατD ηλλάγη Θεὸς, εἰς ἀνείκαστον διαλυθείσης στοργὴν, τῆς ἣν ἡμεῖς ἐκπολεμωθέντες αὐτῷ ἔχθραν συνεστησάμεθα. Ἐξελέξατο γάρ σε εἰς Νύμφην τῷ Μονογενεῖ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, καὶ δίδωσιν ἀντὶ μνήστρων τὴν πρὸς τὸ συγγενὲς καταλλαγήν· καὶ οὐκ ἀναιρεῖ μόνον τὴν ἔχθραν, οὐδὲ τὴν ἄφεσιν δίδωσι τοῦ ὀφλήματος, οὐδ' ἣν καθ' αὐτῶν ἐχειρογραφήσαμεν διασχίζει γραφήν· ἀλλὰ καὶ συγκληρονόμους τοῦ ἀγαπητοῦ ποιεῖται· καὶ τοῦτον εἰς τὸν καθ' ἡμῶν ἀποστέλλει πόλεμον, συνδιενεγκεῖν ἀνθ' ἡμῶν τοὺς πόνους, καὶ τὸν δυσμενῆ τιμωρήσασθαι.

Ἀλλὰ καθίστασο νῦν, σοφιστὰ τῆς κακίας, εἰς ποινὴν τῶν δολερῶν ἐκείνων σκεμμάτων, οἷς τῇ ψιθύρῳ

γλώσσῃ τοὺς ἐμοὺς ἐξειργάσω προπάτορας· μᾶλλον δὲ, δι' ὧν καθ' ὅλης τῆς φύσεως ἐτεχνάσω τὸν ὄλεθρον. Οὐ γὰρ ἔτι ἀλύπως ἔχων ἀπίοις, οὐδὲ ἐπὶ τῇ χλεύῃ σεμνυνόμενος. Ἤδη γάρ, ἤδη σοι ἐπὶ τὴν κακομήχανον κεφαλὴν, τὸ καθ' ἡμῶν ἐνσκήπτει κακοῦργον. Ἐγεννήθη τῇ Εὔᾳ παιδίον, δι' οὗ ἐκείνης ἀναλαμβάνεται μὲν ἡ ἧττα, καὶ τὸ σκυθρωπὸν εἰς φαιδρότητα μεταχωρεῖ· σὲ δ' ἀπαράκλητος ἧττα περιστοιχεῖ, καὶ βαθεῖα στυγνότης. Ἐγεωργήθη παράδεισος, ἐξ ἧς ἀναβλαστήσει φυτὸν ἀθάνατον, τὰς κῆρας τοῦ φυτοῦ διαλύον, οὗ τὴν γεῦσιν προεξένησας· καὶ τὸν ἐξ ἀπάτης παραδοθέντα θανάτῳ, πρὸς ἀθανασίαν ἀνακτώμενον. Κλοπῇ καὶ ψεύδει τὴν μητέρα κακοῖς περιέβαλες· ἐκδέχου μικρὸν ὅσον οὔπω τῆς σῆς κακομηχανίας τὰ ἐπίχειρα, ἃ σοι παραγενήσεται τοῦ τέκνου πρὸς τὸν πανάμωμον τόκον ἥκοντος. Ἄρτι θεούμενον δόξῃ τῷ ὄντι, ὃν πάλαι πλάνῳ θεώσεως ὑποσχέσει, θείας συνουσίας κατέστησας ὑπερόριον· καὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐντακέντα σοι φθόνον, τοῦ καθ' οὗ τοῦτον ὤδινας, τῆς σῆς ἐπιβαίνοντος κεφαλῆς, ἔξεις ἐπιπλέον σε διεσθίοντα.

A surrone lingua meos progenitores male habuisti: imo quibus adversus naturam universam interitum machinatus es. Nec enim adhuc a tristitia liber abibis, neque ut subsannando glorieris. Jam enim, jam tibi in maleficum caput, quod adversum nos excogitasti maleficium vertitur. Nata est Evæ puella, per quam ejus quidem instauratur ruina, mœstitiaque in lætitiam transit: te vero inconsolabilis circumstabit casus, ac profundus mœror. Cultus est paradisus, ex quo immortalis germinabit arbor: quaque arboris dispereant mortes, cujus gustandæ auctor fuisti; qua, inquam, is, qui errore deceptus morti traditus fuerat, ad immortalitatem reparetur. Furtivo mendacique susurro matrem malis implicasti; modicum aliquantulum maligni tui consilii B mercedem exspecta, quam consequeris, cum Filius immaculatissimo partu in lucem exibit. Videbis modo revera deitate donatum eum quem olim impostura deitatis promissione deludens, a divina extorrem consuetudine effecisti: eumque livorem, quo a principio contabuisti, ipso, adversus quem parturisti, tuum calcante caput, ampliori te æstu comedentem habebis.

Ὑπέθου θέωσιν τῇ γυναίῳ, καὶ τῆς ἀλύπου ζωῆς ἀνασπάσας, λύπης ἀνάμεστον ζωὴν προξενεῖς· οὐ μόνον οἷς ἄλλαι μυρίαι κῆρες τὸν βίον περιστοιχίζουσιν· ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν ἐχρῆν ὑπόθεσιν εὐφροσύνης εἶναι ἀνθρώπου πρὸς φῶς ἐξιόντος τῶν σκοτεινῶν τῶν ἐγκάτων χωρίων, καὶ τοῦτο δὴ λύπης αἴτιον τεκτηνάμενος. Ἐν γὰρ λύπαις τίκτειν τῇ βαρείᾳ καθ' C ἡμῶν ἀποφάσει προσέκειτο. Ἀλλὰ νῦν τόκος ἐμαιεύθη τῆς λυπηρᾶς κρατῶν ἀποφάσεως, καὶ τὴν χαρμονὴν τοῖς πέρασι μηνύμενος. Διέσφηλας τὸν γενάρχην σκελίσας γυναίῳ, καὶ τὸν φθοροποιὸν τῆς σῆς συμβουλῆς λόγον ἐπὶ κακῷ τῷ σφῶν ἔπεισας δέξασθαι· ἐτέχθη παιδίον ἡμῖν τῆς αὐτῆς μὲν τῇ Εὔᾳ πλάσεως, οὗ σφάλματος δ' αὐτῆς ἡ ἀνόρθωσις, καὶ τῆς σῆς ἡ ἀφορμὴ πτερνίσεως, οἷς τὸν ζωοποιὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ἀῤῥήτως καὶ ὑπὲρ νοῦν ὑποδέξεται.

Deitatem mulierculæ suggessisti[1], atque a vita a tristitiis libera abstrahens, vitam importasti tristitiis plenam; nedum qua innumera alia mala humanam circumstant vitam, verum etiam quod illud ipsum quod in lætitiæ argumentum cedere oportebat, exeunte homine in lucis auras a tenebricosis viscerum sinibus, tristitiæ effeceris causam. Gravi namque illi adversum nos sententiæ partus in tristitiis adjunctus erat[2]. Nunc enimvero partu editur ac suscipitur proles, tristitiarum sententiam vincens, gaudiique pignora orbis terrarum finibus præbens. Fefellisti generis parentem, ac per feminam supplantasti, tuique consilii exitiosum sermonem in suam ipsorum perniciem suscipere persuasisti: at nobis nata est puella ex eodem quidem atque Eva figmento; quæ tamen Evæ emendatio fit ac causa ut ipse supplanteris, qua vivificum Dei Sermonem ineffabili ac majori cogitatu ratione susceptura est.

Ἄκουε, γηραιὲ προπάτορ, καὶ πρὸς ἀμείνονας ἐλπίδας μετάθου· οὐ γὰρ ἔτι ἀβοήθητος ἐν θλίψει καὶ στενοχωρίᾳ διαγενήσῃ· ἐπέστη γὰρ δι' ἧς ὁ κραταιὸς ἐν ἰσχύϊ βοηθὸν ἐξαπλώσει χεῖρα, καὶ τῆς ταλαιπωρίας ἐξαγάγοι. Οὐκέτι ἡ διὰ βρώσεως ἐπινεμομένη φθορὰ τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ πλάστου πλάσμα λωβήσεται· ὁ γὰρ Δημιουργὸς οἰκείοις σπλάγχνοις ἑαυτὸν παρακαλέσας, τὸ ἅγιον αὐτοῦ ὑπεστήσατο σκήνωμα· καὶ μετὰ τῶν κατοικούντων ἐν φθορᾷ γνώμην τίθεται συναναστραφῆναι, ἵνα διαμείψῃ πρὸς ἀφθαρσίαν. Ἀλαλάξωμεν τῷ Θεῷ, ὅτι τῆς πολυχρονίου τυραννίδος ἡ βαρύτης ἀρχὴν λαμβάνει τοῦ ἐλαφρύνεσθαι· μᾶλλον δ' ὁ ἀποστάτης εἰς φυγὴν τὴν δίωξιν ἐναλλάξας, ἀναχωρεῖ τύραννος, ὀφθέντος τοῦ βασιλικοῦ σκήπτρου. Οὐκέτι χώραν ἐφόδου καθ' ἡμῶν

Audi, senex progenitor, inque spem meliorem transferaris: nec enim jam auxilio destitutus in afflictione ac angustia ages: quippe venit per quam fortis ille in virtute auxiliatricem explicans manum, a miseria educat ac liberet. Non ultra per escam depascens corruptio, quod ad fictoris imaginem figmentum conditum est, lædet. Conditor enim suis ipse visceribus provocatus, consilium init, decernitque cum corruptione versari, quo in incorruptionem commutet. Jubilemus Deo, quod diuturnæ tyrannidis grave onus leve fieri incipiat. Imo apostata tyrannus, pro eo ut persequatur, fugam iniens recedit, ubi regale conspexit sceptrum. Non amplius adversum nos invadendi locum inveniet; erigitur enim nobis cornu potentiæ de domo David[3]; cornu, in-

[1] Gen. III 5. [2] ibid. 16. [3] Luc. I, 69.

quam, in quo eorum cornu, qui hactenus in malitia dominati sunt, conterendum est.

Enimvero, mihi David opportunus venis : cane vero puellæ ex tuis lumbis genitæ : cane dulcisona tuæ sapientiæ cantica, *sanctificationis arcam* [10] suaviter modulans; gloriosam illam *in fimbris aureis*[11]; *montem in quo beneplacitum est inhabitare in eo* [12], portanti manu universos fines terræ. Age autem, nunc quoque salta coram divina arca, saltus utique ab omni liberos reprehensione. Brevi quidem post, ingredientem in Sancta, pompa deduces, jucundam illam juvencularum congregans choream; hactenus autem, tuo ipsius saltu, honora visam illam. Nemo enim est, qui hoc nomine reprehendere præsumat: nemo instar filiæ Saulis sinistra voluntate immittet linguam [13]: quin universos res delectabit, tum quod mysticam Dei arcam honorari videant, tum quod tibi, ob ejus tecum necessitudinem, pari exsultatione congaudeant. En tibi et finis eorum advenit, quæ jurejurando promissa sunt: qui namque de fructu ventris in sæculum super regni solium sessurus est, e virginali jam solio assurgit [14].

At tu, Virgo ac Mater, quæ hæc plurimum distantia, unita in te ostendisti [15]; tu, inquam, contra quidem spem nata, quæque altiori supra rationem partu prolem ederis, ne Filium ac Deum placare desieris, pro hæreditate quam ei Pater dedit; cui etiam nos pastores præfecit, ut ab omnibus rapacium bestiarum insidiis illæsos custodiat, tum quotquot obscurum, tum quotquot apertum, ac quod oculis ipsis videatur, periculum afferunt: nutriatque ac educet, nunc quidem in pietatis vivificis mansionibus : ubi autem hinc migrare oportuerit, accumbere faciat in salutis atriis atque stabulis, ubi nullus timor, nulla est turbatio, nulla insidiarum sollicitudo : sed omnis remissio, tranquillitasque, atque exsultatio ; eo quod ipsius simus populus, solique ei gloriam ac adorationem tribuamus, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

εὑρήσει· ἐγείρεται γὰρ ἡμῖν ἐξ οἴκου Δαβὶδ κέρας δυνάμεως· κέρας ἐν ᾧ συντριβήσεται τῶν μέχρι νῦν ἐπὶ κακίᾳ δυναστευσάντων τὸ κέρας.

Ἀλλά μοι Δαβὶδ εἰς καιρὸν ἥκεις· καὶ ᾄδε τῇ ἐξ ὀσφύος ἀποκυηθείσῃ θυγατρί· ᾄδε τῆς σῆς σοφίας τὰ ἡδύφθογγα ᾄσματα, *τὴν κιβωτὸν* ἀναμέλπων *τοῦ ἁγιάσματος*· τὴν δεδοξασμένην *τοῖς χρυσοῖς κροσσωτοῖς*· *τὸ ὄρος ὃ εὐδόκησε κατοικεῖν ἐν* αὐτῷ, ὁ φέρων τῇ χειρὶ τὰ τῆς γῆς πέρατα. Ἄγε δὴ καὶ νῦν σκίρτησον ἔμπροσθεν τῆς θείας κιβωτοῦ, σκίρτημα μώμων ἐλεύθερον. Μικρὸν μὲν οὖν ὕστερον εἰς τὰ Ἅγια εἰσιούσης προπομπεύσεις, τὴν τερπνὴν ἐκείνην τῶν νεανίδων συνιστῶν χορείαν· τέως δὲ νῦν τῷ καθ' αὐτὸν ἅλματι, τίμησον ὀφθεῖσαν αὐτήν. Οὐ γάρ ἐστιν ὁ ἐπὶ τοῦτο θρασυνθείη μωμήσασθαι· οὐδεὶς κατὰ τὸ Σαοὺλ θυγάτριον γλῶσσαν ἐπαφήσει γνώμῃ οὐκ ὀρθῇ κινουμένην· ἀλλ' ἡσθήσονται· τοῦτο μὲν τὴν μυστικὴν τοῦ Θεοῦ κιβωτὸν τιμωμένην ὁρῶντες· τοῦτο δὲ καὶ σοὶ διὰ τὴν πρὸς αὐτὴν οἰκειότητα συναγαλλόμενοι. Ἴδε σοι καὶ τὸ πέρας τῶν ὁμωμοσμένων παρέστηκεν· ἐκ καρποῦ γὰρ τῆς κοιλίας ὁ μέλλων εἰς τὸν αἰῶνα καθίσειν ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς βασιλείας, ἤδη τοῦ παρθενικοῦ θρόνου ἀνίσταται.

Ἀλλ', ὦ Παρθένε καὶ Μήτηρ, ἡ τὰ πολὺ διεστῶτα ταῦτα, ἡνωμένα ἐπὶ σοὶ δείξασα· ἡ παρ' ἐλπίδας μὲν τεχθεῖσα, ὑπὲρ λόγον δὲ τεκοῦσα, τὸν Υἱὸν καὶ Θεὸν ἱλεούμενη μὴ διαλίπῃς, ὑπὲρ ἧς ἔδωκεν ὁ Πατὴρ αὐτῷ κληρονομίας· ἧς καὶ ἡμῖν τὴν ποιμαντικὴν ἐπιστασίαν ἐπέτρεψεν· φυλάττεσθαι μὲν κρείττους ἐπιβουλῆς τῶν ἁρπάγων θηρίων, ὅσοι τε ἀφανῆ, καὶ ὅσοι ὁρώμενον φέρουσι κίνδυνον· ἄγειν δὲ καὶ ἐκτρέφειν νῦν μὲν ἐπὶ τὰς ζωηφόρους τῆς εὐσεβείας μονάς· ἐπειδὰν δ' ἐκεῖθεν μεταφοιτῆσαι δέοι, εἰς τὰς σωτηρίους ἐπαύλεις διαναπαῦσαι· οὗ φόβος οὐδείς, οὐδὲ τάραχος, οὐδ' ἐπιβουλῆς μέριμνα· πᾶσα δ' ἄνεσις καὶ ἀταραξία καὶ ἀγαλλίασις· ὅτι αὐτοῦ ἐσμεν λαός, καὶ αὐτῷ μόνῳ τὴν δόξαν καὶ τὴν προσκύνησιν φέρομεν· νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO II.

In sanctam prolem Dei Matrem semper virginem ex sterilibus lumbis in Sancta adductam atque oblatam.

ΛΟΓΟΣ Β'.

Εἰς τὴν ἐκ στειρωτικῶν λαγόνων προσαγομένην εἰς τὰ Ἅγια ἁγίαν γονὴν, τὴν ἀειπάρθενον τοῦ Θεοῦ Μητέρα.

(Combefis. l. c. p. 1619)

Quænam ista quæ exoritur velut lilium [16] inter medias humanæ confusionis in vitiositate spinas? Quæ novæ istæ ac insolitæ primitiæ? Non enim consuetæ, sed quæ præclaræ admodum, summeque novæ videantur, atque in novum maxime finem templo consecrentur. Quænam ista in Regis palatium cum gloria intrans? Quænam vera juvenculatum chorea, quarum honeste admodum circumstrepente choro, tanquam decoro amictu sponsa, læta

Τίς αὕτη ἡ ἀνατέλλουσα ὡς κρίνον ἐν μέσῳ τῶν ἀκανθῶν τῆς ἀνθρωπίνης ἐν κακίᾳ συγχύσεως; Τίς αὕτη ἡ ξενίζουσα ἀπαρχή; Οὐ γὰρ συνήθης, ἀλλὰ καλλίστων ἐοικυῖα καὶ καινοτάτων, ἐπὶ καινοτάτοις τῷ ἱερῷ ἀφορίζεται. Τίς ἡ μετὰ δόξης πρὸς τὸ τοῦ Βασιλέως ἀνάκτορον εἰσελαύνουσα; Τίς δ' ἡ τῶν νεανίδων χορεία, αἷς μάλα σεμνῶς περιηχουμένη, οἷα νύμφη εὐπρεπῶς ἐστολισμένη πρὸς τὸν νυμφῶνα ἐν φαιδρότητι παραγίνεται; Τίς αὕτη ἧς ἐν ταπεινώσει

[10] Psal. cxxxi, 8. [11] Psal. xliv, 14. [12] Psal. lxxvii, 17. [13] II Reg. vi, 16. [14] Psal. cxxxi, 11. [15] Psal. ii, 8. [16] Cant. ii, 2.

τ ; ἡμετέρας ἐσχατιᾶς ὡσφράνθη τὸ ἱμάτιον τῆς εὐ- A in thalamum venit? Quænam ista, cujus in humi-
ωδίας τῶν ἀρετῶν τῆς στολῆς, ὁ ἀπείρῳ ὕψει ὑπερ-
αναβηκώς; Τίς αὕτη ἡ ἀληθῶς τῶν τιμιωτάτων
ἀπαρχή; Ἄρτι γὰρ ἡ διὰ κατάραν ἀκανθοφόρος,
πρὸς τὸ εὔφορον μεταβαλοῦσα, καὶ καρπὸν ἐνεγ-
κοῦσα, οὐ κατὰ τὴν συνήθη πικρίαν, ἀλλὰ γλυκασμὸν
εὐλογίας ἐμφαίνοντα, ὡς ἔντιμον ἀπαρχὴν εὐχαρι-
στοῦσα τῷ καρποδότῃ φέρει. Αὕτη ἀληθῶς ἡ νυμ-
φικὴν καταπλουτοῦσα εὐπρέπειαν καὶ πρὸς Νύμφην
τοῦ Μονογενοῦς ἐξειλεγμένη. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τὸν
θεῖον νυμφῶνα μετὰ Θειότητος ἐνδημεῖ· ἡ δὲ καλὴ
τῶν νεανίδων χορεία· τοῦτο μὲν, προπομπεύει τι-
μῶσα· τοῦτο δὲ οἷα παρθένοι τῇ Παρθένῳ συν-
ᾄδουσαι.

humilitate infimæ nostræ abjectionis, suave fragrantis
virtutum stolæ indumentum odoratus est, qui
immensa celsitate universis eminet? Quænam hæ
vere pretiosissimarum rerum primitiæ? Jam enim
quæ propter diras spinarum ferax erat, in frugum
feracem conversa, fructum editum, non qui pro
more acerbum aliquid, sed qui benedictionis dul-
corem exhibeat, ut pretiosa primitiarum munera,
gratiarum actionis monumento, frugum datori
præsentat. Hæc vere Sponsa decore uberi prædita,
inque Unigeniti Sponsam electa. Idcirco etiam in
divino thalamo cum Deitate moratur: præclara
autem juvencularum chorea, qua pompa deducens
honorat; qua tanquam virgines, Virgini congaudent.

Τί δὲ ἡμεῖς; Ἆρ' οὖν μόναις παρήσομεν ταῖς κα- B Quid nos vero? Solasne ergo præclaras juven-
λαῖς νεάνισι τῆς οὕτω θείας κατατρυφᾶν ἡδονῆς;
οὐδὲ ἔξὸν ἡμῖν συμμετασχεῖν τῆς χορείας, οὐδὲ ἀπο-
λαύειν τῆς εὐφροσύνης; Ἢ συνεπιληψόμεθα καὶ
συνδιαπλέξομεν τὴν εὐφημίαν, καὶ τῆς ἱερᾶς πορείας
συμμετασχήσομεν, ἐκείνην τε οἷς λειτουργοῦμεν
τιμῶντες, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς χαριούμενοι; Μάλιστα μὲν
γὰρ ὅσιον τῇ Παρθένῳ τὰ εἰς τιμὴν συντελεῖν· εἰ δ'
ἄρα τι καὶ ἡμῖν μετέσται δόξης οἷς ἐκείνη δοξάζεται,
καὶ τοῦτο δὲ σκοποῦντας· συναπαρτίζειν τὴν χορείαν
καὶ τὸν ἔπαινον, εὔλογον. Πάντως δὲ οὐκ ἀκερδὴς
ἡμῖν ἔσται ἡ ἐπιχείρησις· ἀλλ' οἷς ταύτῃ δόξης εὐ-
πορήσει, καὶ πρὸς ἡμᾶς τὰ ἐκεῖθεν σεμνὰ διακομι-
σθήσεται. Οἷς αὕτη ὡς πολύτιμον δῶρον ἐκλέγεται,
τῆς ἐπ' αὐτῇ κερδανοῦμεν φιλοτιμίας. Ἀλλὰ ποῦ μοι C
ὧν τὸ πολύτιμον εὑρέθη δῶρον; Ποῦ δὲ, ὧν ἡ με-
γάλη αὕτη εὐκληρία; Καλῶς γὰρ ἔχει πρώτους ἐκεί-
νους περιτυχόντας, οὕτω τῇ θυγατρὶ συνευφραίνε-
σθαι. Ἅμα δὲ καὶ παρ' αὐτῶν εἰκὸς ἐκμαθεῖν τῆς
χαρμονῆς τὴν ὑπόθεσιν.

lis ut maximi pretii donum eligitur, ambitiosi in
eam cultus nostri lucra consequemur. Enimvero
ubinam quorum donum hoc pretiosissimum inven-
tum est? Ubinam vero quorum magna hæc excel-
lentia? Præclare namque habuerit, ut primum eos
allocuti, sic filiæ collætemur. Quin et ab eis operæ
pretium gaudii causam ediscamus

Φέρε δὴ, οἱ τὴν καλὴν ὠδῖνα ταύτην λυσάμενοι, οἵ
τινές ποτέ ἐστε, κοινωνοὺς ἡμᾶς τῆς εὐφροσύνης καὶ
τῆς ἐπὶ τῷ θυγατρίῳ χοροστασίας ἄγοιτε. Τί δέ; Τῶν
ὠδίνων εὐχαριστήσοντες ἅπιτε· ταῦτα δὴ τὰ συνήθη,
καὶ τὴν θυγατέρα ταῖς ἱεραῖς τελεταῖς οἷα δὴ σφρα-
γῖσιν ἐπισημαινούμενοι· ἧς τὴν βλάστην εὐχαῖς
ἐγεωργήσατε, ταύτης τὴν αὔξησιν καὶ τελείωσιν
ἐκείναις καταπιστεύοντες· ἢ δι' ὧν αὐτοὶ τὸ εἶναι D
πατέρες ἐκτήσασθε, τὸν δεδωκότα ὡς δυνατὸν ἀμυνό-
μενοι, τῷ ἐκείνου οἴκῳ τῶν παρ' ὑμῖν τιμίων εἰς
κτῆσιν[a] προσάγετε· ἢ μεγαλοψύχως τὸν εὐγενῆ τό-
κον ἀφιεροῦτε, ὅλον ὑμῶν τῷ καρποδότῃ χαριζόμενοι
τὸ γεώργιον. Τοῦτο δὲ ἆρα δίδωσι κατανοεῖν ἡ τῶν
παθόντων προαίρεσις. Ἔοικε δὲ οὖν μεγάλα τινὰ ἡ
προσένεξις πραγματεύεσθαι· καὶ τὴν περιεσομένην
ἐκ ταύτης φαιδρότητα τὰ νῦν μηνύει γινόμενα.
Ἀλλὰ γὰρ Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα, ποῦ τὴν θαυμαστὴν
εὐκληρίαν μέχρι τοῦ νῦν κατεκρύπτετε; Ποῦ τὴν
θείαν ὠδῖνα ἐπισχόντες ἐλανθάνετε; Πῶς δ' οὕτως
ἀνθρωπίνων ἐκ κόλπων ἡ ἀμύθητος φαιδρότης ἐξ-

Agite ergo, quicunque tandem hujusce præclaræ
prolis parentes estis, ejus nos lætitiæ ac choreæ, quæ
in filia agitur, socios adhibere. Quid vero? Pro
felici partu gratias habituri pergitis; quæ nimirum
mos habet præstituri, sacrisque initiationibus
tanquam signaculis filiam obsignaturi; ut cujus
germen precibus excoluistis, eam precibus augen-
dam ac consummandam credatis: aut quibus com-
parastis ut parentes essetis, iis pro virili beneficium
datori, pensantes, ejus domui pretiosa vestra, qui-
bus exsolvatur debitum, offertis: vel magnifico
pectore ingenuam consecratis prolem, totum quod
vestro agro succrevit frugum, frugum datori præ-
bentes. Hoc enimvero intelligendum suggerit, eo-
rum voluntas qui sic affecti fuerunt. Porro visa est
magna quædam negotiari ac præstare oblatio;
futuramque ex illa lætitiam, quæ nunc geruntur,
significant. Verum vos Joachim et Anna, ubi hac-
tenus mirabilem felicitatem abscondistis? Ubi
divinum continentes partum delituistis? Qua autem

VARIÆ LECTIONES.

[a] Leg. ἔκτισιν.

ratione ex tristi adeo sinu cogitatu major lætitia A eluxit ? Quomodo sic et vester sterilis ager, frugumque divitias omnes, dando fructum superavit ? Enimvero quid hæc curiosius inquiro, cum pariter gaudere atque lætari oporteat ?

Enimvero cujus gratia filiam supplicatione deducitis (3), hoc tantum honorantes oblationem ? An non liquido, quia, licet a vobis offerri videatur, velut tamen communis pro universis oblata propitiatio, communi etiam supplicatione offertur ? Quanquam profertur de vestro penu, ad Numen tamen omnibus placandum tribuitur. O doni vim ! O donum, quo Deus donari volens, iramque exstinguere, quam in nos ipsi accenderamus, de vestro sinu, velut thalamo quodam auro prædivite, produxit ; donum, quod fictor accipiens, figmenti donabit instaurationem ; donum, per quod consolationem, qua se nos consolatum sua ipse misericordia provocavit, in opus efferet. Sane quidem Deus, quem condidisset hominem, dæmoniaca malignitate male affici videns, quanquam consequens erat ut in malitia contereretur : quid enim aliud lucri reportare debebat, qui spreto præcepto Dominico, dæmonis consilio adhæsisset ? haud tamen in malis videre sustinuit, quem creat hominem ut fruatur bonis : quin Init consilium summe bonus ille, ipsum ulciscendi. Cæterum cum illud Domini tum sapientiæ, tum bonitatis esset, ut nedum gratis suo nos dignaretur auxilio, verum etiam ut quibus misericordiam præstaret, occasionem præberet, ut ne C mera gratia auxilium collatum videretur ; sed posset humanum genus ipsum a se etiam aliquid conferre ; cumque nihilominus deesset positis in terra, quo celsitate omni majorem acciperent : hoc ipsum tribuit ipse, ut non solum accensa in nos ira solveretur, cujus merito rei tenebamur, qua nullo egentem donare videremur, verum etiam ipse sese impensioris amoris exsuperantia donaret : simile quid præstans, qui eximio quodam amore in humanum genus habet, siquidem sic loqui liceat, ea comparanti, quæ majora sunt comparatione ; atque ii, qui et ipsi excellentia amoris, ut amicis deesse contingat quibus laute excipiant, a se ipsi in postcessum opportuna dependunt (4) ; ut et ipsi

ἐλαμψεν ; Πῶς οὕτω καὶ ἄκαρπος ἡ ὑμετέρα χώρα, καὶ τῷ δοῦναι καρπὸν, πάντα πλοῦτον καρποῦ ὑπερῆλασεν ; Ἀλλὰ τί ταῦτα, δέον συγχαίρειν καὶ συμφαιδρύνεσθαι, πολυπραγμονῶ ;

Πλὴν τί λιτανεύετε τὸ θυγάτριον, τοῦτο μόνον τιμῶντες τὴν προσενεξιν ; Ἢ δῆλον ἐκεῖνο · ὅτιπερ εἰ καὶ παρ' ὑμῶν δοκεῖ προσηνέχθαι, ἀλλ' οὖν κοινὸν ὑπὲρ πάντων ἐξίλασμα προσφερόμενον, κοινῇ καὶ τῇ λιτανείᾳ προσφέρεται. Εἰ καὶ ταμιείων ὑμετέρων προέρχεται, ἀλλ' οὖν ὑπὲρ τῆς πάντων εὐμενείας χαρίζεται. Ὦ δώρου ἰσχύος ! Ὦ δώρου, ᾧ δωροδοκηθῆναι Θεὸς βουληθεὶς, σβέσαι τε τὸν παροργισμὸν ὃν ἐξεκαύσαμεν καθ' ἡμῶν, οἷόν τινων πολυχρύσων θαλάμων τῶν ὑμετέρων κόλπων προήγαγεν · δῶρον ὃ B λαβὼν ὁ πλάστης, δωρήσεται τὴν ἀνάπλασιν · δῶρον δι' οὗ τὴν παράκλησιν ἣν ὑπὸ τῆς οἰκείας εὐσπλαγχνίας ἑαυτὸν παρεκάλεσεν, εἰς ἔργον ἐξοίσει. Πάλαι μὲν οὖν Θεὸς, ὃν ἐδημιούργησεν ἄνθρωπον ὁρῶν δαιμονίων σκαιότητι κακούμενον, εἰ καὶ ἀπόλουθον ἦν ἐν κακίᾳ κατατρίβεσθαι · τί γὰρ ἐχρῆν ἄλλο κερδάναι τὸν ἀλογίσαντα μὲν Δεσποτικῆς ἐντολῆς, δαιμονίων δὲ προσθέμενον συμβουλῇ ; ὅμως ὁρᾷν οὐκ ἔφερεν ἐν κακοῖς, ὃν ἐφ' ᾧ ἀγαθῶν ἀπολαύοι δημιουργεῖ · ἀλλὰ βουλὴν ἐπαμύνειν ποιεῖται ὁ ὑπεράγαθος. Ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο τῆς Δεσποτικῆς ἦν καὶ σοφίας καὶ ἀγαθότητος, μὴ μόνον προῖκα τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας ἐθέλειν ἀξιοῦν · ἀλλὰ καὶ τοῖς οἰκτειρομένοις ἀφορμὴν παρασχεῖν, τοῦ μὴ δοκεῖν ἐν χαρίτων εἶναι μοίρᾳ τὴν βοήθειαν, ἀλλ' ἔχειν τι καὶ παρ' αὐτῶν εἰς τοῦτο C συντελεῖν · ἠπόρουν δὲ ἄρα οἵκοθεν, ᾧ τὸν ὑπεράνω παντὸς ὑψώματος δεξιώσονται, δίδωσι καὶ τοῦτο αὐτός · ἵνα μὴ μόνον ἡ πρὸς ἡμᾶς ὀργὴ ᾖ δικαίως ἦμεν ὑπεύθυνοι λύοιτο ἐν τῷ ἀπροσδεῆ δωροδοκεῖσθαι δοκεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν δι' ὑπερβολὴν φίλτρου δωροδοκοίη · ὅμοιόν τι ποιῶν ὁ διαφερόντως τοῦ ἀνθρωπίνου γένους ἐραστὴς, εἰ δεῖ τοῦτο εἰπεῖν εἰκάζοντας τὰ ἀνόμοια, τοῖς δι' ὑπερβολὴν ἔρωτος ὁπόταν ἀπορεῖν ᾖ τοῖς φιλουμένοις πρὸς δεξίωσιν, οἰκοθεν τὰ ἐπιτήδεια προσκαταβάλλουσιν[b] · ἵνα αὐτοί τε δεξιῶσθαι δοκῶσαν, καὶ τοῖς ἐρωμένοις ὡς παρ' αὐτῶν τι διδοῦσι σεμνύνεσθαι περιῇ. Τοιοῦτό τι ὁ φιλάνθρωπος πραγματεύεται, καὶ δίδωσι τὸ μὲν φαινόμενον Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννῃ τὴν παῖδα, λαμβάνει δὲ ἡ τῶν ἀν-

VARIÆ LECTIONES.

[b] *Ισ.* προκαταβαλ.

NOTÆ.

(3) *Supplicatione deducitis...* λιτανεύετε. In sequentibus accipit eam vocem pro deprecatione quæ ipsi Mariæ fieret, aptans proposito illud psal. XLIV : *Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.* Hic autem nihil aliud innuit quam virginum illam, deducentium Virginem accensis facibus, sacram pompam, qua una honestarunt Mariæ parentes filiæ oblationem. Sic enim Jacobi liber, cui Græci omnes laudatores Mariæ in istis nituntur : Καὶ εἶπεν Ἰωακείμ· Καλέσατε τὰς θυγατέρας τῶν Ἑβραίων τὰς ἀμιάντους, καὶ λαβέτωσαν ἀνὰ λαμπάδα, καὶ ἔστωσαν καιόμεναι, ἵνα μὴ στραφῇ ἡ παῖς εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ αἰχμαλωτισθῇ ἡ καρδία αὐτῆς ἐκ ναοῦ Κυρίου. Καὶ ἐποίησαν οὕτως, ἕως ἂν ἀνέβη ἐν τῷ ναῷ Κυρίου. *Dixit autem Joachim : Convocate* D *filias Hebræorum, quæ sint incontaminatæ, sumantque singulas accensas faces, ac maneant accensæ, ut ne puella retro convertatur, ejusque animus a Domini templo captivus abducatur : sicque fecerunt, donec ascendisset in templum Domini.* Sic ergo velut commune anathema oblata est, non ut parentum singulariter munus ; quod auctor urget ac colligit.

(4) *In postcessum dependunt.* Προσκαταβάλλουσι. Publicani ac communium vectigalium redemptores duo tempora habebant constituta, quibus solverent : unum statim factis redempturis, quod προκαταβολὴ dicebatur ; alterum, cum pensionis mercedumque reliqua pars jam in debitum pendebatur, quod dicebatur προσκαταβολή. Velit ergo Leo sic

θρώπων φύσις, ἵν' ἔχοιμεν Θεῷ βουληθέντι λαβεῖν ἐξ A ἡμῶν, μὴ ἀπόρως πρὸς δωρεάν.

laute excipi videantur, habeantque, quos amore prosequuntur, quo glorientur, tanquam aliquid ex propriis dederint. Ejusmodi aliquid molitur benignus ille ac clemens, videturque puellam dare *Joachim* ac Annæ; at accipit genus ipsum humanum, ut non desit, quod Deo volenti a nobis accipere, demus munus.

Ἀλλ' ὦ τὴν πλουσίαν ταύτην δωρεὰν διαπορθμεύσαντες πρὸς ἡμᾶς, οἱ τῷ πρώτως καὶ λαβεῖν καὶ δοῦναι πάντων εὐπορώτεροι γεγενημένοι! Ὦ ταμιείων ὑβίων ἐξ ὧν προελήλυθεν! Ὦ μακαρίων ὠδίνων! Ὦ λοχείας ὀψιτόκου, πᾶσαν ἀποκρυψαμένης εὐπαιδίαν! Ὦ παιδὸς, ἣ τὴν μητέρα τῆς πολυχρονίου ὀφειλῆς ἀπολύσει, καὶ τοῦ γονέως τὴν γύμνωσιν περιστελεῖ, ἐν τῷ δανείζειν τῆς σαρκὸς τὸν χιτῶνα τῷ πλαστουργῷ· ἧς ἐν τῷ λαμβάνειν πῆξιν τῷ νέῳ Ἀδὰμ ὁ παλαιὸς, τὸ ἐκ τῆς πλευρᾶς ἀπολάβοι χρέος! B Ὦ κόρης, ἧς ὁ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν ὀφθήσεται ἐραστής! Ὦ δι' ἧς ὁμιλήσει Θεὸς φύσει τῇ χοϊκῇ! Ὦ δι' ἧς ἡμῖν περιποιηθήσεται τὸ ἀξίωμα, ὅπερ οὐκ ἐν καιρῷ λαμβάνειν βουληθέντες, τῶν προσόντων ἐζημιώθημεν! Ἀλλ' ἐπίωμεν τῷ παλαιῷ καὶ ἀψύχῳ ναῷ, τὸν νέον καὶ ἔμψυχον καθιερώσοντες τῷ ἱερῷ· κατοικίζοντες χωρίῳ τὸ χωρίον, ἐν ᾧ κατοικήσει πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος· τῷ ἁγίῳ σκηνώματι τὸ σκήνωμα τῆς δόξης συνάπτοντες· τὸν θρόνον τοῦ βασιλέως τοῖς ἀνακτόροις ἀποτιθέντες. Συναπίωμεν ταῖς παρθένοις, τὴν ἀειπάρθενον πρὸς τὴν παστάδα πεμπούσαις. Τῇ κοινῇ τοῦ γένους τιμῇ, κοινῇ συστήσωμεν τὴν τιμήν· τῇ κοινῇ τοῦ γένους ἀγαλλιάσει κοινῇ τὴν χορείαν κροτῶμεν· κοινῇ τῆς ἡμῶν σωτηρίας προσκιρτῶμεν τῆς κιβωτοῦ. C

At, o vos, qui munus hoc locupletissimum ad nos devexistis, qui et ea gratia, quam primi accepistis dedistisque, universis locupletiores facti estis! O beatum ærarium, ex quo illud prodiit! O beatum partum! O tardam fetus editionem, universam amplæ probæque sobolis gloriam obscurantem! O puellam, quæ matrem veteri illo debito absolvet, parentisque obteget nuditatem; qua fictori carnis tunicam commodatura est; ex qua dum novus Adam compactum accipiet corpus, antiquus ille costæ debitum recipiet. O puellam, cujus is, qui est supra cœlos, se amatorem ostendet! O per quam Deus, cum natura pulvere constante, consuetudinem habiturus est! O per quam nobis accessura est dignitas, quam cum importune captassemus, eorum quæ suppetebant, jacturam fecimus! Eamus vero, veteri ac inanimi templo, templum novum ac animatum dedicaturi; sacro loco, locum inducturi, in quo sit inhabitatura plenitudo tota divinitatis; sacro tabernaculo gloriæ tabernaculum adjuncturi: Regis solium in palatium illaturi. Una sociabus virginibus, perpetuam in thalamum deducentibus Virginem, abeamus. Communi generis honori, communi studio honorem adhibeamus; communi generis exsultationi, communi plausu choream celebremus; communi lætitia nostræ salutis arcæ præsultemus.

Ἄγε δή μοι, Δαβὶδ, τῶν σῶν σκιρτημάτων χρῆσον. Σὺ γὰρ ἂν ἄριστος εἴης χοραστάτης· μάλιστα μὲν τῷ ἐξ αἵματος εἶναι τὴν τιμωμένην· πάλαι δ' οὖν κἀν τῷ τύπῳ τὰ σκιρτήματα μελετήσας, καὶ προάσας τὸ ᾆσμα, ὃ εἰς τὰ παρόντα συνετίθετο. Νῦν γὰρ ἦν ἐξωπεῖ διανοίας ὄμματι θυγατέρα προέβλεπες, ᾗ καὶ πατρικὴν ἐδίδους εἰσήγησιν, οἴκου πατρῴου λήθην λαβεῖν, ἐκ τῆς σῆς ὀσφύος ἐφανερώθη ἡμῖν. Νῦν δὴ τὸν χρυσοῦν χιτῶνα στολισαμένη, εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ κάλλους τὸν βασιλέα καὶ Χριστὸν εἵλκυσεν. Διὰ τοῦτο οἷα Βασιλίδι νεάνιδες, πρὸ προσώπου αὐτῆς θεραπευτικῶς λιτανεύσουσιν. Δεῦρο δὴ ὅποι ποτ' ἂν ᾖς, πρὸς τὰ νῦν παραγενοῦ τελούμενα. Τῆς σῆς γὰρ εὐτάκτου χορείας ἡμῖν δεῖ, καὶ τοῦ σκιρτήματος· καὶ ἃ προλαβὼν ἐπῇδες, ταῦτα καὶ νῦν ᾄδων τὰ εἰκότα λειτούργησον. Ὁρᾷς γὰρ τὴν σὴν θυγατέρα λιτανευομένην ἐν πράγμασιν, ᾗ μόνος ἐν θεωρίᾳ ἐλιτάνευες. Ὁρᾷς τὴν ἐξ ὀσφύος σου κιβωτὸν τοῦ ἁγιάσματος, εἰς κοινὴν ἀνισταμένην τῶν πεπονηκότων ἀνάπαυσιν. Ὁρᾷς τὸ ἱερώτατον καθιερούμενον ἱλαστήριον. Λέγω μέν· μᾶλλον δὲ, λέγε αὐτός· παραχωροῦμεν, οὐχ D

Age vero nunc mihi, David, tuis utere saltibus. Ipse namque optimus choreæ præses eris, quod maxime quam honore prosequimur, ex tuo sata sit genere: ac cum olim jam vel in figura meditatus sis saltationem, ac canticum præcinueris, quod argumentum præsens respiciebat. Nunc enim quam acuto mentis oculo filiam prævidebas[17], ac quam paterne docebas, ut paternam oblivisceretur domum, ex tuis orta lumbis declarata est. Nunc stola aurea decore amicta, in sui cupiditatem decoris Regem ac Christum pertraxit. Idcirco adolescentulæ tanquam Reginam, ante ejus vultum devoto obsequio deprecabuntur. Veni itaque quocunque tandem exsistas loco, atque sacris, quæ peraguntur, præsentem te exhibe. Tua namque egemus composita chorea et saltatione: ac quæ occupato cecinisti, ea nunc accinens, congruum ministerium imple. Vides enim tuam filiam, ut reipsa eam deprecentur, quam solus mystico intellectu ac contemplatione deprecatus es. Vides ex tuis ortam lumbis arcam sanctificationis, in communem eorum

[17] Psal. XLIV, 11.

NOTÆ.

amicos divites, pauperibus amicis refundere, ut qua illi insumpsissent, iis tractandis. Verum melius quadrat, τὸ προκαταβολή. Non enim nos in Deum priores aliquid contulimus, sed ipse contulit quæ ipsi nos postea offeramus; nec amicus dives factas amici pauperis expensas exspectare debeat, sed occupare: eoque inclino ut sit προκαταβάλλουσι.

qui labore premuntur, exsurgentem requiem Vides sacratissimum dicari propitiatorium. Equidem dico ; potius autem dicas ipse. Cedimus, non exsortes simus : sed tanquam patri puellæ.

A ὡς βασιλεῖ · τούτου γὰρ μέτεστι καὶ ἡμῖν · ἀλλ' ὡς πατρὶ τῆς παιδός.

tanquam regi ; quippe cujus nec ipsi excellentiæ

Audi, filia, et inclina aurem tuam. Sola ab æterno electa es in sponsam Altissimi : sola ejus, qui universa implet, locus capax exsistis. *Audi, filia.* Paternam obliviscere domum et populum : fuisti namque in matrem ab eo assumpta, qui sedet super Cherubim. Vade in templum sanctum, quæ Dei templum exsistas. *Audi, filia, et obliviscere populum tuum ;* innumerabilis enim multitudo eorum, qui in cœlo, ac qui sunt in terra, Dominam te obtinebunt. *Multæ filiæ fecerunt virtutem* [18] ; multæ filiæ gloriam adeptæ sunt, multæ comparaverunt honestatem ; *verum emines universis, verum supergressa es* gloria ac majestate, verum honestate cunctis præcellis. Hasce, David, filiæ tuæ pangens laudes, mecum pariter canticum ede : ac festa luce simul fruere : quin præcipuæ tuæ sunt partes. Nam olim quidem, cum Deo templum erigere desiderasses [19], non fuit concessum ut animi votum in finem perduceres : nunc autem cœlis potius tibi templum excitatum est, quod nec victimas, nec nidorem necessaria habeat. Jam enim eorum imminet finis, cœlesti Pontifice, quod ex te assumpsit, templum sanctificante. Verum hæc suo recurrent loco ; nunc vero iis ministremus, quæ peraguntur, ac quæ deprecatio continua habet serie, connectamus.

Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου· Μόνη ἐξ αἰῶνος εἰς νύμφην ἐξελέχθης Ὑψίστου · μόνη τοῦ πληροῦντος τὰ πάντα χρηματίζεις χωρίον. Ἄκουσον, θύγατερ · οἴκου πατρῴου καὶ λαοῦ ἐπιλάθου · εἰς οἶκον γὰρ τῷ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ προσελήφθης καθημένῳ. Ἄπιθι εἰς ναὸν ἅγιον, ναὸς Θεοῦ χρηματίζουσα. Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου · πλήθους γὰρ ἀναριθμήτου τῶν ἐν οὐρανῷ καὶ γῇ, τὴν Δεσποτείαν ὀφθήσῃ λαχοῦσα. *Πολλαὶ θυγατέρες ἐποίησαν δύναμιν* · πολλαὶ δόξαν ἐκληρώσαντο · πολλαὶ σεμνότητα περιεποιήσαντο, *ἀλλ' ὑπέρκεισαι πασῶν, ἀλλ' ὑπεραίρεις* δόξῃ καὶ μεγαλειότητι, ἀλλὰ πασῶν ὑπερήκεις σεμνότητι. Ταῦτά μοι, Δαβίδ, τὴν σὴν ἐπαινῶν παῖδα, συνεργάζου τὸν ὕμνον, καὶ τῆς ἑορτῆς συναπόλαυε · μᾶλλον δὲ, σοὶ τοῦ πλείονος μέτεστι. Πάλαι μὲν γὰρ ἐπιθυμήσαντί σοι ναὸν ἐγεῖραι Θεῷ, οὐκ ἐγένετο πρὸς πέρας ἐξήκειν τὸ ἐπιθύμιον · νῦν δέ σοι τῶν οὐρανῶν ἀμείνων ἠγέρθη ναός · ναὸς οὐ θυμάτων, οὐδὲ κνίσης δεόμενος. Ἤδη γὰρ τούτων προκόπτει τὸ τέλος, τοῦ οὐρανίου Ἀρχιερέως τὸν ἐκ σοῦ ναὸν ἁγιάζοντος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ἴδιον καιρὸν ἀπαντήσεται · νῦν δὲ τοῖς τελουμένοις λειτουργῶμεν, καὶ τὰ συνεχῆ τῇ λιτανείᾳ προσάπτωμεν.

B

Non *afferentur virgines* [20], quæ accinant : hoc enim olim contuitus psalmo edito præcinuisti : sed ecce virgines circum choreas in exsultatione agentes, velut reginæ præeunt in Regis abeunti templum. Ecce te ut immaculatam victimam, ad divinum adducunt thalamum. Ecce te divinæ plantationis radicem, ex qua germinaturus sit ramus, sub cujus umbra requiescent fines terræ, in gloriæ prato conserunt. Ecce te generis gaudium choreis undequaque cingentes, in locum inducunt exsultationis. Et quidem hactenus tui sunt exordia gaudii : brevi post, absolutius gaudium tuus tibi perferet pronubus, quando tibi gratia plenæ gaudium veniet annuntiaturus ; quando læto faustoque nuntio tecum cum esse dicet, qui ubique adest : ille inquam, pronubus, qui abstruso illi ministrans mysterio, germen tibi absque semine nuntiabit ; qui Filii sine patre, universorumque parentis, partum occupato præconio significabit : Filii, inquam, qui nunc velut aromatum suaveolentiam concilians, postea tuis ex lumbis prodiens, unguenti fragrantiam in orbem universum diffundet : qui nunc sacrum florem in sua recipiens domo, posthac ab intacto tuo utero efflorebit.

C

Οὐκ *ἀπενεχθήσονται παρθένοι προσᾴδουσες* · τοῦτο γὰρ πάλαι προέψαλλες θεωρῶν · ἀλλ' ἰδού σε παρθένοι ἐν ἀγαλλιάσει περιχορεύουσαι οἷα βασιλίδος εἰς ναὸν Βασιλέως ἀπιούσης προάγουσιν. Ἰδού σε ὡς ἄσπιλον ἱερὸν, εἰς τὸν θεῖον προσφέρουσι θάλαμον. Ἰδού σε τὴν θεόφυτον ῥίζαν ἧς ἀναβλαστήσει κλάδος, οὗ ὑπὸ τὴν σκιὰν τὰ πέρατα ἀναπαύσεται, ἐν τῷ τῆς δόξης λειμῶνι καταφυτεύουσιν. Ἰδού σε τὴν χαρὰν τοῦ γένους περιχορεύουσαι, εἰς τὸν τῆς ἀγαλλιάσεως τόπον οἰκίζουσιν. Ταῦτα μὲν ἐπὶ τοῦ παρόντος τῆς σῆς προοίμια χαρᾶς · μικρὸν δὲ ὕστερον, τελεώτερά σοι τὰ χαρμόσυνα κομιεῖ, ὁ σὸς ἐξ οὐρανοῦ νυμφοστόλος · ἐπειδάν σοι τῇ κεχαριτωμένῃ τὴν χαρὰν ἥξει μηνύων · ἐπειδάν σοι μετὰ σοῦ εἶναι τὸν πανταχοῦ παρόντα εὐαγγελίσεται · νυμφοστόλος ἐκεῖνος, ὃς τῷ ἀποκρύφῳ διακονῶν μυστηρίῳ, τὴν ἄσπορόν σοι βλάστην ἀπαγγελεῖ · ὃς τοῦ ἀπάτορος Παιδὸς, καὶ γονέως τῶν ὅλων, τὸν τόκον προανακηρύξει · ὃς νῦν ὥσπερ ἀρωμάτων εὐοδμίαν οἰκειωσάμενος, μετέπειτα τῶν σῶν προϊὼν λαγόνων, εἰς τὴν οἰκουμένην τὴν μυρωδίαν διαχεεῖ · ὃς νῦν τὸ ἱερὸν ἄνθος εἰς τὸν ἑαυτοῦ ἀποδεχόμενος οἶκον, μετὰ ταῦτα τῆς σῆς ἀνεπάφου ἀνθήσει κοιλίας.

D

At, Virgo, nostræ gloriatio salutis, quæ et sacram sis sortita generationem, sacratiusque enutrita fueris ac instituta ; in qua spei nostræ fixas anchoras habemus, tum ego, tum quem pascendum con-

Ἀλλὰ, Παρθένε, τῆς ἡμῶν σωτηρίας τὸ καύχημα · ἡ λαχοῦσα μὲν τὴν γένεσιν ἱερὰν · ἱερωτέρας δὲ ἀναθρέψεως καὶ ἀγωγῆς · ἐφ' ᾗ τῶν ἡμετέρων ἐλπίδων τὰς ἀγκύρας ἀνέχομεν, ἐγώ τε καὶ ὁ ποιμαίνειν

[18] Prov. xxix, 20, sec. LXX. [19] II Reg. vii, 2. [20] Psal. xiv, 16.

ἔσωσας ποίμνιον, δίδου μὲν ἡμᾶς τῆς ἁμαρτίας τοῦ κλύδωνος περιεῖναι· δοίης δὲ καὶ τῆς τῶν ἐχθρῶν τρικυμίας, ὅση τε ἀλλοφύλων, καὶ ὅση τῶν ὁμογενῶν ἐπανίσταται· καὶ τὴν σὴν προστασίαν οἷα πηδάλιον ἡμῖν ἐπιδοῦσα, ἅπαντας καὶ κυβερνωμένους, καὶ τὸν ᾧ τὴν κυβέρνησιν ἐνεχείρισας, εἰς τὸν ἀκύμονα λιμένα τοῦ Υἱοῦ σου καθόρμισον· ἔνθα πᾶσα φαιδρότης, καὶ χαρμοσύνη, καὶ ἄνεσις· ἔνθα πάντων ἑορταζόντων ὁ ἦχος, καὶ πάντων εὐφραινομένων κατοικία· ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ σὺν τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A credidisti gregem, præsta nobis, ut peccati tumentes superemus fluctus; præsta vero, ut et hostium procellas eludamus, si quæ tum extraneis hostibus, tum domesticis excitantur; tuam protectionem gubernaculi instar prætendens, universos tum qui gubernantur, tum ipsum cui commisisti gubernandi partes, in tranquillum Filii tui portum subducas, ubi lætitia omnis, gaudiumque, ac remissio; ubi omnium epulantium sonus, omniumque lætantium habitatio: in Christo Jesu Domino nostro, cui cum Patre, unaque Spiritu sancto, gloria, potestas, honor, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ Γ.

Εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν, ὅτε χαρὰν εὐαγγελίσθη Παρθένος, καὶ ἡ ἀρὰ κατελύθη.

(Combefis. l. c. p. 1632.)

Ὁ τῶν παρθενικῶν λαγόνων ἀνατείλας Ἥλιος Χριστὸς ὁ Θεὸς, καὶ σήμερον τὸ ἡμέτερον τῆς καρδίας διαλάμψας χωρίον, οἷά τινα ἄνθη τοὺς λόγους δίδωσι φέρειν ὑμῖν [a]. Καί μοι, καθάπερ παλάμας, τὰς καρδίας, ἂν ἄρα τι χρήσιμον ὁρᾶτε ἀπανθιζόμενοι διαπλώσατε· Θεῷ τὴν χάριν ἀντιφέροντες, παρ' οὗ τὰ κάλλιστα κοινῇ τρυγῶμεν· τοῦτο μὲν ἑλομένοις τιμᾶν τὴν πανήγυριν· τοῦτο δ' ἀφοσιουμένοις τὸν πρὸς ὑμᾶς ἐγκάρδιον τῆς πνευματικῆς ἀγάπης ἔρωτα. Ἀλλὰ δεῦρό μοι, δημαγωγὲ τῶν ἄνω δήμων, τὰς οὐρανίους ἀφεὶς καταλιπὼν, τῇ Παρθένῳ λειτούργησον. Ἔξεστί σοι γὰρ καὶ νῦν οὐκ εἰς Ναζαρὲτ ἐπιστάντι Ἰουδαϊκῷ χωρίῳ, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς ἐν τῇ πόλει τοῦ Βασιλέως Κυρίου, τὸ θεῖον αὐτοῦ τῆς δόξης ἀνάκτορον καταστέψειν ταῖς εὐφημίαις. Πάρεστί σοι καὶ νῦν τῇ παστάδι τοῦ Μονογενοῦς προσφωνεῖν τὴν χαρὰν, ἣν, εἴπαι αὐτῇ εὐαγγελιζόμενος, μᾶλλον δὲ, δι' ἐκείνης ἅπάσῃ τῇ οἰκουμένῃ, ἔδόησας. Νῦν μάλιστα διαπρύσιον τῇ κεχαριτωμένῃ τὸ *Χαῖρε*, εἰπὲ, δι' ἧς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἃ πρὸ τῶν αἰώνων βεβούλευται, τὴν τῶν ἀνθρώπων καταλλαγὴν, ἐπιδημίᾳ τοῦ ἀγαπητοῦ Υἱοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἐξεπλήρωσε. Πάλαι γὰρ μὲν δι' ὑποψίας ὄντων τῇ Παρθένῳ τῶν εὐαγγελίων (παράδοξα γὰρ παρὰ πάντα λόγον ἐῴκει τῆς φύσεως) εἰκός σε μεθ' ὑποστολῆς τὸ *Χαῖρε* βοᾷν· νῦν δὲ, τὴν παρρησίαν οὐδὲν ὑποτέμνεται. Οὐκοῦν οὐ προσταράξεις, οὐδὲ θαμβήσεις τῇ λαλιᾷ τὴν Παρθένον, ἐπὶ τῶν πραγμάτων τὰ σὰ εὐαγγέλια καθορῶσαν. Πρόσελθε καὶ φθέγξαι, οὐχὶ τὰ παλαιὰ ἐκεῖνα· *Συλλήψῃ ἐν γαστρὶ, καὶ τέξῃ υἱόν*· ἐξέθη γάρ· ἀλλά τί; Συνέλαβες ἐν γαστρὶ τὸν ἐπειλημμένον ἁπάντων· ἐχώρησας, ὃν κῦτος οὐρανῶν οὐ χωρεῖ· ἐβάστασας, οὗ πάντα βαστάζεται τῷ νεύματι. Ἔτεκες ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ὃν πρὸ αἰώνων ἐγέννησεν ὁ Πατήρ.

B Qui ex virgineis Sol visceribus oriens, Christus Deus, hodieque nostri cordis regionem illustravit, quasi flores quosdam, orationem proferre tribuit; velimque ut vos pectora instar manuum ad decerpendum explicetis, si quid conducibile aspectui occurrat; Deo vicissim gratias agentes, a quo pulcherrima quæque communi usura decerpimus: tribuit, inquam, qua ut solemnitatem honore prosequamur, qua ut spiritalis dilectionis, nostri in vos, cordi hærentis amoris, debitum persolvamus. Verum adesto, supernorum populorum ductor ac princeps; relictisque cœlestibus axibus, Virgini ministerium impende. Nam et modo tibi licet, ut non in Nazareth, Judaicam delatus provinciam, sed ut profecto in Regis Domini civitatem, divinum ejus gloriæ templum faustis acclamationibus ac laudibus corones. Promptum est, ut nunc quoque Unigeniti thalamo acclames quod ei olim nuntiasti, vel potius per eam universo terrarum orbi inclamasti. Nunc maxime clara ac penetrabili voce, ei dicito *Ave*, quæ exsistit *gratia plena* [21-22], per quam Deus ac Pater, quæ sæculis anteriori consilio statuerat, hominum videlicet reconciliationem, adventu charissimi Filii sui, in Spiritu sancto adimplevit. Olim quidem cum faustus ejusmodi nuntius Virgini suspectus esset; novus quippe, ac contra naturæ totam rationem, videbatur; decebat, ut non sine formidine *Ave* illud inclamares: nunc autem nihil est quod libertatem impediat. Haud itaque denuo Virginem turbabis, nec in stuporem ex sermone conjicies, quippe cum cernat ea quæ nuntiasti, jam reipsa esse completa. Accede ac loquere, non illa vetera: *Concipies in utero, et paries filium* [23]: hæc enim jam evenerunt: quid ergo?

[21-22] Luc. I, 28. [23] ibid 31.

VARIÆ LECTIONES.

[a] *Isc.* ἡμῖν.

NOTÆ.

(5) Ediderat Gretserus septimam: malui ego editarum ab ipso primam novum edere, quem ordinem rerum ipsa series videtur exigere, excepta temporum ratione; significat enim Leo recens adeptum imperium ista orasse. Paucula sunt in quibus non placuit Gretseri versio, quanquam fuit vir doctus; quæ tu, lector, collata utriusque versione melius censueris.

Concepisti in utero, ac eum complexa es, qui complectitur omnia : capere licuit, quem cœli latitudo non capit : eum portasti, cujus omnia nutu portantur. Peperisti novissimis temporibus eum, quem ante sæcula Pater genuit. Adde, si libet, encomiasticam quoque illam mulieris vocem : *Beatus venter tuus* [24]. Vere enim beatus qui eum partu ediderit qui verbo edidit universa : qui cœlestem illum panem miscuit ; cujus opera, decretum exsilii adversus inobedientiæ reos conscriptum, abolitum est ; scitumque factum, quod ad primævam patriam revertendi facultas concederetur. Neque illud proferes, quodnam ejus sis vocatura nomen ; sed dices : Ecce reipsa, de quibus olim dubitabas, fausta nuntia, toto clare celebrantur orbe. Omnes enim fines terræ gloriantur tui Filii invocatione, in quo solo invenere salutem.

A Πρόσθες, εἰ βούλει, τὴν ἐπαινέτην τοῦ γυναίου φωνήν· *Μακαρία ἡ κοιλία σου.* Οὕτως γὰρ μακαρία ἡ τεκοῦσα τὸν ἀποτεκόντα τὰ πάντα τῷ λόγῳ· ἡ τὸν οὐράνιον ἄρτον φυράσασα· δι' ἧς ἡ ὑπερόριος ἀπήλειπται γραφὴ τοῖς ἐκ παρακοῆς καταδίκοις, καὶ πάλιν τῆς ἀρχαίας ἐπιβαίνειν πατρίδος ἐγράφη ψῆφος. Οὐδὲ τοῦτο ἐρεῖς, τὸ ποῖον ὅτι καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ἀλλ' εἴποις ἄν· Ἴδε σοι τὰ εὐαγγέλια οἷς πάλαι ἠμφισβήτεις, ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν μεγαλύνεται. Σωτῆρα γὰρ τὸν σὸν Υἱὸν πάντα καυχᾶται ἐπικεκλημένα τὰ πέρατα, ἐν αὐτῷ μόνον τὴν σωτηρίαν εὑράμενα.

Ergone thronum David proparentis tacitus præteribis, an vel in primis ejus facies mentionem ? Cernis, Virgo, quæ tibi olim nuntiabam ? Cernis, quanta gloria Filius tuus paternum solium teneat ? Non enim tantum unam nationem ditione regit, neque unam provinciam exiguis terminis circumscriptam ; sed pariter in omnia cœlestia, terrestria, et infera dominationem habet. Quid igitur ? An adhuc, o cœlestis præco, tuam nobiscum laudationem conjunges ? an ut non ignarus eorum, quibus præconia tua longe excellentius exornes, tam grandia, communione nostræ humilitatis, nequaquam deprimi patieris ? Plane enim alia proferes, quæque haud facile in intelligentiam nostram, terrena nimirum caligine circumfusam, cadant : at tu omnibus tenebris solutus, et a primo collustratus lumine, a cujus participatione nulla te materialis concretio arcet, hæc facile contueris. Verum, principem angelorum, eo quo voluerit modo, laudationem instituere sinamus. Nos vero quid ? Num hic gradum figemus, illique soli, ob præstantiam dignitatis qua nos præcellit, committemus, ut Reginam nostra ex stirpe ortam laudibus cohonestet ? An et nos, quantum assequi licebit, ora in laudes solvemus ? Equidem ita censeo. Quamvis enim ille laudis texendæ doctior artifex est, nihil tamen Regina minus libens ab iis accipiet, quorum cognatione gaudet. Norunt quæ dico, quotquot cognationis amorem illibatum integrumque custodiunt.

B Ἆρ' οὖν ἐάσῃς τὸν θρόνον Δαβὶδ τοῦ προπάτορος, ἢ πάντων μάλιστα τοῦτο ἐρεῖς ; Ὅρᾳς, Παρθένε, ἃ πάλαι ἐμήνυον ; Ὅρᾳς, μεθ' ὅσης δόξης ὁ σὸς Υἱὸς τῷ πατρικῷ θρόνῳ κάθηται ; Οὐκ ἔθνους ἑνὸς, οὐδὲ γῆς εὐπεριορίστου· ἀλλ' ὁμοῦ συμπάντων οὐρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων τὴν κυρείαν ἔχων. Τί οὖν ; Ἔτι σὺν ἡμῖν εἰσοίσεις τὴν εὐφημίαν, ὁ οὐράνιος πανηγυριστὴς, ἢ ἅτε εἰδὼς, οἷς πολλῷ ἄμεινον τὴν σὴν πανήγυριν σεμνύνεις, οὐκ ἀνέχῃ τὰ σὰ τῇ ἡμετέρᾳ ταπεινοῦσθαι κοινωνίᾳ ; Εἴποις γὰρ ἂν καὶ ἄλλ' ἄττα, ἃ μὲν πρὸς τὴν ἡμετέραν διάνοιαν, οἷα δὴ τῆς γεώδους ὁμίχλης ἐπιπροσθούσης, οὐ ῥᾴδιον φαίνεσθαι· σὺ δ' ἀπηλλαγμένος γνόφου παντός· μᾶλλον δ' ἀπὸ τοῦ πρώτου φωτὸς μηδεμιᾶς τὴν μέθεξιν διατειχιζούσης ὑλώδους συστάσεως ἐκλαμπόμενος, οὐ χαλεπῶς καθορᾷς. Ἀλλὰ τῷ μὲν ἀρχηγῷ τῶν ἀγγέλων, ὅπως ἂν βούλοιτο, καθ' αὐτὸν διαθέσθαι τὴν εὐφημίαν παρήσομεν. Ἡμεῖς δὲ τί ; Ἆρ' ἐνταῦθα καταλύσομεν ἐκείνῳ μόνῳ καταλιπόντες, δι' ἣν ἔχει πρὸς ἡμᾶς ὑπερβολὴν, τὴν ἐκ τοῦ γένους βασιλίδα γεραίρειν, ἢ καὶ ἡμεῖς ὅσον ἐφικτὸν οὐκ εἰς ἀφωνίαν περιστησόμεθα ; Ἔγωγε τοῦτό φημι. Εἰ γὰρ καὶ ἄμεινον αὐτὸς διασκευάζει τὴν εὐφημίαν, ἀλλ' ἥ γε Βασιλὶς τῶν συγγενῶν οὐκ ἀηδέστερον δέξαιτ' ἄν. Ἴσασιν ἃ λέγω, ὅσοι τὰ συγγενῆ φίλτρα καθαρὰ περισώζουσιν.

Ergo et nos virgineo thalamo hymenæum decantemus. Porro nihil prohibet ut ne hymenæi totius velut caput quoddam vocem angeli statuamus. Neque enim ob id nobis Gabriel litem intendet, siquidem ille a Reginæ eam acceperat Filio, qui ipse junctus nobis est cognatione : ac eo acceperat fine, ut nostris eam auribus succineret. Acclamemus igitur *Ave*, illi gratiose ; per te Dominus nobiscum. Paululum immutata voce clamemus *Ave ;* tu, inquam, quæ tanquam lilium [25] in medio confusissimi ac perturbatissimi humanæ naturæ passionum agri efflоruisti ; quamobrem rex a sua celsitudine, nihil ipse detrimenti passus descendens, cum terrigenis habitavit ; cum ex tua sibi

C Οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς τῷ νυμφῶνι κατὰ τὸν ὑμέναιον ᾄδωμεν. Οὐδὲν δὲ κωλύει οἷά τινα κορυφὴν τῶν ὑμεναίων θέσθαι τὴν τοῦ ἀγγέλου φωνήν. Οὐδὲ γὰρ περὶ ταύτης ἡμῖν Γαβριὴλ ἀμφισβητήσει, ὅτι καὶ παρὰ τοῦ Παιδὸς τῆς Βασιλίδος αὐτὴν ἐδέξατο· συγγενὴς δ' αὐτὸς ἡμῖν· καὶ ὥστε πρὸς ἡμᾶς ὑπηχῆσαι, ἐδέξατο. *Χαῖρε* τοιγαροῦν τῇ κεχαριτωμένῃ βοῶμεν· διὰ σοῦ ὁ Κύριος μεθ' ἡμῶν. Βραχὺ τὴν φωνὴν ὑπαλλάξαντες, *Χαῖρε* βοῶμεν, ἡ ὥσπερ κρίνον ἐν μέσῳ τοῦ πολυσυγχύτου τῶν παθῶν χωρίου τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀναβλαστήσασα, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ οἰκείου ὕψους ἀκενώτως ὁ βασιλεὺς κατελθὼν, μετὰ τῶν κάτω συνῴκησεν· ἐκ τῆς σῆς εὐωδίας τὸν οἶκον πηξάμενος ἑαυτῷ. *Χαῖρε*, τὸν οὐράνιον ἡμῖν ἀνα-

[24] Luc. II, 27. [25] Cant. II, 2.

κτύξασα μαργαρίτην, δι' οὗ τῆς προγονικῆς πτωχείας ἀπηλλάγημεν. *Χαῖρε*, δι' ἧς εἰς ἀμείνονος ἀνανέωσιν κόσμου τοῦ γένους κατακλυζομένου σπέρμα σωτηρίας ἐσῴθη. *Χαῖρε*, ῥάβδος, ἧς ἐπειλημμένος ὁ δεύτερος Μωσῆς, μᾶλλον δὲ τοῦ παλαιοῦ πρεσβύτερος καὶ δεσπότης, βυθίζει μὲν τοὺς διώκοντας, σώζει δὲ τοὺς τῷ πηλῷ καὶ πλίνθῳ τῆς ἁμαρτίας τετρυχωμένους. *Χαῖρε*, παράδεισε, οὗ τῷ καρπῷ τραφέντες, τὸν προσφυέντα ἡμῖν φθοροποιὸν ἰὸν ἀνεπτύσαμεν, πρὸς ἀνθηρὰν δὲ καὶ ἀγήρω ἰδέαν μετεποιήθημεν. Βουληθείης ἂν ἡμῖν ἐπιτρέπειν, ἄμωμε Νύμφη, τῶν σῶν μνήστρων, ἃ ὁ Πατὴρ διὰ τῶν ὑποφητῶν τοῦ Πνεύματος ἐχαρίσατο, εἰς ἐργασίαν τῆς εὐφημίας λαβόντας ἀποχρήσασθαι; Καὶ ἔστιν, καὶ ἐπιτρέπει. Χαῖρε, διὰ τοῦτο βοῶμεν, ὦ βάτε, δι' ἧς τὸ ὑπερουράνιον ἐδηλοῦτο μυστήριον, ὅτιπερ τὸ ἄοτεκτον τῆς θεότητος πῦρ τῆς ἀνθρωπίνης ὕλης ἐπειλημμένον, τοῦ μὲν φωτὸς ἐνήσει τὴν μετοχήν· οὐ καταφλέξει δὲ, οὐδ' ἀφανιεῖ περιδεδραγμένην τὴν φύσιν τῆς Θεότητος τῇ φλογί. Χαῖρε, λυχνία, ἐξ ἧς τὸ ἀπαύγασμα τοῦ Πατρὸς λάμψαν, ἀνιερούμενον τὸν κόσμον εἰς ναὸν τῷ Γεννήτορι, φέγγει τῆς ἑαυτοῦ κατελάμπρυνε ἐπιγνώσεως. Χαῖρε, ἀκρότομε, ἐξ ἧς ὁ χειμάρρους τῆς ζωῆς ἀναβλύσας, τοὺς ὅσον οὔπω δίψει σωτηρίας τεθνήξεσθαι μέλλοντας, οὐ μόνον τῇ ζωηφόρῳ πόσει ἀνεβιώσατο, ἀλλὰ καὶ πάντα ῥύπον ὃν ἐκ πορείας τῶν παθῶν προσετρίψαντο, ἔδωκεν ἀπολούσασθαι. Χαῖρε, νεφέλη, ἧς ἀνατείλας ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, τῆς ἀπιστίας τὸν ζόφον εἰς πάντα κεχυμένον τὰ πέρατα, ἐξηφάνισε, ζῶς ἀνασχὼν θεογνωσίας οἷς εἰς ἀντίληψιν θείου φωτὸς τὸ ὄμμα οὐκ ἀτονεῖ. Ἔτι μὲν οὖν σοι τῇ ὀσφῦι θαλαμευομένῃ ὁ σοὶ ἐβόα προπάτωρ· *Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου.* Ἤκουσας ὄντως, ἡ σοφὴ θυγάτηρ, τοῦ παρεγγέλματος, καὶ ἐπελάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ κλήρου, καὶ οἴκου πατρῴου· κλήρου ἐκείνου, ὃν ἡ προμήτωρ Εὔα, ὅλῳ τῷ γένει διένειμε, τὸν μυρίον τῶν παθῶν φόρτον κληροδοτήσασα. Οὐδὲν τούτων οὖ μὲν οὖν εἰς οἶκον ἠγάγου τὸν σόν. Διὰ τοῦτο ὁ Βασιλεὺς ἠγάσθη σε τῆς ψυχικῆς εὐπρεπείας, καὶ Νύμφην ἐξελέξατο.

suaveolentia domum construxisset. *Ave*, quæ cœlestem margaritam nobis reclusisti, qua sumus ab avita egestate liberati. *Ave*, per quam, ad melioris mundi reparationem, humano generi undis obruto, semen salutis conservatum fuit. *Ave*, virga, qua assumpta, secundus Moses, seu potius veteri illo senior, Dominusque, cum persecutores submergit, tum eos salvat, quos labor luti et laterum peccati attriverat. *Ave*, paradise, cujus alti fructu, adnatam lethalem rubiginem abjecimus, et ad floridam senitque expertem formam traducti sumus. Libetne permittas, o immaculata Sponsa, ut ad pertexenda tua præconia iis abutamur, quæ Pater, velut nuptiarum tuarum arrhabonem, per Spiritus sancti interpretes ac internuntios, donavit? Licet utique, permittitque. Salve, igitur clamemus, o rube[36], per quem cœlis altius declarabatur mysterium: ut nimirum importabilis ille Deitatis ignis, apprehensa humana materia, luminis quidem communionem esset immissurus, haud tamen combusturus, atque assumpturus naturam, quam corripuisset Deitatis flamma. Salve, candelabrum, ex quo Patris splendor elucescens, mundum Genitori in templum dedicans, eumdem suæ cognitionis lumine collustravit. Salve, durissima petra, ex qua vitæ torrens exortus[37], eos, qui jamjam siti rerum ad salutem pertinentium morituri erant, nedum vitali recreavit potu, sed et omnes sordes, quas a vitiorum via contraxissent, ablui concessit. Salve, nubes, ex qua justitiæ Sol exsistens, infidelitatis caliginem in omnes terræ fines diffusam, disjecit; sublato divinæ cognitionis lumine iis, quibus oculi ad divinum lumen hauriendum non cæcutiunt. Cum enim adhuc in lumbis paternis continereris, tuus tibi clamabat progenitor: *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam; et obliviscere populum tuum, et domum patris tui*[38]. Plane audivisti, sapiens filia, commonitionem, esque oblita populi tui, ac hæreditatis, domusque paternæ: hæreditatis, inquam, illius ac sortis, quam progenitrix Eva generi universo distribuit; innumerabili passionum ac affectionum cumulo velut hæreditario jure relicto. At nihil horum tuam in domum intulisti: propterea Rex, tuam animi pulchritudinem admiratus, te sibi in Sponsam delegit.

Διὰ τοῦτό σοι νῦν οἷα Βασιλίδι λειτουργοῦμεν, καὶ τῷ προσώπῳ σου λιτανεύομεν, τὴν σὴν δόξαν καταπλουτούμενοι. Ἰδού σε πᾶσαι γενεαὶ, κατὰ τὴν σὴν προαναφώνησιν, μακαρίζουσιν. Ἐποίησε γάρ σοι μεγαλεῖα ὁ δυνατὸς, ἐκ σοῦ ὡς ἐν παραπετάσματι τῇ σαρκὶ προελθών, καὶ καθελὼν δυνάστας, καὶ ἀνυψώσας τοὺς ταπεινούς. Ἐποίησέ σοι μεγαλεῖα, οὐκ ἐν γενεαῖς μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ἐν οὐρανοῖς τὴν σὴν δόξαν ἀναστηλώσας. Ἤδη γὰρ ἤδη καὶ δήμοις ἀγγέλων ἐπέραστόν ἐστι σοὶ προσάγειν τὴν αἴνεσιν· καὶ μακαρίζουσί σε ὡς Βασιλέως Μητέρα, τὸ σοὶ λειτουργεῖν ἀντὶ παντὸς τιθέμενοι, ὡς τῆς

Ea de causa nunc tibi tanquam Reginæ ministramus, tuoque vultui supplicamus, tuæ gloriæ divitias abunde consecuti. Ecce omnes generationes, ut prædixisti[39], te beatam prædicant. Fecit enim tibi magna qui potens est, ex te carne, quasi velo tectus prodiens, deponensque potentes, atque exaltans humiles. Fecit tibi magna, nedum in generationibus hominum, sed et in cœlis gloriæ tuæ titulum erigens. Jam enim, jam angelorum ipsis populis dulce est, ut tibi offerant laudem, atque ut Regis Matrem, beatam prædicant; nihilque potius habent quam ut tibi

[36] Exod. III, 2. [37] Exod. XVII, 5. [38] Psal. XLIV, 2. [39] Luc. II, 48 seqq.

inserviant, cui impensum obsequium ad filium transire compertum habeant. Benedicunt te solam benedictam, cujus dulci partu amarus inobedientiæ partus abolitus est, nempe maledictio. Benedicunt te, utpote hominum amantissimi, qui hominem videant, fraude a beatitudinis illa sublimitate dejectum, nedum ad eamdem revocatum, sed et divino solio donatum. Ut quid vero quis tuæ conetur gloriæ magnitudinem metiri? Facilius arbitror cœli sidera, quam eam oratione complecti. At, o virgo et mater, quæ sola cœlestibus his opibus affluis; quæ dicenda suggessisti, ea et diximus. Nihil enim meum; sed et lingua, et oratio, et regnum, ac si quid aliud est, id omne tuæ curæ ac benevolentiæ munus duco. Quare tua tibi vindicans, nunc quidem largire, ut gregem tuum ad salutis pascua dirigam: ne inscitia muneris regendi (vides enim quantulus ego sim) noxia aliqua fera in gregem insiliat, neque ulli ex meis, vel tuis potius gregalibus ullum animæ periculum accidat; sed nunc quidem, tum novum me pastorem, tum gregem, universis insidiis superiores gubernaveris, exque mundo hoc migrantes ad immortalitatis illas mansiones duxeris, ut et illic tuis fruamur præsidiis, gratia ac humanitate primogeniti Filii tui Domini nostri Jesu, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

σῆς θεραπείας διαβαινούσης πρὸς τὸν Υἱόν. Εὐλογοῦσί σε τὴν μόνην εὐλογημένην, ἧς τῷ γλυκεῖ τόκῳ ὁ πικρὸς τῆς παρακοῆς ἠφανίσθη τόκος, ἡ ἀρά. Εὐλογοῦσί σε οἷα δὴ φιλάνθρωποι, τὸν ἐξ ἀπάτης καταπεσόντα ἄνθρωπον τοῦ τῆς μακαριότητος ὕψους, οὐ μόνον πρὸς αὐτὴν ἀναβάντα πάλιν, ἀλλὰ τῷ θείῳ θρόνῳ καθήμενον καθορῶντες. Καὶ τί ἂν τις τὴν σὴν δόξαν ἐπιχειροίη, ὅση τις ἀναμετρεῖν; ῥᾷον γὰρ οἶμαι οὐρανοῦ ἄστρα, ἢ ταύτην λόγῳ διαλαβεῖν. Ἀλλ', ὦ παρθένε καὶ μῆτερ, ἡ μόνη τὰ ὑπερφυῆ ταῦτα πλουτήσασα, ἃ παρέσχες ὑπηχῆσαι, καὶ δὴ εἴρηται ἡμῖν. Οὐδὲν γὰρ ἐμόν· ἀλλὰ καὶ γλῶσσα, καὶ βασιλεία, καὶ πᾶν εἴ τι ἄλλο, τῆς σῆς ἐστι δῶρον κηδεμονίας. Διὸ δὴ προσοικειουμένη τὰ σά, νῦν μὲν δίδου τὸ σὸν ποίμνιον ἐπὶ νομὰς εὐθύνειν τῆς σωτηρίας, μηδ' ἀπειρίᾳ ποιμαντικῆς ἐπιστήμης· ὁρᾷς γὰρ ὅσος ἐγώ· ἐπιπηδῆσαί γένοιτό τινι λυμεῶνι θηρί· μηδέ τινι τῶν ἐμῶν, μᾶλλον δὲ, τῶν σῶν θρεμμάτων τῆς ψυχῆς ἀπαντῆσαι κίνδυνον· ἀλλὰ νῦν μὲν διεξάγοις ἐμέ τε τὸν νέον ποιμένα, καὶ τὸ ποίμνιον πάσης ἐπιβουλῆς ἀνωτέρους· ἄγοις δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐκεῖθεν τῆς ἀπαθείας μονὰς ἐντεῦθεν ἀποχωρήσαντας, ἵνα σου κἀκεῖ τῆς προστασίας ἀπολαύσωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ πρωτοτόκου Υἱοῦ σου τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO IV.

Quando intemerata invectus nube, senilibus manibus, gloriæ Sol in templum umbratile commigrans ingressus est (6).

(Combefis. *loc. cit.* p. 1639.)

Christi solemnem honoramus diem, qui universis bene honorari auctor fuit. Sacram Christi celebritatem agimus, per quem profanis celebritatibus exstinctis, exortæ sunt sacræ celebritates. Exorto lumine in spelunca, præsentemque hodie lucis radiis illustrante diem, collætemur. Rursus enim is cujus beneficio, qui in tribulationis tenebris sedebamus, exsultationis aspeximus lumen, lætæ festivitatis jucunditatem prætendit: non ita ut e spelunca effulgeat, sed ut tanquam nube, Virgine matre vehatur, ac paternam ingrediatur domum. Qui prius hominis matrem terram verbo edidisset, sibi ipse matrem condens, naturæ innovavit leges; qua nimirum ratione processit e vulva, nulla semente feta, quod abhorret a lege: nunc autem pro communis ratione legis eorum quorum ex semine carnem assumpsit, qui legem in monte Sina scripsisset, tanquam legis reus, legis constitutionem adimplet: ipse, inquam, gloria Israel, ac lumen gentium. Gentes universæ, laudate; ecce enim Deus puer factus est, ac sub lege vivit, ut tum iis qui sub

ΛΟΓΟΣ Δ'.

Ὅτε νεφέλης ἀχράντου ἐποχούμενος, πρεσβυτικαῖς χερσὶν, εἰς σκιώδη ναὸν μετοικισάμενος, ὁ τῆς δόξης εἰσελήλυθεν ἥλιος.

Χριστοῦ ἑορτὴν τιμῶμεν, τοῦ καλῶς ἅπασι τιμᾶσθαι διαιτήσαντος. Χριστοῦ ἱερὰν τελοῦμεν πανήγυριν, δι' οὗ ἀπεσβέσθησαν ἀνίεροι τελεταὶ, καὶ πανηγύρεις ἀνίσχον αἱ ἱεραί. Τοῦ ἐν σπηλαίῳ φωτὸς ἀνατείλαντος, καὶ νῦν τὴν παροῦσαν ἡμέραν καταπυρσεύσαντος, φαιδρυνώμεθα. Πάλιν γὰρ, ὁ δι' οὗ οἱ ἐν θλίψεως καθήμενοι σκότει, φῶς ἀγαλλιάσεως εἴδομεν, ἑορτῶν ἀνίσχει φαιδρότητα· οὐκ ἀπὸ σπηλαίου ἐκλάμπων, ἀλλ' οἷα νεφέλῃ, Παρθένῳ μητρὶ ἐποχούμενος· ἀλλὰ πρὸς οἶκον εἰσελαύνων πατρῷον. Πρότερον ὁ γῆν τὴν ἀνθρώπου μητέρα τῷ ῥήματι ἀποτετοκὼς, μητέρα ἑαυτῷ ποιησάμενος, νόμους ἐκαινοτόμει φύσεως, μήτρας ἀνθ' ὧν ἀσπόρου, τὸ τοῦ νόμου ἀλλότριον, προελήλυθε· νῦν δὲ κατὰ νόμον κοινὸν, ὧν ἐκ τοῦ σπέρματος σάρκα προσέλαβεν, ὁ τοῦτον ἐν Σιναίῳ γράψας, ὠφείλων αὐτῷ, τὴν ἐκείνου διάταξιν ἐκπληροῖ· ἡ δόξα τοῦ Ἰσραὴλ, τὸ φῶς τῶν ἐθνῶν. Πάντα τὰ ἔθνη, αἰνέσατε· ἰδοὺ γὰρ Θεὸς παιδίον ἐγένετο, καὶ πολιτεύεται ὑπὸ νόμον, ἵνα καὶ τοῖς ἐν νόμῳ βοηθήσῃ, τὸ ἐλλεῖπον ἐκείνῳ ἀναπληρῶν, καὶ τοῖς ἀνόμως ἔθνεσι πολιτευομένοις, τὸν πλοῦτον γνωρίσῃ τῆς οἰκείας χρηστότητος.

NOTÆ.

(6) Habemus ex regia gaza luculentissimam, partim festivam, partim polemicam, ac qua Filii ac Verbi divinitatem in humilitate, qua se legi subjecit, præcipue vindicet. Opus certo elegans, ac pium dignumque ut tandem aliquando juris publici fiat.

lege, auxilietur, adimplens legis defectum, tum gentibus sine lege viventibus, bonitatis suæ divitias ostendat.

Ἐπειδὴ γὰρ ὁ δακτύλῳ Θεοῦ γραφεὶς νόμος, οὐχ A εἷός τε ἦν διασοβηθέντα τὸν λογισμὸν, ἐκ τοῦ πρώτως σκαιᾷ εἰσηγήσει παρατρέψαντος αὐτὸν, ἐπὶ τὸ σῶφρον ἀνενεγκεῖν, οὐδ' ὥσπερ ὄργανον τῆς οἰκείας ἐξιστηκὸς ἁρμονίας πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φθόγγον ἁρμόσαι· οὐδ' εὖ τίθεσθαι τὰ οἰκεῖα διδάξαι· ἀλλὰ χειρόνων ὑποθήκαις τὰ προλαβόντα ηὐξάνετο, οὐκ ἀρκουμένων ἡμῶν τῷ τολμήματι τῆς παρακοῆς, ἀλλ' ὁμοῦ τῇ ἐντολῇ καὶ τὸν Δεσπότην διωσαμένων· καὶ καθάπερ πώλου τὸν χαλινὸν ἐκδακόντος, καὶ κατακρημνῶν ἀπωλείας ὅλου ῥυέντος τοῦ νοῦ· ἐπεὶ οὖν ὁ θείᾳ χειρὶ γραφεὶς νόμος οὕτως ὠρμηκότα οὐκ εἶχεν ἀναχαιτίζειν, αὐτὸς ὁ ὑπερούσιος Λόγος, ἡ πάντων ὑποστάτις σοφία, ἐν τῷ πάχει τοῦ πλάσματος, τῷ πλάσματι ὁμιλεῖ· καὶ χρηματίζει νόμος αὐτὸς καὶ παραίνεσις, ἐξ' ἑαυτοῦ τοὺς ἀτάκτους ἐπανορθούμενος· καὶ ὁρᾶται ἀλλοιωτῷ ἐν εἴδει ὁ ἀναλλοίωτος τοῦ Πατρὸς χαρακτὴρ· καὶ μεσιτεύει τῷ Πατρὶ καὶ ἡμῖν, λυθέντος ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τῆς ἔχθρας τοῦ ἀντιφράγματος.

Quia enim Dei digito scripta lex haud satis erat, ut perturbatam rationem ejus malo conatu, qui sinistra primum pervertisset suasione, ad sobrietatem reduceret, utve tanquam organum consonantia amissa ad proprios iterum componeret modos, ac sua probe moderari doceret: quinimo, cum pejorum accessionibus priora increscerent, nec sufficeret inobedientiæ præsumptio; sed abunde una cum mandato, Dominum ipsum repulissemus: mensque pulli instar adeso freno præceps tota in interitum proruisset: quia, inquam, divina manu scripta lex sic præcipitem factum animum minime poterat revocare, ac secus inflectere, Verbum ipsum supersubstantiale, universarum productrix sapientia, in figmenti crasso corpore, figmento consuescit; fitque lex ipsa ac admonitio, ipsum per se incompositos B emendans; atque in mutabili cernitur specie, qui Patris exsistat immutabilis figura; ipsumque inter ac hominum genus sequestrum agit, solvens in carne sua adversam inimicitiarum maceriem.

Μὴ φρενοβλαβείτω Ἰουδαῖος, μηδὲ παραπλησίως τοῖς νυκτονόμοις, τὴν ἡμέραν ἀποστρεφέσθω· ἀλλ' ὀφθαλμοῖς φθόνῳ μὴ διαλελυμασμένοις, τὸ λαμπρὸν τῆς θείας ἀνανθρωπήσεως, ἐκ τῶν παρ' αὐτῷ κειμένων ὁράτω. Μηδὲν τὴν ἀλήθειαν Ἕλλην διαγελάτω, ὁ τὰ οἰκεῖα αἴσχη θεοποιῶν, καὶ δήμους θεῶν ἐκ παθῶν ἑαυτῷ συνιστῶν. Ἡμῖν γὰρ εἷς Θεός· Πατὴρ, Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον· οὐχ ἑνὶ προσώπῳ τῶν ὀνομάτων κειμένων· ἀλλὰ τρισὶν ἑνουμένοις ταυτότητι φύσεως. Οἰμωζέτω γὰρ ὁ τῆς παρανοίας ταύτης πατὴρ, καὶ τὸ ἐν ἀμοιβαῖς ταῖς κλήσεσι πρόσωπον· μηδ' αὐτὸ τοῦτο συνιεὶς ὁ ἐμβρόντητος, ὅτι τῇ μιᾷ ὑποστάσει φιλοτιμούμενος τὰ ὀνόματα, οὐκ εἴασε λέγεσθαι ὃ ἐκάλεσεν· οὐδ' ὃ προσαγορεύει κεῖσθαι δίδωσιν, εἴπερ ἀληθῶς κεῖται τὰ μὴ διαδοχὴν προσιέμενα. Πῶς οὖν τὸ ἓν αὐτοῦ πρόσωπον ὀνομάσει Πατέρα, τῇ Υἱοῦ προσηγορίᾳ ἐκείνης ἐξιστάμενον; ἵνα νῦν ἐάσω, πῶς ὅλως ῥηθείη Πατὴρ, ἢ πῶς Υἱὸς καλέσοιτο, εἰς τὴν τοῦ Πνεύματος μεθεστώς. Εἷς οὖν Θεὸς ἡμῶν ἐν τρισὶ προσώποις· οὔτε διὰ τὸ τρισσὸν τμήμασιν ἑτεροφυέσι μεριζομένης τῆς ἑνιαίας Θεότητος, οὔτε τῶν προσώπων διὰ τὸ ἑνιαῖον συγχεομένων τῆς φύσεως· ἀλλ' ἀεὶ τῶν τριῶν ὄντων, καὶ οὔτε τοῦ Υἱοῦ ἐξ οὐκ ὄντος, οὔτε τοῦ Πνεύματος· ἵνα μὴ ἐλλιπὲς ὂν τὸ Θεῖον, ὕστερον ὀφθῇ τὴν ἔνδειαν ἀποθέμενον· ἀλλ' ὁμοῦ τῷ αἰτίῳ Πατρὶ, καὶ τῶν ἐξ ἐκείνου συνόντων· D Πατρὸς μὲν καὶ Πνεύματος ἐν τῇ ἑαυτῶν διαμεμενηκότων ἁπλότητι. Υἱοῦ δὲ, τῇ ἐξ ἡμῶν συντεθειμένου προσλήψει.

Ne Judæus insaniat, autve haud secus ac ulula, seu ejusmodi aliud noctivagum animal, diem aversetur; quin potius nullo oculis livore oblæsis, divinæ incarnationis splendorem ex iis conspiciat, quæ sunt apud ipsum. Nihil gentilis veritatem deridеat, qui sua ipse probra deitate donet deorumque populos ex passionibus vitiisque sibi constituat. Nobis enim unus Deus est; Pater, Filius, et Spiritus sanctus; non ita, ut uni personæ attributa sint nomina, sed ut tribus ejusdem conjunctis communione naturæ. Lugeat enim ejusce C dementiæ pater, quique unam personam appellationibus commutat; nec hoc ipsum emotæ mentis homo intelligit, quod uni hypostasi ambitiose nomina tribuat, ne hoc quidem dici sinere, quod appellavit: nec vero quod appellat, firmum ac ratum esse concedit: quando illa vere firma rataque sunt quæ successionem haudquaquam admittunt. Qua ergo ratione suam illam unam personam Patrem appellabit, cum illam notionem Filii appellatione amittat? Ut nunc omittam, qua prorsus ratione Pater dicatur, aut qua appelletur Filius, qui in Spiritus commigraverit appellationem? Unus ergo est Deus noster in tribus personis; nec trium ratione, diversi generis sectionibus singulari deitate divisa, sed ita ut tres semper exsistant, ac nec Filius ex nihilo sit, nec Spiritus sanctus: ut ne Deitas cum prius deficiens esset postmodum videatur, defectum abjecisse: sed una cum causa, Patre scilicet, simul exsistant qui sunt ex illo, ut nihilominus tum Pater, tum Spiritus suam retinuerint simplicitatem; Filius vero, carnis nostræ assumptione factus sit compositus.

Ἔδει γὰρ Θεοῦ βουληθέντος διὰ σπλάγχνα ἐλέους ἐν ἰματέρᾳ μορφῇ τὴν λογικὴν ἡμῶν εὐγένειαν διαρρυεῖσαν πρὸς ἑαυτὸν ἀνασῶσαι, Υἱὸν εἶναι τὸν τοῦτο πραγματευσόμενον· οὐ μόνον ὅτι ὅπερ ἦν ἀϊδίως,

Par enim erat, ut cum Deus per misericordiæ viscera rationalem nostram ingenuitatem, quæ in natura nostra diffluxisset, ad se ipse reparare statuisset, id negotii per Filium gereretur: nedum

ea ratione, quia quod æterna esset generatione, A postmodum audiens, a suis ipse haudquaquam excessurus erat, verum etiam, quia rationis erat ut a nobis sua nobiscum consuetudine, irrationales affectus moresque auferret. Idcirco Conditor ipse sæculorum principium sæculo recentius sumit; partu nullis infecto sordibus, meum honorat partum; ac, quod præsentis diei solemniis agitur, carne in templo offertur, Deo me, a profana immundaque in impietate conversatione, vindicans sacransque. Id hodie agit provide, qui nostri causa factus est infans. Hoc festivitatis hodiernæ argumentum est: nempe infantis in templo oblatio, cui igneis ab oribus offertur laudatio. Quis non horreat? Quis non stupeat? Quis non in gratiarum solvatur actiones? Qui ut Deus universa perficit, mortalium formatione in imperfecta cernitur ætate. Qui considet Patri, manibus gestatur maternis. Cujus verbo vocatum lumen prodiit, in vitæ nostræ B nebula procedit. Cæci gentium oculi in atra mortis nocte sedentium, illuminamini, qui lucidam vitæ diem conspiciatis. Excisæ namque sunt ignorantiæ tenebræ, quibus a Deo discreti tenebamur, ipso se inflectente summo misericordiarum Patre atque his, qui interibant in tenebris, verum inferente lumen. Soluta mœstitia est, Deitatis splendore nobis affulgente. Videant salutare, qui propter peccati obscuritatem caligant. Ecce enim puella castis manibus invectum gestans, in umbratile intrat templum, quo sacerdotum illud manibus offerat. O inclinationis summæque illius demissionis altitudinem! Qui Aaronem delegerat in ministerium, priorique Moysi fuerat collocutus; quem etiam hodiernæ diei docet mysteria, qua posteriora ostendit C (Deus namque suam posteris temporibus cum hominibus futuram consuetudinem ænigmate designans, Moysi, famulo suo posteriora videre concedit [30]): tanquam sacerdotali indigens benedictione, sacerdoti offertur; nimirum, eo modo volens reparare, quod in legem offendens, crimen commisissem.

Quænam tanta hæc benignitas, ineffabilisque misericordia? Ex servili ego conditione, dominorum propriis honestatus privilegiis, ac tanquam dominus, meique juris vivens, meæ custodem gloriæ legem repuli: Dominus autem, sempiternæ jure hæreditatis dominium possidens, vitæ cum servis societatem minime renuit; atque adeo legi servis latæ morem gerit. Quorsum id vero? Nimirum, ut mihi præbeat quo excusem ordinis desertionem, meæque inobedientiæ crimen diluat: ac si pater D amoris visceribus plenus pœnæ obnoxium nepotem videat, tumque mali causam in filium longe solertiorem, ipsius diluendum opere, conferat. Quodnam horrendum hoc opus, universisque excellentius, si qua Deus operatus est!

Sane quidem magnum quid extentum cœlum, terraque super nihilum fundata, nec non lumen verbo obaudiens, ut mundo toto late effulgeat;

τοῦτο καὶ ὕστερον χρηματίζων, οὐκ ἔμελλε τῶν ἰδίων ἐκστήσεσθαι, ἀλλ' ὅτι καὶ Λόγου ἦν ἐξ ἡμῶν ἀπεσκευάσθαι τὴν ἀλογίαν οἰκείᾳ προσομιλήσει. Διὰ τοῦτο ὁ τοὺς αἰῶνας δημιουργήσας, ἀρχὴν μεταγενεστέραν αἰῶνος λαμβάνει· ἀρρυπάντῳ ἀποτέξει τὰς ἐμὰς ὠδῖνας τιμᾷ· καὶ, τὸ νῦν τελούμενον, σαρκὶ προφέρεται ἱερῷ, ἐμὲ ἱεροποιῶν', τῆς ἀνιέρου καὶ ἀκαθάρτου ἐν ἀθεΐᾳ διαγωγῆς! Τοῦτο σήμερον τῷ δι' ἡμᾶς οἰκονομεῖται νηπίῳ. Τοῦτο ἑορτάζομεν· προσένεξιν εἰς ναὸν βρέφους, ᾧ πυρίνων στομάτων προσάγεται αἴνεσις. Τίς οὐ φρίττει; Τίς οὐκ ἐκπλήττεται; Τίς οὐκ εὐχαριστεῖ; Ὁ τὰ σύμπαντα τελειῶν ὡς Θεὸς, ἐν ἀτελοῦς ἡλικίας ὁρᾶται γηγενῶν διαπλάσει. Ὁ συγκάθεδρος τῷ Πατρὶ, χερσὶ βαστάζεται μητρικαῖς. Οὗ ῥήματι καλούμενον προῆλθε τὸ φῶς, ἐν τῇ ὁμίχλῃ τοῦ ἡμετέρου βίου προέρχεται. Ὀφθαλμοὶ ἀλαμπεῖς τῶν ἐν τῇ μελαίνῃ τοῦ θανάτου νυκτὶ καθημένων ἐθνῶν, φωτίσθητε, τὴν φωτεινὴν τῆς ζωῆς ἡμέραν θεώμενοι. Ἐτμήθη γὰρ τῆς ἀγνοίας τὸ σκότος, ᾧ Θεοῦ διιστάμενοι κατειχόμεθα· δυσωπήσαντος ἑαυτὸν τοῦ μεγάλου τῶν οἰκτιρμῶν Πατρὸς, καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ ἀπολλυμένοις, τὸ ἀληθινὸν φῶς ἐπιφάναντος. Ἐλύθη τὸ σκυθρωπὸν, τοῦ ἀπαυγάσματος ἡμῖν τῆς Θεότητος ἐπιλάμψαντος. Ἰδέτωσαν τὸ σωτήριον, οἱ διὰ τὴν ἀμαυρὰν μύοντες ἁμαρτίαν. Ἰδοὺ γὰρ κόρη παλάμαις ἀγναῖς ἐποχούμενον χέρουσα, εἰς σκιώδη ναὸν εἰσελαύνει, χερσὶν ἱερέως τοῦτο προσάγουσα. Ὦ βάθος συγκαταβάσεως! Ὁ πρὸς λειτουργίαν τὸν Ἀαρὼν ἐκλεξάμενος, καὶ πρὸ τούτου προσομιλῶν τῷ Μωσεῖ· ᾧ καὶ τὰ νῦν μυστήρια ἐν τῇ τῶν ὀπισθίων μυεῖ παραδείξει· τὴν γὰρ ἐν ὀπίσω καιροῦ ὁμιλίαν αὐτοῦ ἀνθρώποις αἰνιγματίζων Θεὸς, τῷ θεράποντι τὰ ὀπίσθια δείκνυσιν· ὡς ἱερατικῆς χρῄζων εὐλογίας προσφέρεται ἱερεῖ. Οὕτως ἐμοὶ εὐδοκήσας ἐπηνωρθωκέναι τὸ πταῖσμα, ὃ νόμῳ προσκρούσας διεπραξάμην.

Τίς ἡ φιλανθρωπία, καὶ ὁ οἶκτος ὁ ἄφατος; Ἐκ δούλων ἐγὼ δεσποτικοῖς τιμηθεὶς προνομίοις, καὶ οἷα δεσπότης διαιτώμενος, τὸν φύλακα τῆς ἐμῆς δόξης διωσάμην νόμον. Δεσπότης δὲ ἀΐδιον κλῆρον ἔχων τὴν δεσποτείαν, οὐ παραιτεῖται τὴν μετὰ δούλων συνδιαίτησιν, καὶ τῷ κειμένῳ δούλοις διὰ ταῦτα πειθαρχεῖ νόμῳ. Ἵνα τί γένηται; Ἵν' ἐμοὶ τῆς ἀταξίας ἀπολογίαν παραστήσηται, καὶ τοῦ τῆς ἀνηκοΐας ἀπαλύσῃ ἐγκλήματος, ὥσπερ ὑπόπλεως φιλτρόου πατὴρ ἔκγονον ἐπιτιμίοις ὁρῶν ὑποκείμενον· εἶτα τὸ αἴτιον τῆς κακώσεως τῷ παιδὶ κατὰ πολὺ δεξιωτέρῳ, αὐτοῦ διαλύσαι τῷ ἔργῳ. Τί τὸ φρικτὸν τοῦτο ἔργον, καὶ πάντα ὑπεραῖρον ὅσα Θεὸς εἰργάσατο!

Μέγα μὲν οὖν οὐρανὸς ἐκτεινόμενος· καὶ γῆ ἐπ' οὐδενὸς ὑποστηριζομένη· καὶ φῶς ὑπακούων τῷ ῥήματι, πρὸς ὅλου κόσμου ἀγλαΐαν· καὶ πρὸ τούτου

[30] Exod. xxxiii, 3.

ἄϋλοι δῆμοι περιιόντες εἰς λειτουργίαν· ἀλλὰ Θεὸς ἐν μήτρᾳ χωρούμενος καὶ πλαττόμενος, μεῖζον ἔργον καὶ θαυμαστότερον· τοῦτο θειότερόν τε καὶ ὑψηλότερον, Θεὸς δι' ἡμᾶς θηλάζων καὶ χερσὶ βασταζόμενος. Εἰ καὶ τοῖς λαλοῦσιν ἀδικίαν εἰς ὕψος, ἀφορμὴ τῆς τοῦ Μονογενοῦς ἀθετήσεως γίνεται· ὥσπερ δέον ἐκ τῶν ἀμεινόνων ἔργων, ἐξευτελίζειν τὸν ἐπιστήμονα· ἢ ἀφ' ὧν τινι τὸ μαρτύριον τῆς ὑπεροχῆς τῆς δυνάμεως, ἐκεῖθεν αὐτῷ πειρᾶσθαι τὸ κράτιστον καθαιρεῖν. Τί λέγεις; ἐπειδή σοι κατορωρυγμένῳ ἐν σκότει ἐπεφάνη τὸ φῶς, ἀτιμάζεις τὸ φῶς; Καὶ ὅτι ὁ Βασιλεὺς οἰκτον λαβὼν τῆς σῆς ταλαιπωρίας πρὸς σὲ παραγίνεται, καὶ οὐχ ἑτέρῳ ἐπιτρέπει, ἀλλ' αὐτός σοι διακονεῖ τὴν χρηστότητα, ἐκ τῆς ὑπερβολῆς τῆς εὐεργεσίας, πρὸς καταφρόνησιν ἔρχῃ τῆς δόξης τοῦ εὐεργέτου; καὶ διὰ τὴν πρὸς σὲ ταπείνωσιν οἴει τὸ ἐκείνου ὕψος ταπεινοῦν; Καίτοι διὰ τοῦτο ἐχρῆν τὸ μεγαλεῖον τιμᾷν· σὺ δὲ, ἐπειδὴ βρέφος καὶ σπάργανα καὶ χεῖρας περιεπούσας, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα διὰ τὴν σὴν οἰκονομεῖται σωτηρίαν, ἀκούεις, τὴν προαιώνιον δόξαν ἀποστερεῖς τὸν Λόγον· ὥσπερ ἂν εἰ καὶ τὸν βασιλέα, διότι αὐτός σοι παραγεγονὼς ἦρε τοὺς τῆς κακώσεως πόνους, ἠξίους ἀποστερεῖν τοῦ διαδήματος; ὅτι διὰ σὲ κτίζεται μητρὸς χρηματίζων υἱὸς, διὰ τοῦτο τῆς πατρικῆς διαιρεῖς συναφείας, καὶ μετὰ τῶν κτισμάτων συναριθμεῖς, καὶ μηδὲ τῆς κάτω γεννήσεως τοῖς πολυπραγμονοῦσιν οὔσης ληπτῆς; ἥκλωται γὰρ καὶ ταύτης ἀδιέκβατος γνόφος ἀποκρυβῆς· σὺ δὲ, κόραις, ὃ δὴ λέγεται, ἀτενέσιν ἐξ ἀναιδείας τὰ ἐπέκεινα τῶν αἰώνων καταλαμβάνεις, καὶ διατάττεις ὡς ἡ σοῦ θεωρία βούλεται τῷ Υἱῷ; Ὡς τυφλόν σου τὸ ὀξυωπὲς, καὶ ἠλίθιον τὸ σοφόν! Ἀλλὰ τῶν φρενοβλαβῶν τῆς παραπληξίας ἀφέμενοι, τῶν παρόντων ἐχώμεθα, καὶ τὰ τῆς ἡμέρας θειάζωμεν, ἱεροῖς ὀφθαλμοῖς πρὸς ναὸν εἰσιοῦσαν θεώμενοι τὴν τοῦ κόσμου παράκλησιν.

Ἤδη μὲν οὖν πρόσθεν ἐν σπηλαίῳ διαιτωμένῳ τῷ Βασιλεῖ, ἡ ἐκ τῶν ἄνω βασιλείων ἐφοίτα δορυφορία· οὐράνιοι δῆμοι προσᾴδοντες· ἀστὴρ ὁδηγῶν βασιλεῖς, καὶ ἀνακειμένῳ ἐν φάτνῃ τῷ Δεσπότῃ προσκυνοῦντας προσάγων· καὶ τὴν εὐτέλειαν ἡ ἐσποτεία ἐδορυφόρει, μηνύοντος τοῦ θείου πλούτου τὴν ἑκούσιον τοῦ ἀστέγου [καὶ] ἀοίκου πτωχείαν. Πῶς δὲ τὰ παρόντα; Μήτηρ ἡ λοχευσαμένη οὐ κατὰ μητέρας, γονὴν πρωτότοκον ἑαυτῆς ἄπεισι Θεῷ παραστήσουσα· βρέφος ἐν εὐτελέσι σπαργάνοις τῶν νομίμων τυχεῖν προσφέρει τῷ ἱερεῖ· ὑποδέχεται ὁ ἱερεύς. Τί τὸ ἐντεῦθεν; Ἀγκαλίζεται βρέφος, καὶ Δεσπότην ὑμνεῖ. Ὡς ἄρτι πρὸς γένεσιν παριοῦσαν τῆς φύσεως βλάστην λαμβάνει, καὶ ζωῆς ἀπολελύσθαι ὡς πλάστην αἰτεῖ. Τί φθέγγῃ; Τί γέγονεν, ἱερεῦ; Οὐ συμβαίνοντα τοῖς ὁρωμένοις λαλεῖς. Ποῦ τῆς δεσποτείας ὁ ὄγκος; Ποῦ τοῦ ἀξιώματος τὰ γνωρίσματα; Οἱ δορυφόροι δὲ ποῦ; οἱ συντρέχοντες; οἱ προπομπεύοντες; οἱ ἀφεπόμενοι; ὁρᾷς τὴν εὐτέ-

eoque prius secreti a materia populi, præsto exsistentes ad ministerium : longe enimvero majus opus, ac majorem habens admirationem, ut Deus in vulva capiatur atque formetur : divinius hoc ac sublimius, ut Deus nostri causa lactens exsistat, ac manibus portetur, quanquam iis qui loquuntur iniquitatem [31] in excelso occasio, ut Unigeniti gloriæ detrahant : tanquam peritus artifex spernendus sit ob præclariora opera ; aut inde conandum sit ut cujuspiam potentiam convellamus unde illi excellentis potentiæ testimonium accedit. Quid ais? quod tibi in tenebris obruto lumen affulserit, lumen infamas? Ac quia Rex tuæ misertus miseriæ ac calamitatis ad te ipse venit, nec negotium alii committit, sed tibi ipse bonitatem ministrat, ex beneficii summa præstantia, in ejus contemptum gloriæ procedis, qui te eo impertit? putasque, ob eam humilitatem, qua se tibi inclinavit, illius deprimi celsitudinem? Atque ea ratione majestas honore efferenda erat : tu vero, propterea quia infantem, fasciasque, ac manus foventes audias, sæculis antiquiorem gloriam Verbo adimis; haud secus ac si regem, quod ipse ad te, laboribus levaturus quibus affligereris advenisset, diademate spoliare velles? Quia tui ergo creatus, matris filius audit, idcirco ejus cum Patre conjunctionem divellis, connumerasque creatis; cum tamen ne ipsa quidem ejus in terris nativitas, curiosis comprehensa sit? Nam huic quoque impermeabilis caligo, quæ sit latibulo, superfusa est : tu vero, intentis pupillis, ut dici solet, præ impudentia, ea quoque quæ sæcula antecedunt, comprehendis atque Filio, quem velit intellectus tuus, ordinem præscribis? Quam cæca tua illa visus acuties ac sapientia stulta! Enimvero stultorum nos omissa amentia, argumento insistamus, dieique celebremus mysteria sacris oculis ingredientem in templum spectantes, mundi consolationem.

Jam vero prius agenti Regi in spelunca, a cœli regalibus sedibus satellitium venerat, nimirum accinentes supernorum civium populi; stella regum ductrix, jacentique in præsepio Regi, eosque adoratores admovens : ac dominatus, vilitatem obsequio fovebat, indicantibus deitatis divitiis, ejus spontaneam paupertatem, qui sine tecto ac domo erat. Qua vero ratione habent præsentia? Mater utique, alia ac matrum ratione, suscepta editaque prole, primogenitam illam Deo oblatum abit : infantem sacerdoti offert vilibus obtectum pannis, ut legitimorum ac legalis benedictionis compos fiat. Suscipit sacerdos. Quid vero inde? In ulnas susceptum stringit infantem, ac laudat Dominum. Tanquam recens procreatum accipit naturæ germen, utque mundi fictorem, vitæ missionem rogat. Quid loqueris? Quid ita, sacerdos, factum est? Non congruunt iis quæ cernuntur, quæ ipse ais. Ubinam dominationis fastus? Ubinam dignitatis indicia?

[31] Psal. LXXII, 8.

Ubinam satellites? Ubinam qui simul gradiantur; qui præeant; qui sequantur? Vides quanta sit abjectio, Dominumque dicis? Tenes infantem nudius tertius in vitam progressum, affarisque tanquam vitæ habentem imperium? Quomodo in propensa adeo paupertate, magna mirandaque conseris, vocasque Israelis gloriam, ac gentium appellas lumen, pauperculæ matris puellum? Cæterum adde quod reliquum laudatio habet, ac perge celebrare lumen nostra occultatum carne, tanquam velo. Quidnam aget? Quid molietur? Plane duas rerum faciet sortes, aliorum resurrectio, aliorum ruina exsistens; quem senex intueris duplicem, ac quidem dejectos exsuscitabit atque eriget; elatos autem dejiciet atque deprimet; suaque ipse afflictione ac cruciatu etiam matris Virginis animam, tristitiæ gladius feriet.

Noverat enim Dei occisorum facinus, utque cædem stillantes manus armandæ in eum forent, qui manibus gestaretur: ut modo quidem in pannis ac cunabulis, furens Herodes sit persecuturus, Ægyptusque susceptura hospitio eum, qui violati juris hospitii pœnam reposcens, olim Ægyptum cecidisset: ut denique gladii infantum tingantur cæde, qua infantis cædem molientur. Par namque erat, ut Deo nato in terra virginalibus ex sanguinibus, coætanei in cœlis fuso sanguine nascerentur: priorque illa ætas adventus Dominici fructum perciperet, quæ prior infantibus accensum vidisset; tumque universis commodum accederet, necato ipso omnium causa regenerationis: quando magnus ille Patris Nuntius, peracto opere cujus missus est consummator, cœli sinum omnibus pariter aperturus est.

Ne iterum propter missionem, Unigeniti gloriam submittas, neque dominationem in servitutem detrahas, alienum eum pronuntians a necessitudine qua generantem contingit; sed cum audis missionem, ejus disce qui misit cum eo qui fuit missus in operibus sociam dispensationem atque illius, in iis quæ Verbum negotiatur parem assistentiam. Nam tu quoque cum verbum misisse ais, non dividis illud a mente generante, nec servili ipsum habitu induis: sed tanquam mente una præsente, ac ea quæ Verbum disponit, pariter disponente, missum fuisse tuum verbum ais. Hæc adversus eos dicta sunto, qui beneficii vicem, ingratos atque improbos mores ostendunt, quique idcirco, quia Verbi humilitate honorati sint ac exaltati, ipsum a quo honore affecti sunt dehonestant, exaltationisque mercedem, vicissim abjectionem inducunt. Enimvero, ad senem illum sapientem redeamus. Ubi itaque in abjectionis profundo majestatis sublimitatem aspexit, atque in assumpto ex nobis testaceo vasculo divinitatis margaritam invenit, ejus pulchritudine animo delectatus, sacra doctam verba, ac propheticam linguam propensius agitat: cumque ab eo susceptionis in ulnas vicem, mi-

A λειαν δση, καὶ Δεσπότην καλεῖς; νήπιον ἄρτι παρελθὸν εἰς βίον κρατεῖς· καὶ ζωῆς ὡς κρατοῦντι ῥήματα φθέγγῃ; Πῶς ἐν οὕτω πενιχροῖς μεγάλα προσαρμόζεις καὶ θαυμαστά; καὶ δόξαν Ἰσραὴλ καλεῖς, καὶ φῶς ἐθνῶν προσαγορεύεις, νήπιον μητρὸς εὐτελοῦς; ἀλλὰ προστίθει καὶ τὰ λοιπὰ τῆς εὐφημίας τῷ ὡς ἐν παραπετάσματι τῷ ἡμετέρῳ σαρκίῳ κρυπτομένῳ φωτί. Τί τελέσει; τί πραγματεύσεται; Ἢ διπλᾶ τελέσει τὰ πράγματα, τῶν μὲν ἀνάστασις ὤν· τῶν δὲ, πτῶσις· ὁ διπλοῦς σοι ὁρώμενος, γηραιέ· καὶ τοὺς μὲν ἐξεγερεῖ καταβεβλημένους· τοὺς δὲ καταβαλεῖ ἐπηρμένους· καὶ διαθήσει εὖ τὰ βροτῶν ἰδίᾳ κακώσει, ὅτε καὶ Μήτηρ ἡ Παρθενεύουσα, λύπης ῥομφαίᾳ πεπλήξεται τὴν ψυχήν.

B Ἤδει γὰρ τῶν θεοκτόνων τὸ τόλμημα, καὶ ὡς χεῖρες ἀποστάζουσαι φόνου, κατὰ τοῦ χερσὶν ὀχουμένου ὁπλισθήσονται· νῦν μὲν ἐν σπαργάνοις αὐτὸν μεμηνὼς Ἡρῴδης διώξεται, καὶ ξενίσει Αἴγυπτος, τὸν πάλαι ταύτην διὰ κακοξενίαν μαστίξαντα· καὶ βαφήσεται ξίφη κατὰ σφαγῆς νηπίων, διὰ τὴν σφαγὴν τοῦ νηπίου. Ἔδει γὰρ Θεοῦ ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων ἐπὶ γῆς τεχθέντος, συνηλικιώτας αὐτῷ δι' αἵματος οὐρανοῖς ἀποτεχθῆναι· καὶ προτέραν ἐκείνην τὴν ἡλικίαν ἀπόνασθαι τῆς Δεσποτικῆς παρουσίας, ἣ τοῦτον εἶχε πρώτη ἐν τοῖς νηπίοις ὁρώμενον· ὕστερον δὲ πᾶσιν ἡ ὠφέλεια ἥξει, ἐκείνου τῆς πάντων [d] ἀναγεννήσεως τὴν σφαγὴν ὑφισταμένου· ὅτε ὁ μέγας τοῦ Πατρὸς Ἀπόστολος, οὗ ἀπέσταλται ἔργου τελειωτὴς περαθέντος, ὁμοῦ πᾶσι τοὺς οὐρανίους C κόλπους ἀναπετάσει.

Μὴ πάλιν διὰ τὴν ἀποστολὴν, τὴν δόξαν τοῦ Μονογενοῦς ὑποπτώσῃς· μηδὲ τὴν κυριότητα εἰς δουλείαν καταβιβάσῃς, ἀλλοτριῶν τῆς πρὸς τὸν γεγεννηκότα οἰκειότητος· ἀλλ' ἀκούων ἀποστολὴν, τὴν ἐν τοῖς ἔργοις τοῦ ἀποσταλέντος συνδιοικονόμησιν ἐκδιδάσκου τοῦ ἀπεσταλκότος, καὶ τὴν ἐφ' οἷς ὁ Λόγος πραγματεύεται συμπαρουσίαν ἐκείνου· ἐπεὶ καὶ σὺ ὅταν φῇς λόγον ἀπεσταλκέναι, οὐ διαιρεῖς αὐτὸν τοῦ γεννήτορος νοῦ· οὐδὲ δουλικὸν αὐτῷ περιτίθης σχῆμα· ἀλλ' ὡς τοῦ νοῦ συμπαρόντος, καὶ ἃ διατίθησιν ὁ Λόγος συνδιατιθεμένου, τὴν ἀποστολὴν γεγενῆσθαι τῷ σῷ λόγῳ ἐρεῖς. Ταῦτα πρὸς τοὺς διὰ τὸ εὖ πε- D πονθέναι κακογνώμονας, καὶ τοὺς διὰ τὸ τετιμῆσθαι καὶ ὑψῶσθαι τῇ τοῦ Λόγου ταπεινώσει, ἀτιμάζοντας τὸν τετιμηκότα, καὶ ἀμοιβὴν τοῦ ὕψους, τὴν ταπείνωσιν ἀντεισάγοντας. Ἀλλὰ πρὸς τὸν σοφὸν πρεσβύτην ἀπίωμεν· ὃς ἐν τῷ βάθει τῆς ταπεινώσεως, τὸ ὕψος εἶδε τῆς μεγαλωσύνης· καὶ ἐν τῷ ἐξ ἡμῶν ὀστρακίνῳ πτυχίῳ, τὸν μαργαρίτην εὗρε τῆς θεότητος. Οὗ τῷ κάλλει τὴν ψυχὴν διαγανωθείς, τὴν ἱερολόγον γλῶσσαν κινεῖ προθυμότερον· παρ' οὗ καὶ ἀμοιβὴν τῆς ἐν ἀγκάλαις ὑποδοχῆς τὴν ἐκ τοῦ βίου πορείαν λαβὼν, ἅπεισι τοῖς ἐν ᾅδου πενομένοις, ὃν εἶδε πλοῦτον ἀναγγελεῖν· ᾧ προσεγγίσας, καὶ τὴν

VARIÆ LECTIONES.

[d] *Deest* χάριν, vel quid simile.

ἐκ τῆς μαρανθείσης σαρκὸς ἀποθέμενος νάρκην, καὶ τὰς αἰσθήσεις ἀναθήλας τῷ πνεύματι, λειτουργεῖ τὰ τοῦ Πνεύματος.

A grandi a sæculo veniam accepisset, abit inferni pauperibus, visi thesauri nuntium perlaturus : ad quem cum accessisset, contractum ex carne emarcescent torporem depellens, ac sensibus per spiritum revirescens, quæ sunt Spiritus, ministrabit.

Πάλαι μὲν οὖν σύμβολα, ὄψει προφητικῇ, ἐδείκνυε τὰ γινόμενα. Λαβὶς ἦν καὶ ἄνθραξ τὸ αἴνιγμα· ἡ μὲν περιέχουσα· ὁ δὲ τῶν ὑποφητικῶν ψαύων χειλέων, καὶ τὴν προφητικὴν ἐκπυρηνίζων ἐπίπνοιαν. Γαῦτα δὲ ἄρα ἦν τὰ νῦν πράγματα, τὰ πάλαι αἰνίγματα· ἡ γαλουχοῦσα καὶ παρθενεύουσα· ὁ ἀπρόσιτος καὶ κρατούμενος. Κόρη κρατοῦσα καθάπερ λαβὶς τὸν ἄνθρακα τῆς Θεότητος, οὗ καὶ χεῖρες τοῦ ἱερέως ἐγιάζοντο ψαύουσαι, καὶ στόμα πληροῦται ὑποφητείας τοῦ Πνεύματος· ἀγκάλαι περιέπουσαι ὑλικαί, ὃν B ὁρᾶν οὐ τολμῶσιν ἄϋλοι ὀφθαλμοί· ὃς τὸ ἡμέτερον ἔνυλον, περὶ [μετὰ?] τῆς ἑαυτοῦ ἑνώσας οὐσίας, τὸ οἰκεῖον ἔστεκτον, τῷ ἡμετέρῳ ὑλώδει βεβαστάχθαι ποιεῖ. Καὶ κρατεῖται μὲν ἐν σπαργάνοις· λύει δὲ τῶν τῆς σαρκὸς σπαργάνων, τὸν βαστάζοντα ἱερέα, ἐπείπερ εἶδε ῥυσοῖς ὀφθαλμοῖς τὸ νεοφανὲς σωτήριον Ἰσραήλ. Χρὴ γὰρ καὶ τοῖς κάτω μεμηνύσθαι τὰ ἄνω παράδοξα πράγματα, καὶ ὡς τοῦ κόσμου τὸ σωτήριον ἐπέστη· κἀκείνους ἐνηχηθῆναι ὡς σάρκα Θεὸς φορεῖ, καὶ παιδίον ὁ προαιώνιος γέγονε· καὶ ὁ τροφεὺς θηλάζει· καὶ ὡς ἐλεύσεται πόνων τοῖς ὀδυνωμένοις ἀπαλλαγή, τῇ ἐκείνου τῶν πόνων ὑπομονῇ. Διὰ τοῦτο μὴ πρὶν ἐξελεύσεσθαι τῶν δεσμῶν τῆς σαρκὸς Συμεὼν χρηματίζεται, ἢ τὸν λυτρωτὴν παραγεγονότα θεάσεται. C Ἀδὰμ ἀκοὴν βεβυσμένην τῇ λύπῃ, χαρμοσύνῳ φθέγματι διανοίξει, καὶ παλάμαις οἰκείαις μηνύων τὸν πλάστην φερόμενον, ἐξ ἀπογνώσεως εὐέλπιδα ποιήσει τὸν γέροντα. Εὔα μαθοῦσα γυναικὸς ἀποκυηθέντα Θεὸν, ῥᾷον ἔσται διὰ τὴν τῶν ὠδίνων κατάραν, ἣν ἐκληροδότησε ταῖς ἐξ αὐτῆς.... Μωσῆς πληροῦντα νόμου γραφέντα δακτύλοις ἐδέξατο, καὶ τῶν ἐν πυρὶ καὶ βάτῳ τεθεαμένων τὴν ἔκβασιν εἴσεται. Πάντες οἱ κάτω ἐσκυθρωπακότες φαιδρὸν ὑποδέξονται κήρυκα. Ἦν δ' ἄρα καὶ τοῦτο τῆς ἀπείρου Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους στοργῆς, μὴ μόνον τοῖς ἐν θλίψει καὶ στενοχωρίᾳ αὐτὸν ἀφῖχθαι παράκλησιν, ἀλλὰ καὶ προμεμηνυκέναι τὸ εὐεργέτημα· ἵν' ἐν τῇ τῶν χρηστῶν ἐλπίδι, κουφότερον ᾖ τὸ ἐπίπονον· καὶ ὑφεῖτο ταύτῃ ὥσπερ δρόσῳ ἡ φλὸξ τῆς κακώσεως.

Olim sane ostensa sunt prophetæ oculis earum rerum symbola, quæ geruntur [33]. Nimirum, forceps ac carbo ænigma erant, illa quidem complectens; hic vero, prophetæ contingens labia, propheticumque afflatum eliciens. Hæc porro erant, nunc gesta res, pridem autem ænigmata, nempe lactans mulier virgoque; inaccessus, quique nihilominus teneatur. Puella, forcipis instar Deitatis carbonem tenens; cujus etiam tactu sacerdotis consecrentur manus, osque prophetico spiritu adimpleatur : ulnæ materiales eum fovente quem absoluti a materia oculi incorporeique non audent aspicere, eum, inquam, qui suæ substantiæ uniens nostram molem atque materiam, quod majestate importabile habet, materiali nostro ac corpore portari facit. Ac quidem astringitur fasciis, solvit vero gestantem sacerdotem a carnis fasciis, postquam ille rugosis oculis recens ostensum Salutare vidisset. Nam et positis in inferno nuntianda erant, quæ plena miraculo in terra gerebantur, atque ut mundi Salvator advenisset : ut et illorum insonaret auribus, Deum gestare carnem, atque eum, qui sæculis esset antiquior, puerum esse factum : ut, inquam, altor ipse alatur; utque sit venturus a laboribus ac doloribus liberator, qua ipse sustinebit labores. Idcirco Symeon responsum accipit, non se prius migraturum, ac a carnis absolvendum vinculis, quam videat adesse Liberatorem [34]. Obturatas præ tristitia Adami aures, pleno gaudii sermone aperiet, nuntiansque suis se manibus gestasse Creatorem, spe defectum senem, spe bona augebit. Discens Eva feminam Deum peperisse, lenius feret partus maledictionem, quam sibi ipsa prævaricatione ascivit. Audiens Moses implentem legem, cujus is digito scriptam illam accepisset, eorum quoque quæ in igni ac rubo viderat [34], eventum pernoscet. Universi in inferno mœsti agentes, lætum suscipient præconem. Erat sane hoc D quoque infiniti erga humanum genus divini amoris, ut sedatis afflictis positisque in angustia consolator adveniret, verum etiam eo beneficii nuntius præiret : quo bonorum spe, levior efficeretur labor, eoque velut rore, afflictionis flamma remissa mitesceret.

Ἀλλ' ὁ μὲν τῇ παλαιότητι γεγηρακὼς ἱερεὺς, τῷ πρεσβυτέρῳ παραγεγονότι νηπίῳ, παλάμας λειτουργοὺς εἰς ὑποδοχὴν προσαγαγών, καὶ τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι προϋμνηκὼς σωτηρίαν, τῶν δεσμῶν τῆς σαρκὸς τὴν λύπην * ἀντιλαμβάνει. Τί δὲ ἡμεῖς οἱ τὴν παλαιότητα ἀποθέμενοι; Οἱ ἀναγεννηθέντες διὰ τῆς γεννήσεως· οἱ προσενεχθέντες τῷ Πατρὶ διὰ τῆς καθ' ἡμᾶς λειτουργίας τοῦ ἠγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ·

Cæterum senio quidem veteratus sacerdos, seniori advenienti infanti, manus suscipiendo famulantes offerens, ac ubi futuram salutem præmisso cantico laudasset, solutionem a carnis vinculis mercede recipit. Quid vero nos qui deposuimus vetustatem? Qui nativitate regenerati sumus, qui Patri oblati, per unigeniti Filii ejus in corpore nobis simili ministerium, quodnam ministerium, quodnam obsequium

[33] Isa. VI, 1 seqq. [34] Luc. II, 26. [34] Exod. III, 3.

VARIÆ LECTIONES.

* *Isc.* λύσιν.

cultumque oneremus? Plane ut nos ipsi ei offeramus, cujus oblationis ergo tanta illa eminanitio fuit ac inclinatio, ut imaginem integram servemus, nec Dominicæ picturæ obruamus florem : quin potius ut non defunctorie eam depurgemus, pulchrisque rursum coloribus novum ei florem addamus. Efficiamur altissimi Patris filii, propter eum qui ex nostra extrema vilitate matrem agnovit. Efficiamur Dei templum : hoc enim Dei ad homines adventus complementum. Nos ipsos ornemus virtutum ornamentis atque tropæis, latitantiaque animis vitiorum ac perturbationum reptilia tota virtute persequamur. Manus castas reddamus, benefici in conservos, qui a Domino præclare beneficia consecuti simus. Benignitatem ac clementiam exhibeamus, qui ipsi benigne clementerque fuerimus habiti. Ad augmentum promoveamus spiritualis ætatis eum reveriti, qui in carnis nostræ imperfecta ætate versatus est nostræ imperfectionis causa. Emundemus igni labia; nam et nobis expiatorium licet carbonem contingere. Quinimo quibus ejus nobis sit facta facultas, ne inde accedentem emundationem contemnamus. Sic sacri, eum adeuntes qui hodie offertur in templo, una cum vetula ac casta Anna vicissim confitebimur : semper virginem Matrem affabimur, non ex iis quæ Synagoga in ejus primogenitum Filium molitura est, neque id vero, *Tuam animam pertransibit gladius* [38], sed de beneficio quod orbis fines consequentur; de gaudio colloquemur, cujus divitias adepti sumus.

Te castissimam magnifice efferimus (non incongruo clamemus vocis sono) per quam magnificus opifex, maximum suorum operum, summeque horrendum perfecit; quæ continentem omnia, sinu continueris : ex cujus uberibus altus sit, qui universis e terra, quo alantur producit; quæ sola benedicta sis inter mulieres, universoque generi benedictionem hæreditate comparaveris, ac tristem majorum sortem a nobis abstuleris. Vetera te ænigmata felici partu matrem præsignarunt : nempe thronus, ac forceps, domusque plena gloriæ : ac si qua ejusmodi, videntes oculi, hactenusque umbram obtuentes, tua mysteria contemplabantur : nunc autem præsens ipsa clare ostendis, commutatis quæ umbrarum erant, in eam claritatem quam gratia habet. Nunc te perspicue Cherubicum thronum, quin et illo augustiorem videmus. Nunc te forcipem ignem ferentem docemur, ac sanctitate plenum delubrum. Dominus enim velut in throno in te requievit, eumque forcipis instar complexa es, qui majestate importabilis exsistit· ac domo fuit contentus, qui nusquam potest capi. nos gloriæ tuæ ac felicitatis participes feceris.

Sed, o Virgo materque, cujus ex intemeratis sanguinibus formatione, velut in libro, Verbo con-

A τίνα λειτουργίαν, τίνα προσοίσομεν θεραπείαν, τίνα τὴν ἡμῶν αὐτῶν προσαγωγήν, δι' ἣν ἡ τοσαύτη κένωτις καὶ συγκατάβασις· τὴν συντήρησιν τῆς εἰκόνος, καὶ τὸ μὴ συγχῶσαι τῆς Δεσποτικῆς ζωγραφίας τὸ ἄνθος· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τὸ μὴ παρέργως ἀνακαθαίρειν, καὶ τοῖς καλοῖς πάλιν αὐτὴν περιανθίζειν χρώμασι. Γενώμεθα Πατρὸς ὑψίστου υἱοί, διὰ τὸν ἐκ τῆς ἡμετέρας ἐσχατιᾶς μητέρα γνωρίσαντα. Γενώμεθα ναὸς Θεοῦ· τοῦτο γὰρ τῆς πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίας Θεοῦ ἡ συμπλήρωσις. Κοσμήσωμεν ἑαυτοὺς ἀρετῶν ἀναθήμασι, καὶ τὰ ἐμφωλεύοντα τῶν παθῶν ἑρπετὰ, ὅση δύναμις ἐκδιώκωμεν. Ἁγνίσωμεν χεῖρας, εὖ τοῖς ὁμοδούλοις ποιοῦντες, οἱ εὖ καὶ καλῶς παρὰ τοῦ Δεσπότου παθόντες. Φιλανθρωπευώμεθα, οἱ φιλανθρωπίας ἠξιωμένοι. Πρὸς αὔξησιν τῆς πνευματικῆς ἀνί-

B ωμεν ἡλικίας, αἰδούμενοι τὸν ἐν ἀτελεῖ σαρκὸς ἡλικίᾳ διὰ τὴν ἡμῶν χρηματίσαντα τελειότητα. Καθαρθῶμεν πυρὶ τὰ χείλη· ἔστι γὰρ καὶ ἡμῖν τοῦ καθαρτικοῦ ψαύειν ἄνθρακος· μᾶλλον δ' οἷς ἠξιώμεθα τῆς αὐτοῦ ἀπολαύσεως, μὴ τῆς ἐκεῖθεν καταφρονῶμεν καθάρσεως. Οὕτω προσιόντες ἱεροὶ τῷ σήμερον προσαγομένῳ ἐν ἱερῷ, τῇ γηραλαίᾳ καὶ σώφρονι Ἄννῃ συνανθομολογησόμεθα· προσφθεγξόμεθα τῇ ἀειπαρθένῳ Μητρὶ, οὐκ ἐξ ὧν κατὰ τοῦ πρωτοτόκου Παιδὸς αὐτῆς παλαμήσεται Συναγωγή· οὐδὲ, *Σοῦ τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία*· ἀλλ' ἐξ ἧς κληρονομεῖ εὐεργεσίας τὰ πέρατα, ἐκ τῶν χαρμοσύνων διαλεγόμεθα, ἧς τὴν χαρὰν ἐπλουτήσαμεν.

C

Μεγαλύνομέν σε τὴν πανάμωμον (φθόγγῳ μὴ ἀναξίῳ βοήσωμεν) δι' ἧς ὁ μεγαλουργὸς τὸ μεῖζον τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ φρικτὸν ἐτελέσατο· ἡ συνέσχες ἐν κόλποις τὸν συνοχέα· ἧς διετράφη μαζῶν, ὁ πᾶσιν ἐκ γῆς ἀναβλαστάνων τροφήν· ἡ μόνη ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη, καὶ τὴν εὐλογίαν τῷ γένει κληροδοτήσασα, τῆς στυγηρᾶς τῶν προγόνων κληρονομίας· διὰ σοῦ ἀφ' ἡμῶν ἀρθείσης. Αἰνίγματά σε παλαιὰ, τὴν εὐώδινα προϊστόρει μητέρα· θρόνος καὶ λαβὶς· καὶ οἶκος πλήρης δόξης· καὶ ὅσα ἄλλα, ὀφθαλμοὶ ὁρῶντες μὲν, τέως δὲ σκιὰν ὁρῶντες, σοῦ ἐθεῶντο μυστήρια· νῦν δὲ τρανῶς ἐμφανίζῃ αὐτὴ παριοῦσα, τῶν σκιωδῶν ἀμειφθὲν [f] πρὸς τὴν ἐν χάριτι τρανότητα. Νῦν σε τηλαυγῶς τὸν Χερουβικὸν, μᾶλλον δὲ, τιμιώτερον

D θρόνον ὁρῶμεν. Νῦν σε τὴν πόρφυρον λαβίδα καταμανθάνομεν, καὶ τὸ πλῆρες τοῦ ἁγιάσματος τέμενος. Ὡς γὰρ θρόνῳ ἐν σοὶ ὁ Δεσπότης ἀνεπαύσατο, καὶ ὡς λαβίδι περιεσχέθη ὁ ἄστεκτος· καὶ οἴκῳ κεχώρηται ὁ μηδαμοῦ χωρητός. Μακαρία μόνη ἐν γυναιξὶν ἀληθῶς, καὶ μεταδοῦσα τῆς σῆς εὐκληρίας ἡμῖν καὶ μακαριότητος. Sola tu vere benedicta inter mulieres, ac quæ

Ἀλλ', ὦ Παρθένε καὶ μῆτερ· ἧς ἐκ τῶν ἀχράντων αἱμάτων τῇ διαπλάσει ὥσπερ ἐν τόμῳ τῷ Λόγῳ προσ-

[38] Luc. II, 38.

VARIÆ LECTIONES.

[f] *Isc.* ἀμειφθέντων.

ομιλήσαντες, τὴν ἀλογίαν ἀπεσκευάσμεθα, αὐτὴ τῷ τόκῳ σου τῶν ἡμετέρων λόγων τὸ δῶρον προσάγαγε· ἀνάξιον μὲν, ὅμως δὲ τὸ σήμερον οἰκονομηθὲν, ἐκείνῳ τιμῶντί μοι ἀπεργασμένον, δέξαι τοῦτο. Σοὶ γὰρ τῇ ἐμοὶ βοηθῷ θαῤῥήσας, ἀνεδεξάμην τὸν κάματον. Ἥμην [5] ἐκ βρέφους καὶ εἰς τοῦτο μέτρον ἥκοντι βίου, ἐπίκουρος πάρει, καὶ πάρεσό γε διὰ παντός· μηδὲ μακρύνῃς ἀφ' ἡμῶν τὴν σὴν προστασίαν· ἀλλ' αἷς ἐξ ἀρχῆς περιεῖπες πτέρυξι σκέπουσα, διατίθει πρὸς τὸ συμφέρον τὸν βίον· συνδιέπουσα ἣν ἔθου τῇ σῇ μεσιτείᾳ βασιλείαν διέπειν, φυλάττουσά μοι τὴν μεγάλην τοῦ Υἱοῦ σου κληρονομίαν· τοῦτό μοι τὸ πάντων προτιμώμενον· ἐξανύουσα τοῦ ἐκλεκτοῦ λαοῦ σου, τοῦ ἁγίου ἔθνους τὴν σωτηρίαν. Ὑπὲρ τούτων ἵστασο παραιτουμένη· καὶ μὴ διὰ τὸ ἐμὲ ὀφλεῖν, οὗτοι πρὸς πεῖραν κακώσεως ἥκωσιν. Ἔχεις οἷς δυσωπήσεις. Ἔχεις οἷς πείσεις, τὰς χεῖρας αἷς ἐβάστασας· τοὺς μαστοὺς οἷς ἐθήλασας. Τὰ τῶν σπαργάνων ἀνάμνησον, τῆς ἄλλης ἐκ βρέφους ἀναγωγῆς, τὸν ἵνα λαὸν εἰς δόξαν ἑαυτῷ περιποιήσηται νηπιάσαντα. Τοῖς σοῖς τὰ ἐκείνου σύμμιξον, τὸν σταυρὸν, τὸ αἷμα, τὰ τραύματα, δι' ὧν σεσώσμεθα· καὶ δοξασθείη γε ὁ περιούσιος λαὸς, καὶ νῦν τῆς παρ' αὐτοῦ ἀπολαύων κηδεμονίας, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A suescentes, brutalem abjecimus vitam, tu tuæ proli nostrum hoc offer verborum donum : ac quanquam haud satis dignum, mihi tamen honore prosequenti, quod ab illo provide hodie dispensatum est, suscipe elaboratum. De te enim mea adjutrice concepta fiducia, laborem suscepi. Quæ a puero, inque hunc adulto ætatis modum auxiliatrix ades, quæso, semper adsis, neeve a nobis præsidium tuum elongaveris : quinimo quibus a principio alis protegens fovisti, vitam compone pro eo ac commodum sit ; simulque fove quod tuis intercessionibus fovendum imperium fundasti, magnam illam Filii tui mihi servans hæreditatem : mihi hoc universis charius, electæ plebis tuæ, nationis illius sanctæ, perficiens salutem. Pro his sta, ac deprecare, nec quia reus ego ac debitor sim, calamitatis illi periculum fecerint. Habes quibus exores, habes quibus suadeas atque impetres : nempe manus quibus portasti, ubera quibus lactasti. In memoriam pannos revoca ; infantis aliam educationem ei, qui ut populum sibi compararet in gloriam, factus est infans. Tuis ipsa commisce quæ illius sunt, crucem scilicet, sanguinem, vulnera, per quæ salutem adepti sumus : magnificabiturque peculiaris populus, nunc quoque ejus cura fruens. Ipsi gloria ac potestas, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

B

ORATIO V*.

In Christi nativitatem, seu in ipsius Christi Regis gloriæ e Porta obsignata egressum, servorum oculis in forma servi sese offerentis (7).

(Maracci *Leonis Mariale*, p. 53.)

Dei nativitatem in carne celebramus, omnis concelebret spiritus. E virgine prodeuntem Matre honoramus eum, qui ex Patre natus est ante Luciferum ; cœlum et terra ad hoc se consocient. Cantemus una voce clamantes : *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax*, quoniam Altissimus imis in tenebris jacentem visitans, a sui orientis altitudine usque ad illum descendit, quoniam seipsum inclinavit, ut depressos erigens, in suam eveheret altitudinem. O stupendam, et ex omni æternitate rem novam ! Qui sæcula condidit, in eo quod conditur esse incipit. Antiquus dierum nuperum se ostendit. Creator in materia creaturæ formatur. Incommutabilis figura Patris ad imaginem in mala prolapsam sese demittit, ut illa rursus figuram resumat

C

similitudinis. Venite, exsultemus Domino, qui servi formam assumpsit, ut jacentibus in mœrore et angustiis afferret lætitiam. Adeste, quotquot cœlum, quotquot terram incolitis, communi gaudio perfruamur. Jubilemus advenienti Salvatori, qui miserrimi pereuntes Salvatore indigebamus. Jam enim illius misertus est Deus, quem initio pro sua bonitate immaculato digito formavit. Venit diu extorribus e patria reditum largiturus, absorpto transgressionis crimine in gratiarum amplitudine. Non amplius ligni reus sum, qui reus, malo illo degustato, prius eram. Liberat enim nos reatu Creator, particeps creationis meæ factus ; nec infelix esse cogor ob damnum per mulierem factum.

Mulier enim, lucri origo (8), vitam mihi trans-

VARIÆ LECTIONES.

[5] Leg. ἡ ὁμῖν.

NOTÆ.

(*) Græce non exstat impressa.

(7) Regiam hanc de partu B. Virginis, seu de nativitate Domini ex beata Virgine orationem (quam in Bibliotheca Mariana, dum alia de Maria Deipara Leonis opera recenserem, ex incuria enumerare oblitus sum), habent Græce ms. sub Leonis imperatoris nomine codices Vaticani, et Messanenses, necnon perantiquus codex Græce ms. clar. viri Leonis Allatii : Atque ex interpretatione Jo. Matthæi Caryophili Iconiensis episcopi nunc primo apparuit.

D

(8) *Mulier enim lucri origo.* Et vere B. Virgo lucri origo appellatur a Leone, cum longe majora per illam nobis fuerint collata, quam per Evam ablata. Appellatur etiam B. Virgo a B. Petro Damiani in Homil. de Nativ. B. Virg. *Origo principii, quia ille ex ea prodiit per materium carnis, qui caput est, et initium omnium rerum per essentiam deitatis* ; ab Alb. Magno *Super Missus est angelus*, cap. 184, *Origo, omnium, quia Mater Dei, qui est origo omnium : cum quidquid per se est origo causæ, sit etiam per*

tulit in felicitatem. Mulier sancta, et pura, virgineis e sanguinibus Filium procreans, egenum Adam sublevavit, opulentissimi Adæ ex ea nati, quæ exterius videtur inopia, quod vile est sibi unientis, et suis opibus paupertatem erigentis. Nam quia Deo placuit notam facere misericordiam suam, bonitatem hanc effudit abunde, ut se ostenderet non modo malorum nostrorum sensu moveri, sed etiam in habitu peccatoris demissum, quo suis virtutibus remedium errori afferret, et innocentia sua reatum culpæ deleret. Propter hoc vulva capit eum, qui nulla re capitur, et pannis involvitur, qui tactu liber est, et labe. Deusque cum errante et exsule familiariter versatur, ut reducat ad sua, causam rite et egregie transferens, quæ me propriis sedibus ejecit. Ne te jactes de fraude, qui per eam genus humanum subjecisti, subjectumque illum tibi reddidisti, qui ad regnandum creatus erat. Nobiscum Deus : cum rerum egenis auxiliator, cum impotentibus fortis, cum redactis in servitutem liberator, per quem etiam fiet ut nefarius vexator loco multarum contra nos virium suæ quoque potentiæ faciat jacturam, dum ii quos ipse se comprehensurum potente manu quasi nidum, superbissime jactaverat, Creatoris manu liberantur, qui nunc infans visus, et pravæ aspidis foramina perscrutatus est, mortiferumque enecavit fetum, et vitam universo attulit mundo. Scitote, omne genus hominum, Deum hominem factum, ut sibi eos affines faceret, qui ab ejus affinitate deciderant; ut humana mens ad mala proclivis, neque eo tantum malo laborans, sed nec etiam sentiens ad mala se ferri, neque se dominam motionis statuens, sed habenas omnes sursum trahentes, excutiens, veluti onus et pondus otiosum, circumducta per malorum campos a carne, cujus ipsa debet esse auriga; hæc, inquam, mens divinæ menti unita, ut sentiret in illa quæ passa fuerit, et per hujus vocem, quæ propter reverentiam exaudiretur a Parente, et auxilium divinæ bonitatis experiretur. Et sane quidem sine carne etiam facile erat constituto in periculis præstare auxilium. Quid enim Deo volente non fiat ? Quia tamen opus erat eum qui peccaverat, et se quod peccasset agnoscere, vocibusque misericordiam implorantibus expiare peccatum, quod mens humana non poterat, ut quæ in pelagus vitæ ratione carentis submersa erat : idcirco tota ipsa divina mens unita extrahit illam de absurdo irrationalis vitæ statu, deprecantemque pro illa vocem emittens, per sui reverentiam facit, ut malorum nobis series in opera misericordiæ desinat. Idcirco Divinitatis (reor) ignem intolerandum

A

B

C

D

fert Virginis uterus, formaturque de sanguinibus ejus Opifex. Quanquam, et aliæ sese offerent causæ, quibus rei hujus consideratio non perfunctorie fiet. Nunc vero cognoscite, imo vero cognoscamus Verbum in præsepi animalium jacens, qui, errore abducente de rationis statu, a Dei cognitione longe aberamus. Abeat error, qui hactenus hominem a suo Conditore sejunxit, et honorem Creatoris ut offerret creaturæ suasit. Qui ab uno vero Deo creaturam abstrahens, turbis deorum subjiciebat, cum non modo aliæ creaturæ in divinam dignitatem male ab hominibus eveherentur, sed illi sibi etiam divinitatem tribuerent, et proinde sexcentos confingerent deos, et quos liberet divinitate donarent. Quasi oporteret non modo nos a Deo procul esse, verum etiam tyrannice Deum opprimere. Proh nequitiæ institutorem ! Ille ab initio hoc excogitavit, ut similis Altissimo fieret. Ille hominem, clarum divinæ dexteræ simulacrum, non solum amanti inimicum reddidit per transgressionem præcepti, sed illi etiam constituens adversarium, imitatorem sui fecit, suadendo, ut divinam sibi dignitatem arriperet. Et hic quidem deus erat, quia gravi usus manu, tyrannidis vi, aliis excellentior evasit. Ille vero deus, quod cruentus, hominumque cædibus insignis, manu sibi ad fundendum sanguinem paratiore. Alius quoque deus, quod acri fuerit ingenio, et auctor alicujus inventi admirationem meruerit. Honoretur et muliercula, quod crines apte comptos contorqueat, et alia, quod eleganti specie lascivos deceperit et attraxerit amatores, et pro mercede meretricii lasciviæque ab iis acceperit numerari inter deos. Alius alia ratione in deorum album ascribitur. Ita Saturnus tyrannica manu in patrem insurgens, non modo nudavit imperio, sed naturalibus quoque orbavit, ea præcidens, per quæ in lucem est editus, et proinde e tyranni dignitate in dei majestatem evectus est. Ita prognatus ex eo Jupiter, paterni animi hæres, simili modo dei nomen sortitus est. Et Mars pariter, quod mortalium stragis auctor, in deorum ordinem cooptatus. Et Mercurius, quod cæteris dicendi arte præcelleret, ipse quoque numinibus insertus est. Dionysius quoque quod roris cor emollientis (ut gentilis quidam sapientia clarus dixit) inventor fuerit, divinis honoribus dignus est habitus. Sane hæc allegoriis contegere ne conentur gentiles, Saturnum in Tempus excipientes, et fabulosos rerum præsides inducentes, qui heri et nuper cum essent homines, in deos translati sunt : nam sic etiam absurda nimis sunt quæ afferuntur. Attamen ad hæc illi, ut honestiora, nequaquam confugiant, sed sine tegumento

NOTÆ.

se *origo, et causa causati* ; ab Ecclesia Græca in Menæis die 27 Maii, *Origo verarum mundi hilaritatum* ; a S. Anastasio archiepiscopo Antiocheno in Orat. 2 de Annuntiatione, *Origo prima lætitiæ* ; a S. Joanne Damasceno in Menæis Græcorum die 15 Jan. *Origo omnium amœnitatum* ; ab Innocentio papa III, serm. 2 de Assumpt. *Origo salutis, et virtutum* ; a Jacobo de Voragine archiepiscopo Januensi in Mariali L. M. Serm. 2. *Origo omnium gratiarum* ; denique a Joanne Pico Carthusiano lib. 1 in Cant. cap. 2. *Origo bonorum omnium mundique melioris.*

allegoriæ nuda esse permittant : a Phœnicibus primis (ii enim Saturno, uxori et reliquæ familiæ auctores fuere, ut dii nominarentur) veritatem discentes, qui ex hominibus primi, aris et sacrificiis honorantes illos vita functos, posteris exemplum reliquerunt cultum iis insipienter deferendi. Eodem plane modo et Minerva crinibus bene contortis habetur pro dea, quanquam parentibus non illustribus prognata ; licet eam gentiles e summo vertice ortam asserant. Et Venus loco muneris dea fuit eorum suffragiis qui cum ea libidinem exercebant : et ratum habetur decretum, quia lascivis placuit. Pana quoque, cornigerum qui primus ovilium dux fuit, legesque pastoralis curæ ostendit, necnon et Apim, et Ibes, et cæteras bestias cœtui deorum asciscant, eorumque religionem quasi deorum magnificiunt. Cui signa etiam data, causa ob quam delata est illi dignitas, fistula, et cornu, et pedum caprinorum mistura. Osiris quoque eodem titulo ab iis renuntiatur, quoniam calliditate usus suos sibi hostes subegit telis, non ut erant, sui speciem offerentibus, sed veritatem aliqua ex parte celantibus. Unde factum ut facile capti sint, quibus insidiæ paratæ erant eo quod dolum non cognoverint, sibique non consuluerint, sed in periculum sese temere conjecerint. Verum in his quidem homo vanitati inserviebat, ea sentiens quæ illi a quibus in servitutem redactus erat. Neque enim fieri poterat quin is, qui verum Deum ignoraverat, ita esset affectus, ut sibi deos crearet, nec finem ullum haberet præ ignorantia, sed ad deteriora, velut unda deflueret, effusus jam a veri Numinis agnitione. Cæterum administrantis omnia præpotentisque Dei munus erat, de salute sui opificii cogitare, sibique soli convenientem gloriam non permittere, ut aliis tribueretur, sed sibi quidem recuperare honorem, ferre vero etiam opem jacenti in summis miseriis, qui ut beate viveret, creatus erat.

Quoniam igitur ita faciendum erat, datur nobis Puer æternitate antiquior, et splendor gloriæ noctem vitæ nostræ illuminat, ut discussis per ejus radios multorum tenebris deorum, unum Deitatis lumen in Patre, et Filio, et Spiritu sancto conspiceremus ; nec personarum distinctione nos abducente ad Deorum multitudinem, nec unitate luminis cogente ut confundamus personas. Neque enim necesse est ut, juxta manes quorumdam sermones, alterum sequatur ex duobus, vel unitatem cum ternario multiplicari, vel certe ternarium redigi ad unitatem. Non enim unitas, sed personæ habent, ut distinctionem ferant, per quam nobis adorandis Trinitatem fit, ut extra unam dominationem nequaquam vagemur ; aut certe quibus ob distinctionem personarum, distinctio quoque naturarum sequitur, sibi quoque adinveniant, quid cuique insit naturæ, ut sic Trinitatem fugientes eamdem multiplicent. Quod si etiam quæ diversæ sunt naturæ, habent plane quo distinguantur a se invicem, amentiæ Dei naturam librantis erit, illud quoque dare, quo unam ejus naturam in tres discernunt. Nam ingenitum et genitum non est cur ad naturarum distinctionem proponant : quandoquidem vel in ipsis compositis, et divisionem admittentibus hæc non sunt naturas distinguentia, neque in diversa secant, quod unum est.

Verum illi nugentur ; nos autem adeamus Bethleem magni consilii Patris Angelum nostra indutum forma conspecturi, quem ex utero genitum ante Luciferum, nunc misertus nostri, de matre nasci voluit, et cum egenis et vilibus conversari, suæ gloriæ, divitiarumque hæredem. Consideremus, quæ ibi fiunt, Matrem nova partus lege utentem (9), Infantem natura ipsa antiquiorem, Deum in fasciis jacentem, in brutorum præsepi immorans Verbum, ut ego vale dicens instituto vivendi more brutorum, Verbum agnoscam, et cum eo simul quiescam. Nam quia rationis meæ nobilitas in vilitatem redacta erat, motibus ratione carentibus subjugata ; subquè ponderosa carne jacebat, quæ ei conjuncta erat ; ut sublime illam eveheret, carnem sibi unit Verbum Creator, ut et ratio suæ nobilitati restitueretur, ut caro non omnino ad ima feratur, rationi parens, non secum illam detrudens, et cum illa petente superiora, simul ascendens. Huc spectat extrema paupertas ejus qui terram fundavit, nec tamen locum habebat in quo habitaret, postquam in ea diversari voluit, sed speluncæ excipiebatur hospitio solamen indigentiæ præbentis. O res, quæ nec menti nec verbis permittunt, ut suo fungantur officio ! Non est ei locus in terra nascenti, qui illam verbo suo progenuit ! Præsepe illum suo sinu excipit, qui cœlestes sinus expandit. Cæterum terra quidem hospitium tenue dat, at vero cœlum annuntiat adesse Dominum, stellam tubæ loco adhibens, cum videret Regem ministrorum officio destitutum, soloque Matris satellitio fulgentem. Vocat ut honorem deferant promptissimos ad obediendum Magos, et ad hoc ipsum venientes. Eos igitur clamante advocat stella ; verum et pastores properant Natum quærentes, indeque de eo admoniti. Oportet enim, ut pastoribus Pastor ille appareat, qui venit, ut perditam ovem humeris impositam reduceret, quam ille ut quæreret nunc quidem advenit e porta egressus obsignata (10). Perveniet vero etiam usque ad portas inferorum, cum morte

NOTÆ.

(9) *Matrem nova partus lege utentem.* De novitatibus partus Virginei præclare omnino B. Petrus Damiani sermone 11 et 61 ; Gregorius Nyssenus homilia 13. in Cant. ad illud : *Dilectus meus candidus, et rubicundus, electus ex millibus ;* D. Augustinus in psal. 101, super illud, *Similis factus sum pellicano solitudinis ;* S. Petrus Chrysologus serm. 15 ; Riccardus a S. Laurentio lib. x de Laud. B. Virgin., et Guerricus abbas, serm. 1, de Nativ. Domini, quorum verba adducit P. Theophilus Raynaudus in Diptychis Marianis, parte 1, puncto 7, num. 30 et 31.

(10) *E porta egressus obsignata.* Respicit Leo noster ad portam illam clausam quam soli principi

fera illa omnia devorante dimicaturus. Sed hæc A sane consanguineus nemo, sub lege constipostea. Nunc vero fugiendum illi est in ipsis fasciis tutus, Regi universorum infanti munera ofsumma ipsa exinanitione, non sine sua exinanitione fert, sed adorationem præripientes alieni a manente. Jam quippe Herodes furore corripietur, cognato sangnine, et gentem ab aliis seet victimas ob infantem natum infantes Bethleem fa- gregante lege, Magi ea dant, præsignificantes in ciet, cæsaque ætate adeo tenera, ne quidem quid seipsis fore ut gentes prævertant legis cultores, agatur sentiente, intinget gladium, et regnum erit oc- et per rivos sanguinis propinquos Hebræos, in cisorum crimen. O mentem, et ferino crudeliorem in- agnoscendo adorandoque Rege illo qui nunc, ut genio! Statim videlicet infans assumet sibi imperium, ditaret, ad summam devenit inopiam. A quibus et et privabit regno? Propterea timens effuso gaudet fidei sinceritatem, et gratum piorum operum odosanguine. An vero non id cogitat, sed ut futura rem, et motuum carnis restinctionem, veluti aurpræcaveat, jugulandum existimat imnaturam ætatem, quam in suam metens perniciem non illum demetet quem quærit. Cum si opportunum tempus exspectasset quod illi forte dedisset ut comprehenderet quem quærebat, tunc eum e medio sustulisset. Nunc vero mirum cum esset, si qui quærebatur non latuisset, ob rei obscuritatem nihilominus turbatur, et planum fit omnibus illum delirare, quod infantes æque omnes affatim persecutus sit, quemadmodum rabiosi canes æque omnes obvios adoriuntur. Amentissime hominum, nunc te promittis iturum ad adorandum, et nunc sanguinem potare optas! Sed omittamus illum in sua insania, ante magnum, proque universo mundo mactandum Agnum, hostias cædentem pro illo nectas, ut etiam tenera ætas infantium non esset immunis ab offerendo munere, sed ipsa quoque offerret sanguinem Deo e virginalibus orto sanguinibus, utque puerili amentia laborantium Deo inimicorum, qui nec C tibiarum sonos, nec lamenta audiunt, ut scriptum inquit, in suo ipsorum sanguine præsignaret perniciem, quam sponte obirent, occiso per furorem debacchantium Rege gloriæ, et suarum passi animarum jacturam: quamvis non pro illo, sed ob suam ipsi rabiem, qua usi in eum sunt, et mortem, et perniciem sustinuerunt. Et hæc quidem considerare licet de cæde infantium suum offerentium sanguinem. At vero Medi rite agnitum honorent Regem, congruentia rebus offerentes munera, tanquam Regi et Deo, mortalique ad offerendam mundo vitam, auro, thure et myrrha honorem implentes. Sed ad hæc, et aliam subesse in muneribus notandam inspicio significationem. Videtur enim mihi præter id, quod ea quæ offeruntur quid in Infante D nato sit denotant, prænuntia quoque esse futuræ quamprimum ipsi hæreditatis gentium. Propterea

B excipietur Ægypto, tum ut beneficum illa recipiat, quem habuit olim punitorem, tum ut aliud mysterium hac præsentia notetur, visitandos videlicet cos, qui spiritali serviebant Ægypto, et inde liberandos, qui ductorem eum sequentur, qui infans conspicitur. Fortasse etiam fuga infantis in Ægyptum, symbolum erat migraturæ ad gentes doctrinæ evangelicæ. Sicut enim judex rex ob natum insanit puerum, ita affines illi ob amentiam Judæi, exoriente per linguam discipulorum prædicatione evangelica, furore corripientur, et aggredientur quidem cruentis animis prædicationis cursum comprimere, sed nihil efficient. Verumtamen in præsenti nefarium Herodem fugiens contendit in Ægyptum. Postmodum vero manuum scelestarum audacia, inter mortuos numerabitur, quando Scribarum et Pharisæorum caterva tendent in eum, qui venit ad ferendam salutem, insidias. Quæ ut in opus abierint, efficient ut oblationis medicorum munerum significatio suum sortiatur finem, cum ipse myrrha condietur, ut mortalis, ut vero Deus, gratum incorruptionis odorem mundo diffundet, gentesque et gentium oblationes suscipiet. Verum hæc suo tempore fient. Nunc autem quæ sunt præsentis agamus, et proposita nobis tractemus. Honoremus Domini Nativitatem, festinemus ad videndum in spelunca hospitantem. Agnoscamus tantam depressionem ejus qui est omni altitudine excelsior. Noscamus cujus rei gratia tantum mysterium fit, ut qui omnes ditat ad inopiam redactus sit, et creetur Creator et Deus nascatur ut homo, licet non more humano: ut videlicet confractum

NOTÆ.

absque aperitione, et clausura salva, perviam vidit Ezechiel. capit. XLIV: *Porta hæc clausa erit, et non aperietur, et vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per illam, eritque clausa principi.* Hæc enim prophetica verba ad Mariam ante partum, in partu, et post partum, vere Portam perpetuo clausam, sedulo accommodantur a Chrysostomo homil. de S. Jo. Baptista, Hieronymo in cap. XLIV Ezechielis, et lib. II contra Pelag., Ambrosio de Institutione Virg. cap. 7 et 8, Augustino serm. 2 et 14 in Natali Domini, Eusebio Emisseno Homil. 1 de Nativit Domini, Ruffino in expositione symboli, Damasceno lib. IV de Fide Orthodoxa, Petro Damiani serm. 3 de Nativ. Virg., Amedeo Lausannensi Homil. 4 de Laud. Virg., Germano Constantinopolitano Orat. de Nat. B. Virgin., Hesychio Homilia 2 de Deipara, Proclo Constantinopolitano in Serm. de Nativit. Domini, Ruperto lib. I in Matthæum aliisque pluribus. Vide Colvenerium in Kal. Mariano die 25 Decembris, num 4. 5. 6. 7 et 8. Ubi adducto etiam prædicto Ezechielis testimonio, SS. Patrum explicatione roborato, de porta clausa, quæ non aperitur, late probat Mariam Virginem clauso utero, atque inviolatis integritatis signaculis Christum Dominum peperisse.

instauretur, ut terra obrutum repurgetur, et inventa drachma suo reponatur in thalamo, ut ne amplius in vilitate jaceamus, nec turpiter serviamus, sed ad nostram intuentes nobilitatem, virtute sublimis exinanitionis, vilitatem commutemus, loco servitutis evecti in dominatum, pro egestate divitias comparantes, quæ sunt ejus acquirentes, qui nostra ipse sua fecit, ut hæc præstaret advenit. His honoribus ille gaudet, per hæc nativitatem adoremus. Induamus, fratres, sensum ejus, qui non erubuit noster fieri frater, non aspernatus est nos in vilissimo jacentes subsellio, ne contemnamus et nos in simili fortuna positos. Qui hac etiam in parte multam Dei benignitatem experimur, cum plura possideamus quam ii quorum par et similis ad vitam fuit ingressus. Ne tibi subrepat ut cicatrices conservi exhorreas, cum ipse abominandus exstiteris, non cicatricibus invito inflictis, sed quas tibi sponte intulisti, et Regem tamen ad te accedentem habueris. Ne humilem gravi opprimas manu, memor vexationis quam tyrannica oppressus manu sustinuisti, et auxilii quod habuisti. Ne habueris odio Creatoris imaginem, ne invideas, qui propter invidiam mala es passus, infausti dæmonis, quique primus in Dei imaginem invidos oculos adjecit, animum imitatus. Nec te facias tanquam vas, in quo sit positum venenum, quod qui inscius acceperit, damnum contrahit. Ne carni indulgeamus, nec inferius permittamus ut A potiori dominetur. Ne colligamus amaritudinem ex demulcente voluptate. In summa pelliceas exuamus vestes, nam quod illis amicti fuimus, idcirco pannis involvitur Dominus. Fiamus revera dii, ex Deo vero id accipientes, non ut ab apostata dæmone velimus nos in tantam dignitatem intrudere. Fiamus filli Altissimi propter eum, qui factus est hominis Filius. Ita honorem conferentes nostrum, honoremus eum qui devenit ad homines ut honorem homo assequatur. Ita affecti cum angelis gloriam tribuamus, et simul cum pastoribus curramus, et cum Magis exspectationem gentium adoremus. Neque enim est quo magis honoretur quam honore et gloria, quæ nos deferimus quorum suscepto sanguine frater exsistit. Sed, o qui e celsitudine gloriæ B tuæ ad nostram descendisti humilitatem, nec tuam liquisti altitudinem! o Salvator eorum, quos ut converteres male a te aberrantes exinanitus es! o recens Homo, et Verbum æternitatem superans, esto tibi et nobis pro natalitiis muneribus hæc oratio. Refer tu nobis, ut gubernes et administres, una cum iis quibus gubernacula tradidisti, mundi navim, ut sub te gubernatore, superiores omni procella, navigationem peragamus, cessante undarum vi, et in tutum deveniamus portum: ubi positos, et tranquillitate fruentes, abduxerunt impetuosi et vehementes venti. Quo nos devehas appulsos, post hujus vitæ trajectionem, laudantes et glorificantes te in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO VI.

In Christi nativitatem, quando ex immaculata nube transvectus in seniles manus, umbrarum templum ingressus est Sol gloriæ (11).

(Maracci, loc. cit. p. 72.)

Christi solemnitatem honoramus (12), qui rite C omnibus tribuendum statuit honorem. Christi sacram agimus celebritatem, per quem profanæ sacrorum celebrationes exstinctæ sunt, et sanctæ dierum festorum observationes exortæ. Quo in spelunca orto, ut luce, et nunc præsentem nobis illustrante diem, ipsi quoque splendemus. Rursus enim is, per quem exsultationis lumen conspeximus, qui in tenebris ærumnarum sedebamus, profert solemnitatis hilaritatem: non e spelunca radios diffundens, sed quasi nube matre Virgine vectus; nec in præsepi jacens, sed paternam subiens domum. Qui terram, hominis parentem, Verbo procreavit, Matrem sibi pridem faciens, naturæ leges innovabat, e vulva progrediens sine semine. Nunc vero communi eorum lege quo- D rum e semine carnem assumpsit, qui eam in Sina condidit, veluti debitor mandata ejus impleat, Gloria Israel, gentium Lumen. Omnes gentes, conferte laudem, ecce enim Deus factus est puer degitque sub lege, ut et constitutis sub lege opem ferat, quod illi deerat supplens, et viventibus sine lege gentibus notas faciat suæ bonitatis divitias. Nam quia lex Dei digito scripta non valebat rationem deturbatam, ejus opera, qui primo illam pravis abduxit suasionibus, ad frugem bonam reducere nec velut organum harmonia destitutum, sua propriis aptare concentibus, nec docere ut res suas bene disponeret: sed mala deteriorum additamento crescebant, cum satis non esset nobis ausos fuisse contumaciam, sed una cum præcepto rejecissemus et Dominum, mente, instar pulli frenum mordentis, et præcipitem se agentis, tota ruente. Quoniam igitur manu Dei scripta lex ita præcipitem cohibere non poterat, ipsemet legis scriptor, superessentiale Verbum, rerum omnium productrix sapientia, per creaturæ crassitudinem creaturæ unitur: evaditque ipse lex, et præceptio, per seipsum incompositos corrigens, et conspicitur immutabi-

NOTÆ.

(11) Hanc etiam orationem sub Leonis imperatoris nomine exhibent Græce mss. codices Vaticani, et Messanenses, egoque illam ex Vaticano codice, per Jo. Matthæum Caryophilum Iconiensem episcopum Latinitate donatam exhibeo

(12) Initium hujus homiliæ convenit cum ea quæ hic quarta edita est. Sed post initium ex alio textu Græco translata est, et ideo eam hic etiam edendam esse censuimus Edit. Patr.

lis figura Patris sub mutabilitatis specie, fitque Patri ac nobis sequester, soluto pariete interposito. Ne desipiat insana mente Judæus, nec diem aversetur, ut noctivagæ solent animantes, sed oculis livore non depravatis divinæ incarnationis fulgorem inspiciat in iis quæ sunt penes ipsum. Nec gentilis veritatem derideat, qui turpitudinem suam deitate donat, risuque digna honorat, et fabulas; qui sibi deorum turbas ex pravi animi affectibus conficit et nefanda eorum gesta veneratur; et celebrat quæ alto sepelienda forent silentio; et, ut verbis eorum utar, galea Plutonis, et inferorum tenebris contegenda. Qui non solum humana specie, sed boum quoque, et volucrum, et delphinorum, aliarumque belluarum inter homines versatum arbitratur Deum, et amatoriis aculeis in omnia deos mutatos. Modo quippe Neptunus, ut cum adolescentulo ludat ad maris littus delphinum induit, et cum amasio natat, sinumque pueri sensim obrepens, trahensque in profundum, perdit, et obsceni amoris donum dat mortem; deinde amator pro acerbo munere, lacrymas offert funeri amplas, Nereidum planctu defunctum honorans, et ob ingentem animi mœrorem, maris administrationem abjiciens, nec ob factum uxoris Pelei pudore suffusus, ipse effeminatior cum illa modico fletu filium deploraverit, et dolere desierit. Et hæc quidem Neptunus. Modo vero Mercurius ut muliercula pascente potiretur, jumentum fit, et saltando Dionem oblectat, et fugam simulat, et a currente puella capitur, et in dorsum insilientem excipit (et reliquam turpitudinem silentio transibimus), nimirum imitatus bovem illum, deorum, principem, cujus tergo Europa insedit. Annon erant fœditates istæ in divinitatis opinionem efferendæ, sentiendumque de illis, utpote diis, quibus tantam turpitudinem testificantur? Verum hæc quidem abominanda sunt; cætera quid honesti habent? Quomodo illud non dignitatis plenum? Apollo deflens tum quod puella, quam deperibat, elapsa esset e manibus, tum quod juvenem infeliciter a se amatum disco occidisset, idque sibi ex fœdo provenisset amore, ut male is vitam perderet, ignorassetque Phœbus quod ex ludo eventurum erat, cum tamen sederet aliis futura prædicens. Illud vero plene quomodo non divinum? Cœlites simul omnes in Ægyptum fugere, inque belluarum formas mutati quod terribilem Typhœum sustinere non possent, qui nuper giganteo sanguine ortus deorum turmas solus in fugam vertebat? Illud porro Veneris cum Marte adulterium, et rursus cum Adonide concubitus, quem etiam apri ictu necatum amatoriis lavat lacrymis? Quid Juno e cœlo pendens, quam Jupiter conjux, quia propter Herculem zelotypia laborabat, gravi catena suspendit? Sed ubi reponemus eas, quæ cum artis æmulo Thamyride certantes, præmium certaminis proposuere scortationem cum sese omnibus? Deorum quoque progenitor, a quo filii sunt male habiti, et qui a sua sobole male est habitus, quomodo non patitur? quomodo Deo digna non agit? Hoc autem qua ratione Dei majestatem non indicet, et magnificas non constituat solemnitates, quæ apud ipsos talem habent originem? Jovis post laborem pugnæ cum gigantibus ad petram Venereum somnium, quam prope obdormierat, et quæ illi igneum progenuit deum.

Sed de rebus turpissimis satis. Valeant enim gentiles monstra hæc confingentes, et ignominiarum honore, tum fœditatem eorum quos a se honorari putabant, tum suam insipientiam divulgantes, et per deorum multitudinem in Dei abnegationem prolabentes. Nobis autem unus est Deus, Pater, Filius, et Spiritus sanctus, non adaptatis uni personæ nominibus, sed personis tribus naturæ unitate conjunctis. Abeat in malam crucem hujus delirii auctor, qui tribus appellationibus unam immutat personam; vel illud stupidus non animadvertens, quod dum unam personam honorare vult his nominibus, non sinit eo nomine illam vocari quod ipsi imposuit, nec positum esse permittit quod indidit; si vere posita sunt, quæ successionem non admittunt, quomodo igitur illam suam personam vocabit Patrem, si hæc appellatio transit in Filii appellationem? ut non modo dicam omnino patrem dici non posse, nisi sit alicujus pater? Quomodo etiam vocabit Filium, qui abit in Spiritum? Unus ergo est nobis Deus in Trinitate personarum, ita ut neque ob ternarium dividatur diversarum naturarum sectionibus Deitatis unitas, nec ob naturæ unitatem confundantur personæ; sed tria semper sint, Filio nequaquam ex nihilo emergente, nam et Pater ex nihilo emergeret; nec etiam Spiritu, ne videatur imperfectus antea Deus, postea defectus deponere; sed una cum productore Patre sint et ea quæ producuntur, Patre quidem, et Spiritu sua in simplicitate manentibus, Filio autem assumente nostram naturam. Oportebat enim, postquam Deo placuit, per viscera misericordiæ, cum nostra forma, rationis nostræ, quæ defluxerat, nobilitatem ad se revocare, Filium esse qui hoc præstaret, non modo quia maneus in eo, quod æternum habuit, nullam erat suorum facturus jacturam; sed quia etiam Verbi erat removere a nobis per suum commercium nostræ rationis detrimenta. Idcirco qui sæcula condidit, sumit initium æternitate posterius, et immaculato puerperio meam procreationem honorat; et quod celebramus hodie, carne offertur in templo, me sanctificans de profano et impuro impietatis vivendi instituto. Hoc est, quod hodie per dispensationem efficit, qui pro nobis factus est infans. Hoc celebramus, oblationem in templo infantis, cui linguarum ignearum offertur laus. Quis non horreat? Quis non obstupescat? Quis non agat gratias? Qui omnia perficit ut Deus, imperfectæ mortalium æta-

tis formatione parvus conspicitur. Qui consessor est Patri, maternis gestatur manibus. Ille, cujus verbo vocata prodiit lux, obtectus caligine vitæ nostræ progreditur. Obscuri gentium oculi sedentium in tenebrosa mortis nocte, illuminamini, lucidum vitæ diem conspicientes; sublatæ etenim sunt ignorantiæ tenebræ, quibus divisi a Deo detinebamur: seipsum ad hoc permovente magno misericordiarum Patre, qui verum ostendit lumen pereuntibus in tenebris. Abiit mœstitia splendore gloriæ nobis affulgente. Videant salutare, qui de peccati offuscatione cæcutiunt. Ecce enim puella puris manibus insidentem portans, in templum succedit umbrarum, sacerdotis manibus offerens illum (13). O profundam Dei ad nos demissionem! Qui ad ministrandum delegerat Aaronem, et antea Mosem allocutus erat, quem etiam præsentia docebat mysteria, dum illi posteriora ostenderet (futurum quippe cum hominibus suam conversationem obscure Deum præmonstrans, famulo posteriora ostendit), tanquam sacerdotali benedictione indigens, sacerdoti offertur. Ita illi placuit errorem corrigere, quem ego, in legem peccans, admisi. Quæ tanta clementia! Quæ pietas ineffabilis! Servus ergo herilibus privilegiis ornatus, et quasi heri vita degens, custodem gloriæ meæ (*a*) non refugit a traducenda cum servis communi vita, ob idque positæ servis obsequitur legi. Quorsum id vero? Nimirum ut me instruat, qua ratione incompositorum morum defensionem habeam, et liberer inobedientiæ crimine. Ut si quis liberorum amantissimus pater, natum videns obnoxium luendis pœnis, malorum causam filio tollat opere suo aliquo longe præstantiori. Quodnam hoc opus formidabile, cunctisque excellentius, quæ a Deo sunt facta? Magnum quid profecto est cœlum extensum, et nullo fundamento subnixa tellus, verboque lux obtemperans ad universi ornamentum, et ante hanc expers materiæ multitudo, prompta ad ministerium. Verum Deus in vulva susceptus, et formatus, majus quid est et admirabilius. Hoc divinius est et sublimius, Deus pro me ubera sugens, et gestatus manibus; licet hoc loquentibus iniquitatem in excelso [36], ansa fiat inhonorandi Unigeniti: quasi vero ob præstantiora opera rerum penitus sit aspernandus; aut inde conari vires cujuspiam negare, unde excellentis provenire debet attestatio roboris. Quid ais? Quoniam obruto tibi tenebris affulsit lux, idcirco contemnis lucem? Et quia Rex tuarum ærumnarum misericordia permotus accedit ad te, nec alteri committit hoc, sed ipse suo ministerio pietatem exhibet, parvipendis beneficii gloriam propter beneficii magnitudinem? Celsitudinem ejus deprimendam putas, quoniam se ille ad te demisit? Certe ob id potius magnificandus erat ille. Tu vero quia infantem audis, et fascias, et manus amplectentes, et quæcunque fiunt œconomice tuæ salutis causa, Verbum sempiterna sua gloria privas? Perinde ac si regem quoque corona privandum putares, quoniam ipse accedens ad te, laboribus doloribusque eximeret. Quoniam propter te creatur, dum fit Matris Filius, idcirco eum a paterna unione secernis, et creaturis annumeras, cum ne inferior quidem generatio capi a curiosis possit (14)? Obtecta quippe est et illa impermeabilium tenebrarum involucris. Tu vero fixis, ut aiunt, oculis, præ impudentia, quæ sunt anteriora sæculis comprehendis, et statuis de Filio ut meditationi tuæ placet, ut cæca est, acuta tua mentis acies, et stolida sapientia?

Verum dimissa dementium insania, redeamus ad ea quæ præsentia sunt, Deique mysterium veneremur, sanis oculis intuentes mundi solatium, cum ad templum ingreditur. Jam nuper versanti in spelunca Regi e cœlorum regia satellitium adventabat, supernæ accinentes turmæ. Stella ducem se præbens regibus, jacenti in præsepi Domino adoratores adducens, et inopia stipabatur a dominatu, divinis opibus indicantibus spontaneam tecto domoque carentis egestatem. Quid

[36] Psal. LXXIII, 8.

NOTÆ.

(13) *Sacerdotis manibus offerens illum.* Sacerdotis manibus Deo obtulit Filium suum B. Virgo in die purificationis, per hanc et ipsa oblationem spiritualis sacerdos constituta. Unde Carthagena Homil. 7 de Purif. B. V. et Præsentatione Christi Domini, Mariam vocat summam sacerdotissam, sacrificium Filii sui Deo offerentem in veste puritatis candida. Integroque discursu ego aliquando demonstravi Deiparam Virginem in die Purificationis tanquam spiritualem sacerdotem æterno Patri Filium suum sacrificasse, adductis inter alia illis B. Thomæ a Villanova verbis, in concione de Purificatione beatæ Virginis exaratis: *Postquam ad altare ventum est, Virgo sacra genibus flexis divino inflammata Spiritu, plus quam Seraphim, filium manibus tenens, ipsum offert Domino, munus, et oblationem acceptabilem Deo, in hunc modum orans: Suscipe, Pater omnipotens, suscipe oblationem hanc, quam tibi offero pro toto orbe, ancilla tua. Suscipe communem Filium, tuum ab æterno, meum in tempore*, etc. Vide S. Methodium Orat. in Hypapantem, Guerricum abbatem Serm. 5 de Purif. B. Virg., S. Brunonem Carthusianum, vel potius episcopum Signinum Serm. de eadem, et D. Bernardum abbatem Serm. 2 et 3 de eadem pariter purificatione, ubi de hac B. Virginis spiritualis sacerdotissæ oblatione, omnino præclare.

(14) *Cum ne inferior quidem generatio capi a curiosis possit.* Hinc dixit Isaias propheta cap. LIII: *Generationem ejus quis enarrabit?* Quasi dicat: Nemo; cum sit omnino incomprehensibilis et ineffabilis. Hunc enim locum accipiunt Patres de generatione Christi, non solum divina ex Patre, ut S. Basilius lib. 1 contra Eunomium, et Chrysostomus lib. 1 de incomprehensibili Dei natura; sed etiam humana ex Matre, ut S. Athanasius in lib. de Incarnat. Verbi, Justinus martyr Quæst. 67 ad orthod., Tertull. contra Judæos cap. 13, et alii plures.

(a) Deest aliquid. Lege, *custodem gloriæ meæ repuli, Dominus autem non refugit*, etc. Vide homiliam 4, supra col. 31 C EDIT.

vero præsentia? Mater, quæ non peperit communi matrum lege prolem, ut suam primogenituram sistat Deo, procedit ; infantem pannis involutum vilibus sacerdoti offert; suscipit sacerdos. Quid deinde fit? Ulnis excipit infantem, utque Domino hymnum concinit, ut nuper genitum naturæ germen accipit, et e vita dimitti ut Creatorem rogat. Quid loqueris? Quid novi est, o sacerdos? Cum iis quæ videntur, verba tua non conveniunt. Ubi dominationis fastus? Ubi majestatis tuæ satellites concursantes, præeuntes? Vides quanta rerum inopia, et Dominum vocas? Infantem nuper in vitæ lucem editum tenes, et verba facis, quasi ad vitæ imperium obtinentem? Quomodo rebus adeo parvis et tenuibus, magna et admiranda accommodas? Et gloriam Israel, et lumen vocas gentium Infantem inopis Matris (15)? Sed adde, quæ restant, ad laudationem ejus, qui sub nostræ carnis velamento lux latet. Quid tandem aget? Quid molitur? An duas ille res peraget, aliorum resurrectio, aliorum ruina futurus, qui tibi, o senex, conspicitur a duobus constans, dejectos bono in statu collocaturus, tumidos depressurus: quando et Mater virginitatis integræ gladio doloris transfossam sibi sentiet animam (16)? Norat enim deicidarum facinus, et fore ut cruentæ manus armarentur in eum, qui sacris vehebatur manibus. Nunc sane illum in fasciis furens persequitur Herodes. Et Ægyptus excipiet illum. a quo olim vapulavit propter hospites male acceptos, et intingentur gladii in infantum cæde, ut Infans necetur. Oportebat enim Deo in terra nato de sanguinibus Virginis, æquales sibi per sanguinem in cœlis nasci; et primam illam ætatem, e præsentia Domini fructum percipere, quæ prima illum in suis habuit: cædem illo sustinente pro regenerandis omnibus, quando Patris magnus Apostolus, absoluto opere propter quod est missus, omnibus simul pandet sinus cœlestes. Sed cave tu iterum ob apostolatus nomen, Unigeniti imminuas gloriam, nec dominatum in servitutem redigas; alienum illum a paterna natura constituens. Sed apostolatum audiens, æqualitatem considera. Hæc ad eos, qui beneficiis affecti, ingrati sunt, et honore aucti ac sublimati per Verbi humilitatem inhonorant honorantem, proque fastigio cacuminis reddunt depressionem. Sed redeamus ad sapientem senem, qui in profundo humilitatis prospexit altitudinem magnitudinis, et sub testaceo naturæ nostræ operimento Margaritam Deitatis invenit; cujus pulchritudine plurimum delectatus, ad sacrum carmen modulandum alacrius movet linguam. A quo remunerationis nomine, eo quod senex eum in ulnas acceperit, discessum e vita impetrans, abiit ad inferos, annuntiaturus detentis inibi egenis, quas vidit ipse divitias. Cui appropinquans, torporemque flaccidæ carnis deponens, reflorensque sensibus, spiritu obit spiritale ministerium. Enimvero propheticis olim oculis per symbola præmonstrata sunt, quæ fiunt, et in forcipe, et pruna erat ænigma, continente illo, hac propheta labia tangente, et propheticam inflammante mentem. Itaque quæ nunc sunt res, ænigmata tunc erant: lacte nutriens et Virgo manens (17), inaccessibilis et portatus, Puella tanquam forceps prunam divinitatis tenens, quam etiam manus sacerdotis tangentes sanctificantur, et os vaticinio Spiritus impletur; ulnæ corporeæ illum amplectentes, quem intueri non audent immateriales oculi. Qui materialem nostram substantiam essentiæ suæ uniens, facit ut sua intoleranda majestas in materiali nostro portetur: et fasciis quidem alligatus est, sed portantem sacerdotem corporalibus solvit fasciis, ut rugosis ille oculis vidit, quod nuper apparuit, Salutare Israel. Oportebat enim subterranea incolentibus loca nuntiari quæ supra terram fiebant admirabilia, docerique illos etiam advenisse mundi salutem, Deumque gestare carnem, et puerum esse, qui est ante sæcula: et nutrimenta subministrantem, lac sugere: adventurumque ut afflictos ab ærumnis liberaret, essetque interim illic morantibus patientiæ largitor. Ideo Symeoni responsum datur e carnis ergastulo se non exiturum, ni videat Salvatoris adventum [36]. Adam aures mœrore oppressas aperiet lætitiæ nuntio, et Creatorem narrans gestari manibus, mœstitia posita, senem spe efficiet alacrem. Eva ubi didicerit e muliere natum, partus dolorum maledictionem non ægre feret, quam hæreditatis nomine posteris transmisit. Moses ab eo legem impleri sciet [37], cujus digitis scriptam accepit, et ea jam effecta reddi, quæ in igne et rubo viderat. Omnes detenti in inferis, et in mœrore jacentes, præconem suscipient lætum. Erat porro immensi

[37] Exod. III, 1 seqq.

NOTÆ.

(15) *Inopis Matris.* De paupertate beatæ Virginis late inter alios agunt Richardus a S. Laurentio lib. IV de Laudibus Virg. a pag. 279, et deinceps, et Pelbartus in Stellario lib. VII, part. 2, art. 3, cap. 10. Quos tu consule.

(16) *Gladio doloris transfossam sibi sentiet animam.* De gladio doloris, quo anima B. Virginis transfossa fuit ob passionem et mortem Filii, plura habes ex SS. Patrum monumentis hausta apud Georgium Colvenerium in Kal. Marianò die 18 Martii, Justinum Micchoviensem tomo II in litanias Lauretanas, super illud Virg. elogium : *Regina martyrum*, et Theophilum Raynaudum in Diptychis Marianis p. 1, puncto 9, n. 6, 7, 8 et 9.

(17) *Lacte nutriens, et virgo manens.* Virgo, manens virgo, lac habere naturaliter non potest. Licet enim S. Virgo Liduvina, et aliæ quædam in nocte Dominicæ Nativitatis lacte redundarint, ut habent Acta ejusdem S. Liduvinæ lib. II, cap. 4, tamen hæ virgines lac non habuerunt naturaliter, sed supra naturæ debitum et efficacitatem lac illis suppeditavit Deus. Quomodo autem fuerit lac Virgini absque viro Matri optime edisserit Raynaudus in Diptychis Marianis p. 1, p. 8, num. 2.

hoc etiam erga homines amoris, non modo ipsum advenire afflictis, et angustias patientibus solatium, sed prænuntiare quoque beneficium, ut spe bonorum levior esset malorum gravitas, et ea tanquam rore mitesceret flamma dolorum. Cæterum senex quidem decrepitus, et sacerdos (18) antiquiori se Infanti manus ad excipiendum obtulit ministras, et futuræ salutis decantato hymno mercedem accipit, ut e vinculis corporeis avolet. Quid porro nos, qui vetustatem deposuimus regenerati per generationem, qui oblati sumus Patri ministerio humano dilecti Filii ejus, quod ministerium, quod obsequii specimen offeremus? An certe nosmetipsos offeremus, propter quos tanta exinanitio, tantaque condescensio, ut integram servemus imaginem, nec vitiis obruamus colores vivos, quibus picturam suam ornavit Dominus? Sin minus, ut non oscitanter repurgemus, sed pulchris iterum decoremus illam coloribus? Fiamus Patris altissimi filii, propter eum qui ex infimo conditionis nostræ loco Matrem agnovit. Fiamus Dei templum; hoc enim est quo spectat adventus Dei ad homines. Ornemus virtutum donariis nosmetipsos, et latitantes quasi de latibulis serpentes, pravos affectus omni conatu ejiciamus. Aperiamus manus conservis beneficas, qui bona quæque a Domino recepimus. Humani benignique simus, qui benignitatem experti sumus. Ad spiritualis incrementum ascendamus ætatis, ob ejus reverentiam, qui ætatis imperfectæ fuit, ut nos ad statum perfectum perveniremus. Purgentur igne labia nostra, licet quippe et nobis prunam attingere purgatricem. Imo vero cum eo frui jam nobis Dei beneficio contigerit, ne purgationem contemnamus quæ inde consecuta est. Ita accedentes puri ad eum qui in templo hodie offertur, cum annosa et casta Anna confiteamur Domino, cum sacerdote dierum pleno in ulnas excipiamus. Consalutemus Matrem semper virginem, non ea referentes quæ nequam Synagoga molietur in ejus primogenitum; nec illud: *Tuam ipsius animam pertransibit gladius* [35.40]; sed læta afferamus, beneficia, quibus, ut hæreditate quadam, orbis terræ fines fruuntur, recensentes Virginis, cujus gaudio ditati sumus. Clamemus ad immaculatam penitus Virginem (19) voce non indigna: Magnificamus te, per quam is, qui res magnas efficit, suorum operum maximum et maxime stupendum peregit; quæ in sinu tenuisti continentem cœlos, cujus ubere nutritus est qui omnibus ex humo alimenta producit, quæ inter mulieres una benedicta es, et benedictionem hæreditatis loco effudisti in universum genus, per te e nobis rite sublata invisa parentum hæreditate. Ænigmata te antiqua præsignabant Matrem, partus felicitate præcipuam. Thronus, et Forceps, et Domus gloria plena, et quæcunque alia. Videbant quidem oculi, interim tamen umbram videntes, te referentia cernebant mysteria. Nunc vero tu hæc prodiens aperta et manifesta reddis, mutatis umbris in lucem gratiæ. Nunc te liquido Cherubicum, imo nobiliorem conspicimus thronum. Nunc te forcipem agnoscimus igniferum, et plenum sanctimoniæ templum. In te enim quasi throno requievit Dominus, et tanquam forcipe arreptus est, quem nihil ferre potest; et quasi domo exceptus est, qui capi nusquam potest. Beata vere es sola inter mulieres, quæ nos etiam tuæ felicissimæ beatitatis fecisti participes. Sed, o Virgo, et Mater, de cujus immaculatis sanguinibus formatione facta, tanquam in codice Verbum legimus, et rationis orbationem deposuimus. Ipsa Filio tuo sermonis nostri munus offerto (20), indignum illud sane, a me tamen elaboratum honorante quod ille hodie pro nostra salute gessit. Accipe hoc; te enim adjutrice mea fretus, suscepi laborem; quæ me a puero ad hanc ætatem protexisti, et ut semper protegas oro. Ne tua nos defensione destituas, sed

[35.40] Luc. II, 35.

NOTÆ.

(18) *Senex quidem decrepitus et sacerdos.* Symeonem sanctitate et senio venerabilem, qui Christum Dominum in sua Præsentatione in templo suscepit in ulnas suas, fuisse sacerdotem, censent cum Leone nostro Lyranus, Dionysius Carthusianus, Cajetanus, Franciscus Lucas, et Toletus in cap. II Lucæ, ac S. Athanasius Lib. de Communi essentia Patris, et Filii, S. Cyrillus Hierosolymitanus Orat. de Occursu Domini, S. Epiphanius Tract. de Patribus Veteris Testamenti, et Canisius lib. IV de Deipara, cap. 10, ideoque ut sacerdotem benedixisse Mariæ et Joseph, Luc. II, vers. 34. Licet eum fuisse laicum, non sacerdotem, opinentur Theophylactus, Euthymius, Jansenius, et Barradius, ac benedixisse Mariæ, non ut sacerdotem, sed ut senem. Vide Cornelium a Lapide in cap. II Lucæ, vers. 25.

(19) *Ad immaculatam penitus Virginem.* Ut recte, pie, et prudenter beatam Virginem penitus immaculatæ, imo immaculatæ solum nomine compellatam esse dicamus, facili deductione asserere licebit eam omni prorsus peccati originalis macula carnisae. Primo quidem, quia (ut in suo Tract. de Concept. cap. 13, inquit Lezana) si vim negationis, quæ per nomen Immaculata significatur, recte pensitemus, invenietur certe ad omnem temporis differentiam extendendam fore. Negatio enim illa, *In*, vim universalis habet; ac si doceat nullam prorsus maculam neque actualem neque originalem Deiparam habuisse. Secundo, quia, si femina corrupta semel, non potest imposterum incorrupta nuncupari; quomodo SS. femina Maria, si aliquando originalem maculam fuisset perpessa, posset imposterum immaculata vocari? Cum ergo passim immaculata, imo prorsus immaculata a Patribus et conciliis appelletur, signum est illam ab omni penitus originali macula fuisse immunem.

(20) *Ipsa Filio tuo sermonis munus offerto.* Et Cæsareo Leonis exemplo, et SS. Patrum suasione, ut nostra sint Deo munera gratiora, Mariæ prius manibus, per has Deo offerenda, consignare debemus. Hinc S. Bernardus in serm. de Nativ. B. Virg. ait: *Modicum illud, quod offerre desideras, gratissimis illis, et omni acceptione dignissimis Mariæ manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam.* Consonat Albertus Magnus serm. in Dominica 5 post Pentec. de B. Virgine sub nomine Naviculæ in hunc modum loquens: *Bonum est, charissimi, ut nos peccatores munuscula nostra, id est, orationes, lacrymas, eleemosynas, ac*

alis obtegens, quibus ab initio fovisti, vitæ cursum ad optimum dirige finem; simul administrans imperium, quod administrandum tu sequestra dedisti; servans mihi eximiam tui Filii hæreditatem; perficiens (quod omnibus ego præfero) populi tui electi gentis sanctæ salutem. Pro his fundere preces nunquam desinito (21); nec quia pœnas ego debeo, multa ipsi experiantur. Habes quibus fle- A ctas, habes quibus suadeas: manus quibus portasti, ubera quibus lac dedisti. Fascias illi ad memoriam revoca, et quidquid Infantem nutriens egisti, qui ut populum sibi gloriosum acquireret, esse Infans voluit. Crucem, sanguinem, vulnera, per quæ salutem, per quæ gloriam adepti sumus, et utinam adipiscamur, acquisitionis populus, et nunc ejus providentia fruens, et in sæcula. Amen.

NOTÆ.

jejunia nostra per hanc fidelem Naviculam nostro Judici præmittamus, ut cum venerimus ipsum propitium inveniamus. Iterumque in Biblia Mariæ, super librum Levitici initio: *Regina mundi dicitur Ostium præsentationis, ad quod omnis peccator præsentari debet. Levit. cap. 1, Homo qui obtulerit, Glossa, voluntarie, hostiam Deo ad placandum sibi Dominum, offeret primo ad ostium tabernaculi, id est, ad Mariam.* Favet Richardus a Sancto Laurentio lib. II *De laud. Virg.* col. 86, dum scribit: *Non possunt summæ Trinitati displicere xenia, quæcunque manibus tam dignæ gerulæ, Mariæ scilicet, committuntur.* Suumque suffragium non denegat S. Sabbas in Menæis Græcorum, die 3 Januarii, Ode 9, dum clamat: *Venite, atque omnes mentibus puris, intaminatisque labiis gloriose laudemus illam Emmanuelis intemeratam et super omnes virgines purissimam Matrem, sacrificia Deo, ex illa nato per eamdem offerentes.* Sanctus quoque Joan. Damascenus in Canticis ecclesiasticis Græcorum huc spectans cecinit:

Tu fidelium, o Virgo,
Supplicantium preces
Ne contemnas, sed admitte,
Et eas offer tuo
Filio, casta Virgo, Deo,
Qui solus benignus est,
Nam nostra es advocata.

Nec silebo Henricum Susonium in Commendatione C et Encomio illustrissimæ Reginæ cœlorum his vocibus cum Maria loquentem: *Cum surgo mane, ad te primam respicit anima mea, et cum sero dormitum abeo, te postremam contemplatur; certa videlicet quidquid purissimis manibus tuis oblatum, et commendatum fuerit, gratum, et acceptum reddi apud Deum, etiamsi in se ipso vile et exiguum sit, idque ob tuam Deo id exhibentis dignitatem. Neque enim rejici ullo modo potest aut respui quidquid ipsa, utpote purissima, charissimo Filio tuo præsentaveris.* Neque abire patiar Philippum abbatem Bonæ Spei lib. IV in Cant. cap. V, ad illa verba: *Ferculum fecit sibi rex Salomon*, his verbis utentem: *Ferculum Virgo est, quam sibi ad hoc idem Sponsus voluit præparari, ut per eam mererentur, quæ per se non poterant, præsentari. Qui ergo sylvestri prius amaritudine fuerunt odiosi, suscepti a Ferculo, fiunt suscipientis merito gratiosi, nec est, qui Salomonis convivio placere mereatur, nisi quem offerri sibi a* D *Virgine, velut a mensa propitiatoria gratulatur.* Sic ille. Porro sicut olim Ruben, ut legimus Gen. XXVIII, inventas mandragoras Liæ matri detulit, ita nos bona nostra, aliaque pietatis opera beatæ Virgini deferre debemus, et per ipsam Deo, ut illi gratiora accidant, offerre. Ob hanc enim causam de sero pulsatur Ave Maria, ut si quæ bona fecimus illo die, per Mariæ Virgineas manus Filio suo, Domino nostro Jesu Christo, ne repulsam pati possint, offeramus. Obtulerunt Magi Domino munera, aurum, thus et myrrham, sed mediante Virgine, ut probat Novatus de Emin. Deip. cap. 12, q. 2, ad significandum per manus Mariæ esse offerendum quidquid boni operis Deo offerre in animo habemus. Maria enim est thuribulum aureum Apoc. cap. VIII, per quod non solum orationum, sed quorumcunque bonorum operum incensa, ut placeant Deo, sunt offerenda. Ipsa Arcus cœlestis petitiones nostras vota, desideria, gemitus, lacrymas, tanquam sagittas suscipiens, ut in cœlum ejaculetur, et in Dei pectus valide infigat. Ipsa spiritualis sacerdos, per cujus purissimas manus nostrorum bonorum operum sacrificia, ne rejiciantur, sunt Deo Optimo Max. præsentanda. Licet autem, ut in prologo suæ Contemplationis inquit Idiota, *Maria preces, et sacrificia servorum suorum, et maxime quæ sibi exhibentur, repræsentet in conspectu divinæ majestatis,* B tamen, ut benemonet Gulielmus Parvus in cap. III Cant. apud Delrium, *Fœdas petitiones Mater Filio non offert, nec suscipit offerendas.*

(21) *Pro his fundere preces nunquam desinito.* Et merito quidem Leo beatæ Virginis preces exposcit; cum nullo modo eæ apud Filium irritæ sint, aut esse possint; et plus solæ apud Deum valeant, quam omnes simul hominum angelorumque orationes. Et certe Mariæ preces irritas nunquam apud Filium esse asserit idem Leo in oratione sequenti de Assumptione, dum cum Maria loquens ait: *Nihil tibi abnuit, sed omnia per te concedit, qui creaturarum bono te in hanc edidit lucem;* asseruntque Georgius Nicomediensis orat. in SS. martyres Cosmam et Damianum; Theophanes in Menæis Græcorum die 18 Januarii, ode 5; Bonaventura tomo III, sermo 3 *De beata Virgine;* Bernardus in sermone inscripto *Virginis deprecatio;* Goffridus Vindocinensis serm. in omni festivitate beatæ Mariæ; Amedeus Lausannensis homil. 7 *De laud. Virg.* et alii, quorum verba adduxi in Mariali S. Germani patriarchæ Constantinopolitani in notis ad orationem 1 *De dormitione SS. Deiparæ* num. 7. Mariam vero solam plus suis precibus valere apud Deum, quam omnes homines et angelos simul, testatur Richardus Victorinus ad illud Cantic. IV, *Duo ubera tua, sicut duo hinnuli gemelli*, dum ait: *His hinnulis beatæ Mariæ ubera comparantur, quia cum tam angeli, quam sancti pro peccatoribus solliciti sint, et eis tam meritis, quam intercessione subveniunt, credendum est beatam Virginem tantum in hoc posse, quantum utraque simul creatura, imo utraque potentior judicatur;* testatur Georgius Nicomediensis orat. supra citata in SS. martyres Cosmam et Damianum, dum scribit: *Habetis faventem Largitoris Matrem, ac creatorum reginam, intercessionem illam exaudiri facilem, feminam, inquam, uti gloria incomparabili, ita et supplicationum efficacitate semotis a materia mentibus omnibus, Deique famulis prælatam.* Testatur Petrus Blesensis in serm. de S. Maria Magdalena tomo XII Bibl. Magnæ veterum Patrum, dum hæc in eodem sermone ponit: *Singulare est beatæ Virginis auxilium, quia plus omnibus potest Mater apud Filium.* Testatur denique S. Bonaventura in Speculo, dum Virginem præ omnibus sanctis potentissimam vocans, citat Augustinum hæc verba promentem: *Nec dubium est, quia quæ meruit pro liberandis offerre pretium, possit plus omnibus liberandis impendere suffragium.* Id est plus omnibus simul sumptis, ut explicat Salazar in caput XXXI Proverbiorum num. 199. Dignitas enim Matris Dei tantam gratiam et merita ex decentia sua postulat, ut per ipsa Mater Dei dignior sit, ut exaudiatur a Deo, quam omnes homines, et angeli simul. Unde Albertus Magnus *super Missus est* cap. 80, dixit: *Oratio aliorum sanctorum non innititur alicui juri, ex parte sui, sed tantum misericordiæ ex parte Dei.*

ΛΟΓΟΣ Ζ'.

Εἰς τὰ Βαΐα, ὅν ᾗ παγκόσμιον ἀγαλλίασιν προοιμασάμενα τὰ πλήθη, τὸν νικητὴν τοῦ θανάτου Βαΐοις ἀνύμνησαν.

ORATIO VII.

In festum Palmarum, quo multitudo universi orbis exsultationem auspicata, victorem mortis Palmarum ramis celebravit (22).

(COMBEFIS. *Auctar.* p. 1657.)

Ἐπῆνεσε καὶ ἄλλοτέ ποτε βασιλέως γλῶσσα τὴν παροῦσαν πανήγυριν, καὶ λόγων ἄνθει σοφίας ἀμείνονος, ἐζωγράφησε τὸ φαιδρὸν αὐτῆς. Ἐν Πνεύματι γὰρ ἰδὼν τὴν τερπνὴν τῶν παίδων χορείαν, καὶ γλώσσῃ Πνεύματος προανεφώνησε τὰ τῇ χορείᾳ τελούμενα. Ἀλλὰ τότε μὲν ὀπτικωτάτῳ νοὸς ὀφθαλμῷ μόνος ὁρῶν τὰ μετέπειτα γενησόμενα, μόνος ἐμελέτα τῆς ἑορτῆς τὸ μυστήριον· νῦν δὲ πάντων ὀφθαλμῶν τρυφώντων τῇ ἑορτῇ τῷ καλλίστῳ θεάματι, ἅπαν συντελεῖ στόμα τὴν εὐφημίαν, εἰ καὶ μὴ πᾶσιν ὁμοίως B αἱ πηγαὶ ῥέουσι τῶν λόγων. Βούλομαι δὲ καὶ ἐγὼ, κἀμόν οἷόν τε τῇ ἡμέρᾳ τι συνεισενεγκεῖν. Οἶμαι γὰρ, εἰ καὶ μὴ παραπλησίως ἐκείνῳ χειλέων, βασιλέως δ' ὅμως εἰ εὐφημία προσάγοιτο, δίκαιά τε καὶ πρέποντα γίνεσθαι· προσήκειν μὲν γὰρ αὐτὴν ἐξ ἁπάντων τῷ Βασιλεῖ τῶν ὅλων, μάλιστα δ' ἐξ ἐκείνων, οἷ τῆς αὐτοῦ παρὰ πάντας τυχόντες εὐμενείας, συγγενοῦς μετέλαχον ἐξουσίας καὶ τιμῆς. Οὐκοῦν, εἰ καὶ μὴ πρὸς κιθάραν ᾄδομεν, ὡς ὁ πολὺς ἐκεῖνος ἐν θείαις ᾠδαῖς βασιλεὺς, ἀλλ' ἕτερόν γε πρὸς ἡμῶν εὐφημείσθω τρόπον Ἰησοῦς· *Ὁ ἐμὸς καὶ Βασιλεὺς καὶ Θεός·* ᾧ, εἰ καὶ [ὑπὸ] πυρίνων δοξολογεῖται χειλέων, οὐκ ἀτιμάζει τὴν τῶν πηλίνων προαίρεσιν. Οἷς γὰρ ἐν ὁμιλήσῃ τὴν ἐκείνων λαμβάνει μορφὴν, τούτων οὐ C φαυλίζει τὸν λόγον· μάλιστα μὲν, ὅτι ἐκείνου κατ' ἀρχὰς τοῦτο δῶρον, καὶ ταύτῃ ἐξαιρέτῳ τιμῇ τῆς παλάμης· τὸ ζῶον τιμᾷ. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὕστερον, ἅπας ἀλογίᾳ γεγονὼς ἄτιμον πάλιν τιμήσῃ, πλάσεων [b] αὐτὸν καταδέχεται. Καὶ τοῦτο δὴ τὸ σήμερον ἡμῖν πανηγυριζόμενον, *Ὁ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ*, πώλῳ ἐπιβιβάζεται· καὶ ὁ ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καθήμενος, ἀλόγου νώτοις καθίζει.

Hodiernam solemnitatem quondam quoque alias lingua regia celebravit [41], ac orationis floribus ex meliori sapientia decerptis, splendorem ejus ac majestatem exornavit. Spiritu enim jucundum illum puerorum chorum contemplatus, lingua itidem Spiritus, prævio ea præconio edixit, quæ choro eodem peragenda erant. Cæterum perspicacissimo mentis oculo solus tunc videns quæ postmodum eventura erant, solus item celebrando festi mysterio sese exercebat. At nunc, quando omnium oculi lætissimo hujus festivitatis spectaculo exhilarantur, omnes quoque ora in laudes resolvunt, tametsi non iidem omnibus eloquentiæ fontes affluunt. Statui autem et ego pro viribus aliquid ad diei hujus jucunditatem conferre, ac licet regis illius facundiam minime assequar, nihilominus conveniens æquumque arbitror, ut a rege etiam hæc tam læta dies dilaudetur ac prædicetur. Decet enim ut Rex universorum ab omnibus celebretur, maxime vero ab illis quos præter cæteros benevolentia sua dignatus est, quique divinæ aliquo modo cognatam et consimilem potestatem acceperunt. Quamvis autem ad citharam hymnos non modulemur, ut rex ille in divinis laudibus concinendis exercitatissimus; alia tamen ratione a nobis Jesus laydibus extollatur ipse pariter *Rex, ac Deus meus* [41*]: cui licet ignea labia laudum cantica depromunt, non tamen luteorum aspernatur propositum. Nam quorum formam assumpsit, ut eis consuesceret, haudquaquam eorum despicatui habiturus sit orationem; rationis, inquam, illud opus; maxime cum ejus ab initio hoc sit donum, honorisque illa prærogativa, quod manu condidisset, animal exornarit. Quin et postea, ut brutis simili insipientia honore dejectum, denuo gloria ac honore donaret, idem reparandum ac instaurandum suscipit. Hoc vero ipsum est, quod præsenti conventu celebramus. Nimirum, *qui ascendit super cælum cæli* [42], is in pullum asinæ ascendit; atque is, qui super cherubim sedet [43], ille dorso bruti vehitur.

Ἤδη γὰρ τοῖς ἐν βίῳ ἀποχρόντως ἐχούσης τῆς παρ' αὐτοῦ βοηθείας, ἔργοις καὶ λόγοις εὐεργετουμένου τοῦ πλάσματος, καὶ τῆς τῶν δαιμονίων μοχθηρίας ἀπαλλαττομένου· χρῃζόντων δὲ καὶ τῶν κάτω D

Cum jam enim his, qui præsenti sæculo viverent, quod satis esset opis ac auxilii attulisset; nimirum operibus pariter ac sermonibus bene de figmento meritus, ac ubi ipsum a dæmonum mo

[41] Psal. VIII, 3 [41*] Psal. V, 3. [42] Psal. LXVII, 34. [43] Psal. LXXIX, 2.

VARIÆ LECTIONES

[b] Malim ἀναπλάσεων.

NOTÆ.

Oratio autem beatissimæ Virginis innititur gratiæ Dei, et juri naturali, et justitiæ Evangelii, vel Decalogi, quia Filius tenetur non tantum exaudire, sed obedire Matri, juxta illud Exod. XX, *Honora patrem, et matrem, et Apost. ad Ephes.* VI, *Filii, obedite parentibus vestris.* Sic Albertus. Addi etiam potest Mariam præ omnibus sanctis simul suis apud Deum precibus valere, quia *Ipsa* (ut in suo Mariali serm. 5, super illud Eccl. XXIV. *Gyrum cæli circuivi sola*, inquit Jacobus de Voragine, archiepiscopus Ianuensis) *omnes sanctos cæli circuit, et gyrat, et eos ad intercedendum pro nobis sollicite inducit; et dicit sola, quia ipsa orante, omnes orant, ipsa silente omnes silent. Anselmus: Te, Domina, tacente nullus orabit, te orante omnes juvabunt, omnes orabunt.*

(22) Luculentissimo Encomio pius imperator, æterni Regis triumphum prosequitur, ludens exordio in Davidis antiqui laudatoris regisque, cum ipso pariter rege ac novo laudatore, in universorum dilaudando Rege, convenientia, quem maxime regia laudatio deceat.

lestia ac vexatione liberasset : illi autem, qui in inferno positi essent, ejusdem nihilominus opis indigerent, diuturnoque carcere afflicti, Redemptorem exspectarent, ipsum utique, qui pro mundi totius salute ex æthereis sedibus venisset ; eos exsolvere moliens, qui inferne vincti tenerentur, manumque beneficam ad eos quoque volens pertingere, qui in terræ infimis sinibus agerent, Hierosolymam , quæ justorum cædibus gauderet, Deus justorum venit, tum morte sua, mortem perempturus, tum quod sciret, nullos alios ipsi mortis auctores fore, præter eos quos sanguinis justi ac innocentis sitis perpetua haberet; qui et oculos, ac mentem præ invidia clausissent, omnique proba ac grati animi affectione ex stolido corde expulsa, deteriores semper beneficiis redderentur ; divinæque congruis majestati operibus, in Dei necem acuerentur ; in Dei inde bellum, atque odium promoventes, unde par erat, ut velut manu in Dei cognitionem ducti, summa reverentia ac veneratione sic mirabilium operum effectorem prosequerentur.

A τῆς βοηθείας, καὶ τῇ μακρὰ κεκακωμένων φρουρᾷ τὸν ἐλευθερωτὴν ἐκδεχομένων, ὃς ὑπὲρ ὅλου τοῦ κόσμου τῶν οὐρανίων ἐλήλυθε θρόνων· τὴν λύσιν τῶν κάτω δεσμίων πραγματευόμενος, καὶ φθάνειν τὴν εὐεργέτιν χεῖρα κἀν τοῖς ἐπ' ἔσχατα γῆς οὖσι προαιρούμενος, ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, ἣ ταῖς τῶν δικαίων ἐτρύφα σφαγαῖς, ὁ τῶν δικαίων Θεὸς παραγίνεται θανάτῳ μὲν οἰκείῳ τὸν θάνατον ἐξολέσων· ἐργάτας δὲ τοῦ θανάτου εἰδὼς, οὐχὶ ἑτέρους ἢ ἐκείνους, οἳ ἀεὶ ἐδίψων ὁσίου αἵματος· οἳ καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ διάνοιαν φθόνῳ μύσαντες, καὶ πᾶσαν εὐγνωμοσύνην τῆς ἀτόπου καρδίας κενώσαντες, χείρους ἀεὶ ταῖς εὐεργεσίαις ἐγίνοντο, καὶ τοῖς θεοπρεπέσι τῶν ἔργων πρὸς θεοκτονίαν ἠκονῶντο· ἐκεῖθεν εἰς θεομαχίαν προκόπτοντες, ὅθεν εὔλογον εἰς θεογνωσίαν χειραγωγηθέντας, ἄκραν αἰδὼ καὶ θεραπείαν φυλάττειν τῶν παραδόξων ἔργων τῷ ποιητῇ.

Ac olim quidem iræ fomitem subministrabat homo ille, qui luto oblitus, ac sputo visum recuperaverat [44], quo privatus ex utero materno processerat : itemque ille, cujus lepræ squammas verbo absterserat [45]; necnon ille, a cujus manu tanquam grave onus ariditas depulsa fuerat [46], et id genus alia; at nunc furoris flamma rursus exsuscitatur, postquam homo mortuus, ejus præcepto visus est inferni ac mortis sprevisse jura, ac cum ipsis institis ex sepulcro resiliit [47]: postquam item infantium lingua ob ætatis quidem defectum balbutiens [48], Spiritu autem diserta, victorem mortis theologicis decantavit vocibus : quæ autem impuro ore semper volvebant oracula, ea jam videntes ipso completa opere, videre noluerunt; velut utique ad meliorem mentem redire reveriti : ac velut ad amorem ac observantiam benefactoris regredi, ex iis quæ fierent haud proclive esset; necve ut ita insanientes, præsentis remedii ac curationis donum perciperent : sed eum a principio in unum illum finem sua omnia consilia convertissent, ut ei necem inferrent, qui ipsorum demereretur gentem; non prius destiterunt quam ad sanguinem prophetarum, cujus jam rei erant, cædem quoque Domini adjicerent : inde indignationis occasione sumpta, unde etsi non volentes, at certe nolentes, impudentiam suam verecundiæ prætextu mutare poterant. Cæterum invidia nullam admittit admonitionem, ac quod proverbio dicitur, auribus caret : omnemque medendi rationem, ægritudo ejusmodi superat : qua etiamnum Hebræorum principes irremediabiliter laborantes, interim infantes diserta lingua ac rectiloqua Deum deprædicant, ipsi maledicta lingua conviciantur : ac infantes quidem nullo doctore Regem agnoscunt, ac honore prosequuntur; seniores autem, quique meditandis prophetarum oraculis ætatem totam insumpsissent, eumdem ignorant, ac salutis auctori interitum struunt : quasi eo consilio divi-

B Καὶ πάλαι μὲν ἦν αὐτοῖς ὀργῆς πρόφασις, ἄρτι χοῒ καὶ πτύσματι λαμβάνων τὸ βλέπειν ἄνθρωπος, οὗ πένης τῶν μητρικῶν θαλάμων εἰς βίον παρῆλθε· καὶ σώματος λεπρῶντος φολίδες ἀποξεόμεναι ῥήματι· καὶ χεὶρ ὡς βαρὺ φορτίον ἀποτιθεμένη τὴν ἀργίαν, καὶ τὰ λοιπά· νυνὶ δὲ, ἀναζεῖ τὸ πῦρ τῆς μανίας αὐτοῖς, ἐπείπερ ἐφάνη προστάξει καταφρονήσας ᾅδου καὶ φθορᾶς ἄνθρωπος νεκρὸς, καὶ κειρίαις αὐταῖς ἀναπηδήσας τοῦ μνήματος· καὶ ὅτι παίδων γλῶσσα, τῷ μὲν ἀτελεῖ τῆς ἡλικίας ψελλίζουσα, πνεύματι δὲ τρανουμένη, θεολόγοις φωναῖς ἐπευφήμει τὸν νικητὴν τοῦ θανάτου· καὶ οὓς διηνεκῶς ἐμελέτων χρησμοὺς στόμασι μιαροῖς, τούτους ἐπὶ τῶν ἔργων ἐκβεβηκότας ὁρῶντες, ὁρᾷν οὐκ ἐβούλοντο, ὥσπερ φοβούμενοι σωφρονεῖν· οὐδὲ πρὸς εὐλάβειαν καταστῆναι τοῦ εὐεργέτου, ῥᾴδιον τοῦ πράγματος ἐκ τῶν γινομένων ὄντος· οὐδ' ἅμα τῆς παροινίας, παρούσης τῆς θεραπείας λαβεῖν· ἀλλ' ἀπαρχῆς πρὸς ἓν μόνον ὡρμηκότες, τὸν φόνον τοῦ γένους εὐεργετοῦντος, οὐ πρὶν ἀνῆκαν, μέχρις οὗ ἐφ' οἷς ἦσαν ἔνοχοι προφητικοῖς αἵμασι, τοῦ Δεσπότου προσέθηκαν τὴν σφαγήν· ἐκεῖ χαλεπαίνοντες, ἐξ οὗ ἦν, εἰ καὶ μὴ ἑκόντας, ἀλλ' ἄκοντας γοῦν αἰδοῦς χρώματι μεταβαλεῖν τὴν ἀναίδειαν. Ἀλλ' ἀνουθέτητος, καὶ οὐκ ἔχων ὦτα, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ὁ φθόνος, καὶ φαρμάκου βοηθοῦντος ἀμείνων ἡ ἐκείνου ἀῤῥωστία· ᾧ καὶ νῦν Ἑβραῖοι κάμνοντες ἀθεράπευτα, νηπίων εὐθυῤῥήμονι γλώσσῃ θεολογούντων, αὐτοὶ λοιδοροῦνται δυσφήμῳ γλώσσῃ· καὶ βρέφη μὲν ἀδίδακτα γνωρίζει τὸν βασιλέα, καὶ τιμᾷ· πρεσβύτεροι δὲ, τῇ μελέτῃ τῶν προφητικῶν χρησμῶν γεγηρακότες, ἀγνοοῦσι, καὶ κατὰ τοῦ σώζοντος μελετῶσιν ἀπώλειαν· ὥσπερ ἐπὶ τοῦτο μεμαθηκότες τὰ λόγια, οὐχ ἵνα ἐπιγνῶσι παραγεγονότα τὸν προφητευόμενον· ἀλλ' ἵνα φονικωτέραν ἕξιν λαβόντες, ὀξύτεροι δραμεῖν ὦσι πρὸς τὴν ἐπιβουλήν· *Ὀρτως ταχινοὶ πόδες τοῖς παρανόμοις εἰς τὸ αἷμα ἐκχέειν*, ἀργοὶ δὲ καὶ χωλοὶ βαδίζειν κατὰ γνώμην τοῦ κρείττονος. Ὦ σὺ καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ λογισμὸν ἀφῃρημένε· ἑαυ-

[44] Joan. IX, 1. [45] Luc. V, 12. [46] Luc. VI, 7. [47] Joan. II, 44. [48] Matth II, 16.

τὸν, τί τὰ σημεῖα παρατρέχεις; καὶ τὰ λοιπά. Οὐχὶ θηλαζόντων στομάτων, τοῦτο δὴ τὸ πάλαι προειρημένον τῷ Βασιλεῖ καὶ Προφήτῃ, ὁρᾷς τὸν αἶνον καταρτιζόμενον; οὐχ ἃ πάλαι ᾄδοντος ἐκείνου ἐν Πνεύματι, ἐδιδάχθης, ὡς εἶναί σοι καθάπερ τισὶν ἐνδηλοτάτοις σημείοις γνωριεῖν ἐπιστάντα Βασιλέα, ταῦτα ἔχεις καὶ ὡσὶν ἀκουστὰ, καὶ τοῖς σοῖς οὐχ ὁρῶσιν ὀφθαλμοῖς θεωρούμενα; μὴ καὶ ταῦτα πρὸς χάριν γίνεται, ἢ πλανώμενα τὰ νήπια προσάγει τὴν εὐφημίαν; ἀλλ' οὔθ' ὁ αἶνος οἷος ἐκ πλανωμένης, γενέσθαι φρενός· οὔθ' ἡ ἡλικία πρὸς χάριν πράττειν ἐπιτηδεία. Ὅθεν οὖν ᾄδει σοφίας ᾄσματα χεῖλη θηλάζοντα, εἰ μὴ τοῦ Πνεύματος κινούσης τῆς ἐπιπνοίας τὰ τῆς σῆς πονηρίας ἀμέθεκτα νήπια;

A nas Litteras didicissent, non ut eum, quem illæ prædicebant, præsentem jam agnoscerent, sed ut animo in cædem magis incenso, velocius ad insidias tendendas properarent. Vere *veloces pedes iniquis ad effundendum sanguinem* [48]*; tardi vero ac claudi, ut se eo conferant, quo mens ac ratio melior suadet. O te miserum, qui oculos tibi ac rationem ipse ademisti, cur signa aliaque admiranda leviter adeo præteris? Nonne ex lactentium ore, quod olim Regi atque Prophetæ (23) prædictum esset, laudem perfici vides? Nonne, quæ olim eodem in spiritu modulante edoctus es, ut manifestissimis ac evidentissimis signis præsentem Regem tibi agnoscere liceret, jam et auribus audita, cæcisque oculis tuis conspicua ac visa habes? Num et hæc ad gratiam fiunt; aut errore decepti infantes, hymnum texunt? At neque laus ejusmodi est, ut ex decepta mente proficisci queat; neque ætas talis, quæ auribus servire novit. Qua igitur ratione adhuc pendentes ab ubere infantes, plena sapientiæ promunt cantica, nisi divinitus Spiritus afflatus instinctusque, quorum nulla tuæ improbitatis societas sit, movet ac concitat?

Ὦ σύ γε ἀρχῆθεν ἐμπαροινῶν, δι' ὧν οἷς ἐνέπνει προφήταις, τὰς μιαιφόνους ἐπέβαλες χεῖρας· νῦν ὥσπερεὶ σεμνυνόμενος εἰ αὐθαδέστερον ἐξυβριεῖς, αὐτῷ τε διαλοιδορῇ, τὴν ἐκείνου δύναμιν Βεελζεβοὺλ ἀναφέρων· καὶ τοῦτον, ᾧ προσμαρτυρεῖ διὰ τῶν ἔργων ὡς συγγενεῖ συμπαρὼν, τῆς σῆς πονηρεύῃ φονικῆς προαιρέσεως ἔργον ποιήσασθαι. Σὺ μὲν οὖν, ἅπαξ τὰ τοῦ φθόνου συλλαβὼν ὀλέθρια σπέρματα, οὐ παύσῃ στενοχωρούμενος, ἕως ἂν τὴν ἀπολοῦσαν ῥίξῃς ὠδῖνα. Ἤδη γὰρ ἐκείνῳ τὴν μιαρὰν ἐπιβαλεῖς παλάμην, καὶ ἐπιβαλόντος, πᾶν αἷμα δίκαιον, ὃ ἐξέχεας, καταβοήσεται. Καί σε κολοφῶνα ταῖς μιαιφονίαις ἐπιτεθεικότα τὴν Δεσποτικὴν σφαγὴν, ὁ τῶν κακῶν περιλήψεται κολοφών. Μεταβαλεῖ μὲν δή σοι πρὸς ἀδοξίαν ἡ εὐδοξία· μεταβαλεῖ δὲ ἡ εὐκληρία, ἐφ' ᾗ παρὰ πάντων ἐθαυμάζου, εἰς ἀσχήμονα δυσκληρίαν· οὐ βασιλείας μόνον, οὐδ' ἱερωσύνης, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς, ἣν ἔφυρες αἵματι δικαίῳ, γῆς ἀφαιρούμενος· καὶ σκυθρωπάσεις ἀληθῶς εἰς αἰῶνα ταῖς συμφοραῖς φροντίζων, ἀνθ' ὧν ἔχων δυσκόλως, καὶ προτιμῶν εἶναι κακὸς, δέον φαιδρύνεσθαι τῇ παρουσίᾳ τοῦ Βασιλέως· σὺ δὲ τὸν ἐκείνου πονηρευόμενος θάνατον, ἐσκυθρώπαζες. Σὺ μὲν οὖν, Ἰουδαῖε, εἰς ὃν ἧκιστα ἐχρῆν παροινήσας, τοιαῦτα κληρονομήσεις, οὐκέτι μὲν εἰς λαὸν, οὐκέτι δὲ εἰς υἱὸν τιμώμενος τῷ Θεῷ· ἀλλ' ἐξελαυνόμενος τοῦ οἴκου μετὰ τῆς δυσγενοῦς καὶ φαύλης προαιρέσεως. Λήψεται δὲ ὁ Μονογενὴς παρὰ τοῦ Πατρὸς κλῆρον τὰ ἔθνη αἰτῶν, οἳ καὶ λαοὶ χρηματίσουσι, καὶ τῶν υἱῷ πρεπόντων ἀπολαύσουσιν, εὐγενεῖ τόκῳ καὶ ἐλευθέρῳ γεννώμενα τῷ Πατρί· ὃ σήμερον ἡ ἐπὶ τῷ πώλῳ καθέδρα μηνύει, τῶν τέως ἀκαθάρτων, καὶ ἀνυποτάκτων ἐθνῶν Θεῷ τὴν ἐσομένην ὑποταγήν.

B O te jam olim insanum, quod cum prophetis divino afflatis Spiritu sacrilegas injecisses manus, nunc quasi glorians, ut majoris quidpiam injuriæ, majorisque petulantiæ feceris: tum illi conviciaris, ejus potestatem Beelzebud ascribens [49]; ipsumque cui ille ut ejusdem secum naturæ ac substantiæ per opera testimonium defert, pravo tuo voluntatis proposito neci tradere quæris. At tu quidem postquam perniciosa invidiæ semina semel concepisti, non desines arctari ac coangustiari, quoad perniciem, quam parturis, parias. Jam enim illi scelestam manum injicies, ac ubi injeceris, omnis sanguis justus, quem effudisti, contra te exclamabit: cumque homicidiis ac parricidiis apposita nece Domini, quasi colophona imposueris, simul C etiam te malorum omnium colophon apprehendet, gloriaque in inglorium tibi statum cedet: ac sors illa felix, cujus gratia omnibus fuisti admirationi, in ignominiæ plenam infelicitatem vertetur; ut nedum regno et sacerdotio, sed et ipsa, quam justo sanguine tinxisti, terra spolieris: vereque in sempiternum tempus affligeris, calamitatibus confectus; eo quod te nunc improbe gerens ac pravitatem præoptans, cum Regis præsentia te vel maxime exhilarari oporteret, tu perversa mente ei interitum moliens, morosior esse malueris. Cum igitur, Judæe, in quem minime debueras debacchatus sis, id vero consequeris, ut non amplius in filium reputeris, sed domo propria, cum degenere ac improbo tuo proposito exterminaris. D At Unigenitus, gentes a Patre postulans in hæreditatem accepturus est [50], quæ et populus vocabuntur, ac filii consequentur jura; ingenuo liberoque partu Patri natæ ac comparatæ: quod hodie sessio illa super pullum indicat, fore nimirum ut eousque immundæ gentes ac indomitæ Deo subjicerentur.

[48]* Psal. VIII, 3. [49] Matth. XII, 24. [50] Psal. II, 8.

NOTÆ.

(23) *Quod olim regi atque prophetæ.* Προειρημένον τῷ βασιλεῖ καὶ προφήτῃ, nempe Davidi psal. VIII. Nihil clarius. Interpres levius in Christum refert, cui Regi ac Prophetæ prædictum sit perficiendam laudem. Sed id longe a plano sensu ac auctoris mente. Argumentum hoc ad Christi astruendam divinitatem urgent pariter tractatores reliqui.

Enimvero, hæc quidem suo eventura tempore, A muto Dominus operis prænuntiabat præconio ; at Hebræi, nihil in animum volentes inducere, ac intelligere, vel ut præterita dicas, vel ut præsentia, sed id tantum molientes ut impudentia agerent, quasi Salvator has sibi laudes procurasset, ac laudatores congregasset, ipsum adeunt, atque in murmur prorumpentes : *Non audis*, inquit, *quid isti dicant* [81]? Tu illos interroga, Quis est, qui impulit? quisnam docuit, quando memoriam omnem tum oraculorum divinorum, tum operum exterminasti, omnemque humanam rationem ac cogitationem ex improbo tuo pectore proscripsisti? Nam ille quidem habitu modesto ac moderato procedit : hi vero regiæ congruis majestati salutationibus excipiunt : ex illis sciscitare, quidnam edocti, B non pro ejus speciei sentiant ratione, quam vident oculis subjectam, sed adeo eximios honores deferant. Hem, cum stupidus valde sis, ac tardus sensu ad honesta, admodum tamen velox ac expeditus arripiendis male agendi occasionibus exsistis! Et iis quidem qui Regi honorem habent, nihil videris molestiæ inferre; nosti enim non ab alio quam a superiori vi edoctos impulsosque; quare ab his abstines, non parcendi studio, sed quod scias non esse tuarum virium, ut vim eos divinitus afflantem cohibeas : ac ne si vetare nitaris, nihilque molitione conficias, tu ipse deinceps vel invitus fatearis, laudem illam Salvatori a Spiritu sancto fuisse concinnatam. Nam tenella illa ætas, C quam agrestis tua feritas minime erat terrefactura, ac cujus nulla ratione inceptum erat diremptura, hæc quæ dixi, te vel invitum fateri cogebat : idque tu callide admodum animadvertens, illos quidem præteris, ad illum vero qui vili apparatu invehebatur, Rexque nihilominus a laudantium rectis oculis intuentium turba agnoscebatur, non sine murmure accedis, hymnumque ei in crimen vertis. Verum audit pueros, qui hæc ipsa priusquam n utero formarentur, ut fierent ordinavit; audit, et ut plurima alia, ita et hoc ipso eventu consignavit. O te, qui vel surdam aspidem auribus obturandis superas, et eo solum fine nunc auditu es usus, ut succenseres! Mihi ea quæ peragantur cum ea compone Scriptura, quæ ex ore infantium et lactentium testatur [82] laudem perfectum iri : ac nisi cum ea rem ipsam congruere compereris, tunc succenseas licet. At si omnia consonare videris, impera mussitantibus tuis labris silentium.

Neque illud tibi, quod jam ante pedes versatur, D liquet; lapis nimirum, qui *factus est in caput anguli* [83], in illo insolubili ac nunquam ruituro ædificio, quem lapidem tu imperite reprobasti, aptum illum ac omni parte comparatum ob mentis cæcitatem perspicere non valens, eamque ob rem a tua ipsum domo amolitus es, cujus putridum fundamentum proxima ruina coarguet : cum alter ille pretiosus ac electus lapis ad sempiternam aliam ac vere

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ἴδιον ἀπαντήσοντα, πράγματι σιωπῶντι προὔλεγεν ὁ Δεσπότης· Ἑβραῖοι δὲ μηδὲν συνεῖναι[h] βουλόμενοι, οὐ τῶν γεγονότων, οὐ τῶν παρόντων· ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἀναισχυντεῖν ἑαυτοὺς πεποιηκότες, οἷα Σωτῆρος τὴν εὐφημίαν ἑαυτῷ προδιῳκηκότος, καὶ τοὺς ἐπαινέτας συναγαγόντος, ἐκείνῳ προσέρχονται· *Οὐκ ἀκούεις τί λέγουσιν κατηγορ-* *γύζοντες;* Ἐκείνους ἐρώτα· Τίς ὁ κινήσας; τίς ὁ διδάξας· ἐπειδὴ μνήμης ἀπάσης καὶ θείων λογίων καὶ ἔργων ὥσπερ ἀειφυγίαν κατεψηφίσω, καὶ πάντα λογισμὸν ἀνθρώπινον τῆς σῆς ἀτόπου καρδίας ἐδίωξας; Ὁ μὲν γὰρ μετὰ μετρίου τοῦ σχήματος πρόεισιν· οἱ δὲ ταῖς βασιλεῖ πρεπούσαις δεξιοῦνται φωναῖς· ἐκείνων πύθου, τί μαθόντες οὐ πρὸς τὸ φαινόμενον σχῆμα φρονοῦσι· μεγαλοπρεπῆ δ' οὕτω φέρουσι τιμήν· ἢ καὶ λίαν ἀναισθήτως ἐπὶ τοῖς καλοῖς διακείμενος, εὐαισθήτως ἔχεις ἐν ταῖς τῶν κακῶν ἀφορμαῖς. Καὶ τοῖς μὲν τιμῶσιν ἐνοχλεῖν οὐ δοκεῖς· οἶδας γὰρ οὐχ ὑφ' ἑτέρου τινὸς ἢ τοῦ κρείττονος καὶ διδαχθέντας καὶ κινηθέντας· καὶ τούτων μὲν ἀπέχῃ, οὐ φειδόμενος· ἀλλ' εἰδὼς ἀδύνατον ὂν σοι διακόψειν τὴν ἄνωθεν αὐτοῖς ἐπιπνεύσασαν δύναμιν· καὶ ἵνα μὴ κωλύειν ἐπιχειρῶν, εἶτα μηδὲν ἐξανύων, ἄκων καὶ αὐτὸς μαρτυρήσῃς, ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐξειργάσθαι τῷ Σωτῆρι τὸν ἔπαινον. Τὸ γὰρ ἁπαλὸν τῆς ἡλικίας, ὃ φοβήσειν ἡ σὴ οὐκ ἔμελλε θηριωδία, οὐδ' ἐκκόψειν αὐτῶν τὴν προαίρεσιν, ταῦθ' ἅπερ εἶπον ἠνάγκαζε καὶ ἄκοντα μαρτυρεῖν· ὃ σὺ λίαν ὑπούλως νοῶν, ἐκείνους μὲν παρατρέχεις, τῷ δ' ὀχουμένῳ μὲν εὐτελῶς, ἐγνωσμένῳ δὲ βασιλεῖ τε τῆς τῶν εὐφημούντων ὀρθὰ βλεπόντων ὀφθαλμοῖς, προσέρχῃ γογγύζων, καὶ τὸν ὕμνον ἐπικαλεῖς. Ἀλλ' ἀκούει τῶν παίδων, ταῦτα πρὶν ἐν μήτρᾳ πλασθῆναι εἰς τὰ νῦν γιγνόμενα τάξας· ἀκούει, καὶ ὥσπερ δὴ πλεῖσθ' ἕτερα, οὕτω καὶ τοῦτο σφραγίζει διὰ τῆς ἐκβάσεως. Ὦ σὺ τὴν κωφὴν ἀσπίδα νικῶν ἐν τῷ βύειν τὰ ὦτα, καὶ δι' ἓν τοῦτο ἀκούσας νῦν, ἵν' ἀγανακτήσῃς. Τίθει μοι παρ' ἐκείνην τὴν γραφὴν τὰ τελούμενα, ἧς θηλαζόντων στομάτων ἔμαθες αἶνον ᾄδεσθαι· κἂν μὴ κατ' ἐκείνην ὀρθῇς ἔχον τὸ σχῆμα τοῦ πράγματος, ἀγανάκτει· εἰ δ' ἀπανταχοῦ τὸ ὅμοιον, κατάθες ἠρεμεῖν ἐπιτρέψας τοῖς γογγύζουσι χείλεσιν.

Οὐδ' ἐκεῖνο ἄρα σοι κατὰ πόδας ἱστάμενον εὔδηλον, ἤδη *πρὸς κεφαλὴν γωνίας* τῆς ἀλύτου οἰκοδομῆς γιγνομένου, οὗ σὺ λίθου φαύλου εἶ ἀποδοκιμαστής, τὸ πανταχόθεν αὐτοῦ δεξιὸν δι' ἀβλεψίαν γνώμης ἰδεῖν οὐ δυνάμενος· καὶ διὰ τοῦτο ἀδοκιμάζων τοῦ σοῦ οἴκου, οὗ τὸ σαθρὸν ὅσον οὔπω ἡ κατάλυσις παραγινομένη ἐλέγξει· εἰς αἰώνιον ἄλλην καὶ θείαν ὄντως οἰκοδομὴν τοῦ ἐντίμου καὶ ἐκλεκτοῦ παραλαμβανομένου λίθου· ἣν καὶ λαμπρύνας τοῦ αἵ-

[81] Matth. xxi, 16. [82] Psal. viii, 3. [83] Psal. cxvii, 22.

VARIÆ LECTIONES.

[h] συνιέναι.

ματος τῇ βαφῇ, εἰς οἶκον ἁγιον ἀνύσει τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τῶν πρὶν εἰς οὐδὲν χρησίμων, καὶ ἀπερρίμμένων συναχθέντων, καὶ καλῶς ἐν αὐτῷ ἁρμολογουμένων, καὶ σοῦ μὲν ἀπορρηγνυμένου καὶ καταπίπτοντος, τῶν δὲ ἀνισταμένων καὶ οἷα νύμφης τῷ καλῷ προσαρμοζομένων νυμφίῳ. Οἷς καὶ λίαν συμβαίνοντα σήμερον ὁρᾶται τοῦ προφήτου τὰ ῥήματα, χαίρειν προτρεπομένου τοῦ πραέως παραγιγνομένου Βασιλέως, καὶ τὴν παρουσίαν τιμᾶν τῇ φαιδρότητι. Καὶ μέντοι γε καὶ συνιᾶσι τοῦ κήρυκος, καὶ ἅσμενοι τὸν ἐφ' ᾧ σῶσαι παραγεγονότα δεχόμενοι, τέρπονται τέρψιν ὄντως ἡδυτάτην τε καὶ οὐ λήγουσαν · λαμπρᾷ καὶ γλώσσῃ καὶ φωνῇ βοῶντες, ἃ τοῖς πάλαι θεορρήμοσιν εἰς τὰ παρόντα προανεφωνήθη · *Εὐλογημένος εἶ, ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου · ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις.* Εὐλογημένος εἶ, ὁ ῥήματι σχίσας τὴν τοῦ ᾅδου γαστέρα, καὶ τετραήμερον τὸν φίλον ὡς ἐξ ὕπνου ἐγείρας. Εὐλογημένος εἶ, ὁ ἄνω μὲν θεοπρεπῶς Χερουβικῷ ἅρματι ἐποχούμενος · κάτω δ' ὡς ἄνθρωπος ἐπὶ πώλου ὄνου ἐν εὐτελεῖ καθήμενος σχήματι. Εὐλογημένος εἶ, οὗ ᾄδης μὲν νῦν ἐτρόμαξε τὴν φωνὴν ἀκούσας · μετὰ βραχὺ δὲ νεκρωθήσεται ὑποδεξάμενος ὡς νεκρόν. Εὐλογημένος εἶ, τοῦ θανάτου ἀναιρέτης, ὁ τὴν ζωὴν ἐξαστράπτων · ὁ τῷ πλάσματι ἰδίου σταγόσιν αἵματος βοηθήσας · ὁ πάθεσι τοῖς σοῖς τὸν ἀνιάτως πάσχοντα θεραπεύσας. Εὐλογημένος εἶ, ὁ πάλαι μὲν ἐν Βηθανίᾳ ὑπὸ τῶν παίδων ὑμνούμενος, νῦν δ' εἰς πάντα τὰ πέρατα δοξολογούμενος · ὁ τὴν ἡμετέραν ἀσχήμονα μορφὴν εὐδοκήσας ἀναλαβέσθαι, ἵνα διὰ τῆς εὐπρεπείας εἰς τὸ πρῶτον κάλλος τὸ ἡμέτερον ἄσχημον μεταποιηθῇ. Ὁ καὶ ἡμετέραν προσένεξιν πώλῳ καὶ παισὶ σχηματίζων πάλαι, τῷ μὲν κάθῃ, τὰ δὲ διοικονομῇ φέρειν σοι τὴν εὐφημίαν. Δι' ὧν γὰρ ἡμᾶς ἔμελλες προσάγεσθαι ἀλογίᾳ βιοῦντας, καὶ τῆς εὐσεβείας θρέψειν τῷ γάλακτι, τούτοις τὸ μυστήριον σχηματίζεις. Ἀλλά γε παγκάλη χορεία τῶν θεολόγων νηπίων παραστᾶσα τῷ Πνεύματι, συνεόρταζε καὶ συνεργάζου τὴν εὐφημίαν. Πάλαι μὲν γὰρ τῶν φονώντων πρεσβυτέρων στηλιτευομένης τῆς φρενοβλαβείας, οἷς ἐπὶ τὸν πῶλον τὸν πραῢν ὀχούμενον ἐτιμᾶτε Βασιλέα, ἀκονᾶν ἐδοκεῖτε πρὸς θεομαχίαν τοὺς σφαγέας ταῖς ὑμετέραις γλυκείαις ᾠδαῖς, στενοχωρουμένων τῶν πικρῶν καρδιῶν · νῦν δὲ γογγυστὴς οὐδεὶς, οὐδ' ἐπὶ τοῖς ὕμνοις δακνόμενος, οὐδὲ χρώματι σκυθρωπῷ τῆς ἑορτῆς τὸ φαιδρὸν ἐνυβρίζων · ἀλλὰ πρέπουσαν ἀληθῶς Δεσπότῃ δεικνύοντες τὴν συνέλευσιν, καὶ τῷ νικητῇ τοῦ θανάτου καὶ διώκτῃ τῆς σκυθρωπότητος, φαιδρᾷ καὶ καρδίᾳ καὶ γλώσσῃ προστρέχοντες · συγχαίροντες μὲν, ἅρτι ῥίψαντι τὴν ἐκ τάφου δυσωδίαν τῷ φίλῳ Λαζάρῳ, καὶ τὴν κοινὴν τοῦ γένους ἀφθαρσίαν μυ-

A divinam structuram assumatur, quam et proprii sanguinis liquore præclare tinctam, in domum sanctam Deo et Patri perficiet : iis, quæ antea abjecta ac nullius commodi erant, congregatis, ac pulchre in ipso coagmentatis, te quidem diffracto et ad ima detruso, his vero excitatis, ac instar sponsæ pulcherrimo sponso conjunctis. Quibus etiam hodierna valde congruunt prophetæ verba [54], quibus mansueti Regis adventu gaudere monet, ac præsentiam lætq splendore honorare. Sane vero etiam præconis vocem intelligunt, libentesque eo adventantem fine suscipientes ut salutem conferat, delectatione vere suavissima ac nunquam cessatura perfunduntur : claraque tum lingua, tum voce, ea clamant quæ a divinis olim interpretibus in tempus B præsens fuerant prædicta : *Benedictus es qui venis in nomine Domini ; hosanna in excelsis* [55]. Benedictus es, qui verbo inferni ventrem scidisti, ac amicum quatriduanum quasi ex somno excitasti. Benedictus es, qui Cherubico curru, ut Deum decet, in cœlis inveheris ; quique pullo asini, vili habitu, insidens in terra conspiceris. Benedictus es, cujus nunc quidem audita voce contremuit infernus ; idem ipse brevi postmodum perimendus, cum ut mortuum te susceperit. Benedictus es, mortis occisor, vitæ splendens fulgores, qui figmento tui gutis sanguinis opem tuleris ; qui passionibus tuis eum curaveris, cujus esset morbus passioque immedicabilis. Benedictus es, qui olim quidem a pueris in Bethania fueris celebratus, nunc vero omni- C bus terrarum ditionibus decanteris, qui deformem nostram formam assumere dignatus sis, ut decore nostram deformitatem (24) ad priorem venustatem reduceres : qui etiam nostram reductionem ac conciliationem, pulli olim ac puerorum symbolis designans, alteri quidem insides, hos vero ut laudes tibi concinant, impellis. Quod enim nos, in bruti morem vitam agentes, conciliaturus esses ac pietatis lacte nutriturus, hisce utrisque mysterium adumbras. Ast, o pulcherrime infantum theologorum cœtus, chorusque, qui Spiritu assistis, una nobiscum laudes celebra atque concinna. Nam olim quidem seniorum cædem spirantium notata publice vesania, quod pullo vectum mansuetum D Regem honore coleretis, dulcibus canticis vestris siccarios, ut infensis in Deum animis essent eumque oppugnarent, visi estis excitare, nimirum coangustatis amaro felle eorum pectoribus ; nunc vero abest omnis murmurator, nec est qui laudes iniquo animo ferat : nemo est, qui festi lætam faciem tristi ac tetrica specie injuria afficiat : sed omnes ea, qua decet alacritate, in Domini gratiam conve-

[54] Zach. IX, 9. [55] Luc. XIX, 38.

NOTÆ.

(24) *Nostram deformitatem.* Τὸ ἡμέτερον ἄσχημον. Plane animæ, non corporis informitatem, ut male reddit interpres, mirorque viro docto sic excidisse : ac quanquam in Christo corpus ac caro haud raro pro tota humana natura accipiantur, haud tamen in homine, quod est animæ facile intelligatur nomine corporis ; nec quam in anima deformitatem peccatum facit, corporis informitas appellari possit.

niunt, atque ad victorem mortis omnisque mœroris expulsorem, læto tum pectore tum lingua accurrunt, congratulantes amico Lazaro, qui modo fetorem ex sepulcro contractum deponens, communis generis incorruptionis unguenta perspirat : sed et illi congratulantes, qui per viscera misericordiæ suis ipse laboribus tristitiam exstinxit, mundoque gaudium insevit : multoque stupore ac miraculo ea honorantes, quæ dispensatione geruntur : ac vestri cantici modos dulcissimo haurientes. auditu, quorum nihil tunc perversa Synagoga intellexit : sed cum infernum tremore concussum viderent, ac necdum prolatis verbis, ipso remittente, eductum mortuum, eo audaciores esse contendebant. Ac ille quidem cum sepulcralibus fasciis e sepulcro exsiliebat, ii vero insolubilibus malignæ mentis nexibus astricti, liberatori nectebant vincula, verbisque lacte manantibus labiis fusis, spurca eorum pectora dissecabantur improbitatis exsuperantia. Adesto, decore ac splendore Ecclesiæ præclare induere, desiderantis, inquam, pariter desideratæque ac prædilectæ inculpatæ sponsæ, quam Pater junxit charissimo Filio, abjuncta a mitissimo sponso feroci ac ingrata Synagoga : quod nimirum tantæ desponsationis jura violans, sponsum suum despicatui habuerit, eum prosequens odio a quo dilecta esset, ac pro nihilo ducens eum qui honore auxisset : cum denique, cujus beneficio rerum copia abundabat, ac agebat felix, contrariis plane modis remunerans. Quapropter nunc a vobis repulsa desertaque, ac festivæ omnis lætitiæ exsors, felicitatis loco calamitatum dives agit ; deformitate vestita, ejus vice venustatis, cujus antea floribus coruscabat ; fæcesque ejus vindemiæ bibens, quam sibi collegerat. At vero nova ac charissima sponsa, ob excellentissimam desponsationem gaudiis omnibus plena, sponsoque suo formosissimo, castissimo amore agglutinata, fruitur quidem ipsius deliciis, sed et præsentis diei voluptatem percipit, qua licet hic, servata illa veteris honoris forma et ratione, cum ramis Palmarum laudationem instituat, attamen oculis in superna defixis eumdem una cum angelis glorificat, tanquam illum qui et in cœlo et in terra regnat. Nam loco obedientiæ usque ad passionem ac mortem, dedit ei Pater potestatem in omnia, tum quæ in cœlo, tum quæ sunt in terra. Dedit potestatem, ejus subjiciens pedibus etiam invitos hostes [66], quotquot regnum ejus respuerant. Clarificavit namque Unigenitum, ea gloria, quam habuit priusquam mundus fieret ac antequam temporum conditor tempori subjectus appareret : gaudens nimirum, ob magnum illud ab ipso designatum opus ; ob homines scilicet libertati assertos ac conciliatos : quod, inquam, debellato eo qui invictus videbatur, quique fines terræ niduli instar comprehensurum se jactabat, e tyranni eos eripuerit manibus, Deoque ac Patri obtulerit, ac ei conciliaρίζοντι · συγχαίροντες δὲ τῷ διὰ σπλάγχνα ἐλέους καμάτοις οἰκείοις τὴν λύπην ἐξαφανίσαντι, καὶ τῷ κόσμῳ φυτουργήσαντι τὴν χαράν · καὶ τιμῶντες ἐκπλήξει καὶ θαύματι τὰ οἰκονομούμενα · ἡδὺ δὲ ἄκουσμα τὸ ὑμέτερον ᾄσμα ποιούμενοι, ὧν τότε οὐδὲν ἡ πονηρὰ συνίει συναγωγή · ἀλλ' ὁρῶντες ᾄδην τρομάξαντα, καὶ τῶν καλούντων ῥημάτων ἔτι λαλουμένων ἀναπέμψαντα τὸν νεκρὸν, ἐφιλονείκουν εἶναι τούτου θρασύτεροι · καὶ ὁ μὲν ἀνεπήδα μετὰ τῶν ἐνταφίων σπαργάνων τοῦ μνήματος · οἱ δὲ τῷ λυτρωτῇ ἐν τῇ ἀλύτῳ ὄντως τῆς πονηρίας γνώμῃ ἔπλεκον τὰ δεσμὰ, καὶ ῥήμασι γάλα σταζόντων χειλέων τὰς ἐν κακίᾳ σαπρὰς διεπρίοντο καρδίας. Δεῦρο μετὰ τῆς ὡραιότητος ὡραΐζου τῆς ἐκκλησίας, τῆς καὶ ποθούσης, καὶ στεργομένης ἀμώμου νύμφης · ἣν ὁ Πατὴρ τῷ ἀγαπητῷ ἡρμόσατο Υἱῷ, διαζεύξας τοῦ πράου νυμφίου τὴν ἀγριαίνουσαν καὶ ἀχάριστον Συναγωγήν · ἀνθ' ὧν εἰς τὴν τοσαύτην ἐνυβρίσασα μνηστείαν, τὸν νυμφευσάμενον ἐξουδένωσε, μισήσασα τὸν ἠγαπηκότα · φαυλίσασα τὸν τετιμηκότα · τὸν δι' ὃν πᾶσιν εὐθήνει καλοῖς, πᾶσιν ἐναντίοις ἀμειψαμένη. Διὰ τοῦτο νῦν ὑμῖν ἀπωσμένη, καὶ ἔρημος, καὶ ἀνέορτος, καὶ πλουτοῦσα τὰς συμφορὰς ἀντὶ τῆς μακαριότητος · καὶ ἀνθοῦσα τὴν ἀσχημοσύνην ἀντὶ τῆς τότε καλλονῆς ἐπανθούσης αὐτῇ · καὶ πίνουσα τὴν τρυγίαν, ὧν κακῶς ἐγεώργησεν. Ἡ δὲ νέα νύμφη καὶ ἔντιμος, ἐπὶ τῇ ὑπερτίμῳ χαίρουσα μνηστείᾳ, καὶ τῷ καλῷ μνηστῆρι πανάγνῳ ἔρωτι περιψυομένη, ἀπολαύει μὲν τῆς ἐκείνου τερπνότητος · ἀπολαύει δὲ καὶ τῶν τῆς παρούσης ἡμέρας τερπνῶν · ἐν ᾗ, εἰ καὶ κάτω τῆς παλαιᾶς ἐκείνης τιμῆς τὰ σύμβολα σώζουσα μετὰ βαΐων αὐτῷ προσάγει τὸν ἔπαινον, ἀλλ' ἄνω θεωροῖς αὐτὸν ὀφθαλμοῖς ὁρῶσα μετ' ἀγγέλων δοξολογεῖ, ὡς τῶν ἄνω κυριεύοντα, καὶ τῶν κάτω. Ἔδωκε γὰρ αὐτῷ ἀντὶ τῆς μέχρι παθῶν καὶ θανάτου ὑπακοῆς ὁ Πατὴρ, τὴν πάντων ἐξουσίαν, ὅσα ἐν οὐρανῷ, καὶ ὅσα ἐν γῇ, ἔδωκε τὴν ἐξουσίαν ὑπὸ τοὺς πόδας καταθείς, καὶ ἄκοντας τοὺς ἐχθροὺς, ὅσοι τὴν ἐκείνου παρῃτοῦντο βασιλείαν. Ἐδόξασε γὰρ τὸν Μονογενῆ τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχε πρὶν τὸν κόσμον γενέσθαι, καὶ πρὶν ὑπὸ χρόνου ὀφθῆναι τὸν ποιητὴν τῶν χρόνων · χαίρων ἐπὶ τῷ μεγάλῳ ἔργῳ αὐτοῦ, τῇ ἀνθρώπων ἐλευθερίᾳ καὶ προσενέξει · ὅτι καταπαλαίσας τὸν ἀήττητον εἶναι νομίσαντα καὶ καταλήψειν ὡς νεοσσιὰν τὰ πέρατα, τῆς τυράννου χειρὸς ἐξαρπάσας, προσήγαγε τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, διὰ τῆς ἐκείνῳ πρεπούσης οἰκονομίας. Ἔπρεπε γὰρ Θεοῦ δι' ἄφατον ἀγαθότητα λύειν τὸν ἄνθρωπον εὐδοκήσαντος ὧν ἔνοχος ἦν, καὶ εἰς κληρονομίαν παραλαμβάνοντος, Υἱὸν εἶναι τὸν τοῦτο πραγματευόμενον. Οὔτε γὰρ Πατρὶ τὸ τῆς πρὸς ἡμᾶς ὁμιλίας ἥρμοζεν ἔργον, ἵνα μὴ τοῦ Πατὴρ εἶναι μετάστασιν πάθοι, καὶ πρὸς τὴν τοῦ Υἱοῦ τάξιν, καὶ χρονικὴν αἰτίαν, καὶ αἰτίας ἐπέκεινα καταδέξηται. Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ Πνεύματι. Οὔτε γὰρ ἐκείνῳ πρὸς τὴν Υἱοῦ προσηγορίαν διὰ τοῦ τόκου προτῆκον ἦν μετατετάχθαι · καὶ τὸ αὐτὸ νῦν μὲν Πνεῦμα, νῦν δὲ Υἱὸν εἶναι · καὶ φύσιν

[66] Joan. xvii. 20.

ἐν τῇ συνεκτικῇ πάσης εὐταξίας Τριάδι γεγονέναι. Ἦν οὖν εἰκὸς Υἱὸν διῳκηκέναι τὸ τῆς εὐεργεσίας μυστήριον, ὃς οὐκ εἶχεν ἀνάγκην καινοτομήσειν τὴν προσηγορίαν, ἧς ἐκληρονόμει, οὐδὲ τοῦ ἰδίου μεταστῆναι· ἔμελλε δὲ, ὥσπερ ἀπαθῶς ἐκ Πατρὸς γεννηθεὶς ἦν Υἱὸς, οὕτως ἀπαθῶς ἐκ μητρὸς κυοφορηθεὶς ὑπάρξειν υἱὸς καὶ ἀδελφὸς ἡμῶν, τῶν ἐπὶ κλῆρον καλουμένων, γεγονὼς, τὰ ἀδελφοῖς ἐπιπρέποντα τῶν πατρῴων συγκληρονόμους παραλαβεῖν. Οὐ μὴν οὐδ' εἶχε λόγον, τὸν Νοῦν, ἢ τὸ Πνεῦμα τῇ ἡμετέρᾳ περιγραφῆναι παχύτητι· ἀλλ' ἦν οἰκεῖον τὸν Λόγον, ὥσπερ διὰ τόμου τῆς σαρκίνης παχύτητος, τοῖς εἰς τὸν κλῆρον εἰσαγομένοις προσομιλῆσαι. Ἦκεν οὖν μὴ διεστηκὼς, ἔθεν ὥρμητο. Οὐδὲ γὰρ διάστασις ὁρίζει τὸν πάντα κληροῦντα οὐδὲ, τοῦ γεγεννηκότος Νοῦ ἀποτέτμηται ὁ Λόγος. Οὐκοῦν οὐδ' ἐζημίωσε τοὺς γεννήτορας κλῆρος, οὐδ' αὐτὸς ὑπέστη ζημίαν τῇ κενώσει, ἧς εἶχε δόξης, διὰ τὸ τοῦ προσληφθέντος ἄδοξον. Ἀλλ' εἰ χρὴ φάναι, τῷ πλήρει προσθήκην τινὰ γεγονέναι, προσθήκην ἐκ τῆς περὶ ἡμᾶς οἰκονομίας δόξης λαβών· ἀνθ' ὧν οἷς οὐκ ἦν ἄλλως εὖ γεγονέναι, ὥσπερ ἐν τόμῳ, τῇ ἐκείνων παχύτητι ὁραθεὶς, ἐξαγγελεύς τε ἅμα τῆς μεγάλης βουλῆς γέγονε καὶ ποιητὴς, καὶ τὸ πάσης ἐκπλήξεως ἐπέκεινα ἔργον πληροῖ, τὸν ἄνθρωπον θεοποιῶν, καὶ καθίζων ἐν θρόνῳ τῷ πατρικῷ.

verit, ea dispensatione, quam ut gereret ipse congruum fuit. Decebat enim ut, cum ineffabili Deus bonitate ab iis hominem absolvere statuisset, quorum tenebatur reus, ac in hæreditatem asciscere, id alius præter Filium non perageret. Minime namque congruum erat ut Pater inter nos versaretur, ac fieret homo, ne Patris ipse rationem amitteret, ac in Filii ordinem temporalisque ortus principium redigeretur, qui omni principio ac causa superior est. Sed neque Spiritum sanctum res decebat. Nam neque eum par erat in Filii proprietatem ac appellationem vi generationis transire; utque idem modo Spiritus esset, modo Filius; sicque in sancta Trinitate, quæ omnem complectitur ordinem, confusio ac commistio oriretur. Conveniens igitur erat ut Filius beneficentiæ hujus mysterium perageret; quem nihil necesse esset eam innovare appellationem, quam natura obtinet, autve a sua proprietate excedere. Qua enim ratione ex Patre nulla passione natus Filius erat, sic et sine passione ex matris utero susceptus partuque editus, Filius erat futurus, nosterque effectus frater, qui ad hæreditatem vocamur, paternorum nos bonorum cohæredes assumpturus, quod inter fratres solet fieri, ac fratres decet. At neque decebat ut Mens (25), aut Spiritus, nostri corporis mole circumscriberentur: sed plane erat congruum ut Verbum, velut per tomum ac libri corpus, per nostræ carnis molem, iis consuesceret qui ad hæreditatem introducendi essent. Venit itaque non derelicto loco, ex quo profectus erat. Neque enim eum, qui omnia implet, ulla distantia segregat: neque Verbum ab intellectu generante recessit. Igitur neque Paterno gremio ullum damnum attulit, neque ipsum detrimenti aliquid subiit qua se exinanivit ejus quam habuit gloriæ, propter humanæ naturæ ingloriam assumptam conditionem. Quinimo, si ita fas dicere, accessionem aliquam ei quod est plenum factam esse, accessione facta gloriæ ex humani generis dispensata salute; quod res aliter congrue habere non posset, in nostra mole, tanquam in tomo, perspicuum se ac oculis subjectum reddens, tum *magni consilii angelus* [57], tum exsecutor effectus est, opusque illud, quod omnem admirationem superat, implet; ut nimirum hominem deitate donet, ac in paterno solio collocet.

Ἀλλ' ὦ Λόγε, διὰ τὴν ἄχρονον ἐκ Πατρὸς γέννησιν, καὶ ἄνθρωπε, διὰ τὴν ἐν χρόνῳ ἐκ μητρὸς ἀπότεξιν! Ὦ σοφία καὶ ἀπαύγασμα καὶ ζωὴ, ὑφ' ἧς κατεπόθη θάνατος! Ὦ δι' οὗ Πατὴρ ἐφανερώθη, καὶ Πνεύματος ποταμοὶ ἐν ἀνθρώποις ἐρρύησαν! Ὦ Τριὰς ἁγία ἑνώσει διαιρουμένη, καὶ διαιρέσει συνεκτομένη, ἐν τρισὶ προσώποις εἷς Θεὸς ὁμοούσιος! Εἴργασταί σοι τῶν ἡμετέρων λόγων τοῦτο ἀνάθημα, προθυμηθέντι μὲν εἰς σὴν τιμὴν τὸ ἔργον διενεγκεῖν, οὐ συγχωρουμένῳ δὲ εἰς ὅσον καθῆκεν ἀκριβῆ τὴν ἐργασίαν ποιεῖν ὑπὸ τῆς προνοίας, ᾗ κρίμασι τοῖς σοῖς ἐνδεδέμεθα. Ἤδη γὰρ καὶ νῦν ὥσπερ ἑαυτοὺς ἐρπακότες τῆς τῶν πραγμάτων ἀσχολίας, κατὰ τὴν

Sed o Verbum, ob illam ex Patre æternam nativitatem, ac homo ob temporalem ortum ex matre! O sapientia, splendorque et vita, cujus viribus mors fuit absorpta! O per quem Pater manifestatus est, ac Spiritus flumina inter homines decurrerunt! O sancta Trinitas, unitate divisa, ac divisione unita, in tribus personis unus Deus consubstantialis! Hocce tibi nostræ orationis elaboratum est munus; cum ipse quidem, ut in tuum opus honorem cederet, percuperem; verum sim prohibitus, quominus ea, qua par erat diligentia ac studio absolverem: atque id curis, quibus, te ita volente, distinemur. Nam et nunc quoque quasi

[57] Isa. IX, 6.

NOTÆ.

(25) *Ut Mens, aut Spiritus.* Νοῦς ἢ Πνεῦμα. Pater scilicet qui Mens intelligitur, velut deitatis fons, ex quo Verbum, et Amor; Filius scilicet, ac Spiritus sanctus. Ex Mentis ergo et Spiritus ratione recte colligit non fuisse conveniens vel Patrem incarnari, vel Spiritum sanctum: bene autem Verbum, cujus sit in Tomo, seu Libro sensile fieri, ac circumscribi. Grets. nulla Mentis, aut Tomi mentione, nihil subtilem auctoris sensum exprimit; apud quem etiam perperam δι' ἀτόμου scriptum est, pro, διὰ Τόμου· uti paulo post repetit auctor: Ὥσπερ ἐν Τόμῳ, τῇ ἐκείνων παχύτητι ὁρασθείς, ubi etiam Gretsero displicet Tomi nomen, seu Libri; quod rex theologus ex propheta evangelista accepit: Λάβε σεαυτῷ Τόμον νέου μεγάλου· *Sume tibi Tomum novi magni*, Isa. VIII; eoque charum toties repetit.

nos ex occupationibus suffurati, pro facultate nobis a te concessa, in gloriam et honorem unius Dei qui in Trinitate adoratur, hanc orationem tribus diebus composuimus; quia te decet honor et gloria in sæcula, Amen.

A ὑπὸ σοῦ χορηγηθεῖσαν μυστικὴν κράκτην τῆς γνώσεως · τῷ ἑνὶ τιμωμένῳ ἐν Τριάδι Θεῷ ἐν ἡμερῶν Τριάδι εἰς δόξαν, καὶ ἔπαινον τὸ δῶρον ἐξειργασάμεθα· ὅτι σοὶ πρέπει τιμὴ καὶ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ORATIO VIII.

In extractionem venerabilium ac sacrosanctorum clavorum, qui infixi fuerunt in corpore Domini nostri Jesu Christi; et in divini corporis sepulturam. Dicta est sancta ac magna die Parasceves (26).

ΛΟΓΟΣ Η'.

Εἰς τὴν ἀποκαθήλωσιν τῶν τιμίων καὶ ἁγίων ἥλων, τῶν ἐμπαρέντων ἐν τῷ Δεσποτικῷ σώματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ · καὶ εἰς τὴν θεόσωμον αὐτοῦ ταφήν. Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Παρασκευῇ.

(Combefis. *Auctar.* pag. 1675.)

O tremendum mysterium universæ creaturæ, tum cœlesti, tum mundanæ! O mysterium, mirifica omnia, quæ a mundo condito evenerunt, sua admirabilitate longe exsuperans! Plane dignum stupore, materno Deum capi utero, et cum hominibus conversari, ac si qua alia humanæ salutis causa gesta fuerunt ac dispensata: voluisse autem mortem oppetere, id quantum ad inclinationem humilius, tantum ad stuporem sublimius. Quid ei retribuemus qui nos adeo dilexit? Non satis fuit bonitati ejus, ut nos, cum non essemus, propria manu conderet, injuriososque ac eos qui in adversarii partes concessissemus, mille modis ad se traduceret, atque ut tantæ bonitatis in nos collatæ præmio, sic male in iram provocatus haberet: quin et usque ad cruciatus ac mortem dignatur descendere: utque ii quos par erat non uno mortis genere, sed innumerabilibus pro reatu punire, a morte liberentur, Dominus congreditur cum morte: congreditur, at non vincitur, vel tenetur. Licet enim in arenam cum morte, quæ genus humanum persequebatur, descendat, id tamen eo consilio facit, ut insolubilibus constrictam vinculis, ab ulteriori eam impressione ac persecutione, nihil inde læsa divina virtute, cohibeat. Hoc quoque olim Deo afflata prophetarum ora prolocuta sunt: Propter peccata populi mei, ad mortem ductus sum; Creator, pro creatura; justus, pro injustis; pro servis, Dominus; Rex, pro reis. Neque hoc solum, sed quibus salutem procurat, ab his vulneratur. Ut enim homo immortalis fiat, Deus mortem gustat; nec homines a tanto absterrentur facinore. Venit ad captivos Redemptor, ingratique solventem ipsum ligant. Venit medicus ad ægros; hique gratiarum actionis loco eidem infligunt vulnera. Venit Salvator ad eos qui per lignum periissent, atque ab iis in ligno extenditur. Ac neque hactenus iisque cruciamentis ac morte iram definitam volunt; quin etiam

B Ὢ φρικτοῦ μυστηρίου πάσῃ τῇ κτίσει, ὅση ὑπερουράνιος, καὶ ὅση ἐγκόσμιος! Ὢ μυστηρίου πᾶν, εἴ τι παράδοξον ἐξ αἰῶνος ἐπράχθη, ἀποκρύπτοντος τῷ παραδόξῳ! Ἔκπληξις μὲν γὰρ Θεὸν ἐν μήτρᾳ γυναικὸς χωρηθῆναι, καὶ ἀνθρώποις συναναστραφῆναι, καὶ τὰ ἄλλα, ὅσα εἰς ἡμῶν σωτηρίαν ᾠκονομήθη· ἀλλὰ τὸ εὐδοκῆσαι θανάτῳ ὁμιλῆσαι ὅσον εἰς συγκατάβασιν ταπεινὸν, τοσοῦτον εἰς ἔκπληξιν ὑψηλόν. Τί ἀνταποδῶμεν τῷ οὕτως ἡμᾶς ἀγαπήσαντι; Οὐκ ἦρκει τῇ αὐτοῦ ἀγαθότητι πλαστουργῆσαι μὴ ὄντας παλάμῃ οἰκείᾳ · οὐδὲ ὑβρίσαντας, καὶ μετὰ τοῦ ἀντιπάλου γενομένους μυρίαις ἐπιβολαῖς μαθέλκειν πρὸς ἑαυτὸν, μηδὲ ἐκ τοῦ τοσαύτης ἀπολαύσαντας χρηστότητος, οὕτως κακῶς διακεῖσθαι παροργισθέντα · ἀλλὰ καὶ μέχρι παθῶν κατιέναι δι' ἡμᾶς εὐδοκεῖ · καὶ οὓς οὐχ ἑνὶ θανάτῳ, ἀλλὰ μυρίοις ἔδει δοθῆναι, ἵν' οὗτοι θανάτου λυτρωθῶσιν, ὁ Δεσπότης θανάτῳ συμπλέκεται. Συμπλέκεται, ἀλλ' οὐ κρατεῖται. Εἰ γὰρ καὶ πρὸς συμπλοκὴν τῷ θανάτῳ διώκοντι τὸ γένος καθίησιν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἵν' ἐπίσχῃ δεσμοῖς ἀλύτοις αὐτὸν τῆς ἐπὶ τὸ πρόσθεν ὁρμῆς καὶ διώξεως, μηδὲν τῆς θείας δυνάμεως ἐκ τούτου καμούσης. Τοῦτο ἄρα καὶ θεοφορούμενα χείλη πάλαι προὔλεγεν · Ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν τοῦ λαοῦ μου ἤχθην εἰς θάνατον. Ὑπὲρ τοῦ πλάσματος, ὁ Πλάστης · ὑπὲρ ἀδίκων, ὁ δίκαιος · ὑπὲρ τῶν δούλων ὁ Δεσπότης · ὑπὲρ τῶν κατακρίτων, ὁ Βασιλεύς. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν τὴν σωτηρίαν πραγματεύεται, ὑπὸ τούτων τραυματίζεται. Ἵνα γὰρ ἄνθρωπος ἀπ- D αθανατισθῇ, γεύεται θανάτου Θεός · καὶ τολμῶσιν ἄνθρωποι τὸ ἐγχείρημα. Ὁ λυτρωτὴς παρεγένετο τοῖς αἰχμαλώτοις · καὶ οἱ ἀχάριστοι δεσμοῦσι τὸν λύοντα. Ἐπέστη τοῖς ἀσθενοῦσιν ὁ ἰατρός · καὶ ἀντὶ τοῦ χάριν εἰδέναι τῆς θεραπείας, τραυματίαν δεικνύουσιν. Ἦλθε τοῖς ἀπολωλόσι διὰ ξύλου Σωτὴρ · καὶ αὐτὸν ἐπὶ ξύλου τανύουσι. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου τὴν ἄδικον ὀργὴν καταλύουσιν · ἀλλ' ἐποργίζονται καὶ θανόντι · καί τοι καὶ πρὸς ἐχθροὺς εὐμένειαν φέρει

NOTÆ.

(26) Primam hanc e novem e Bavarica bibliotheca ediderat Gretserus: quo argumento exstant luculentissimæ Græcorum orationes. Ad magni potius Sabbati diem spectare videtur, quam Parasceves: ut non omnino probem quod titulo præfertur, τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Παρασκευῇ · cum auctor præcipue celebret diem septimam, ejusque requiem, nova operum cessatione, ac operum recreationis, consecratam: uti primo consecrata fuerat cessatione operum creationis. Forte dicta sit die ipsa Parasceves; sed vergente ad vesperam, quando jam velut inchoante Sabbato, Dominicæ sepulturæ memoria recoli incipiebat.

θάνατος. Νῦν δὲ τὸν εὐεργέτην θανατώσαντες οὐ πραΰνουσι τοὺς θυμούς.

Ἤλαι μὲν οὖν ὁ δημαγωγὸς Ἰσραὴλ Μωϋσῆς, ὁ τὸν ἡμέτερον, μᾶλλον δὲ, κἀκείνου Δεσπότην εἰκονίζων, οἷς ῥάβδῳ τὴν θάλασσαν λαῷ ταλαιπωρουμένῳ ἐδείκνυ βατὴν, καὶ τοὺς διώκοντας ἔκρυπτεν ἐν αὐτῇ· εἰς τὰ νῦν τελούμενα βλέμμοτι θεωρίας ἀποσκοπῶν, ἄλλοις τε πολλοῖς, τῆς ἐπὶ θεομαχίαν ὁρμῆς ἀναστέλλειν αὐτοὺς ἐπειρᾶτο· οὐχ ἧττον δὲ κἀντεῦθεν λέγων, ὡς ἴδοιεν ἐπὶ ξύλου κρεμαμένην αὐτῶν τὴν ζωὴν, οἷον εἰκόνι γράφων ἐν ὄφει χαλκῷ τοῦ πράγματος τὴν ἀλήθειαν. Ἀλλ' ἦν ἄρα τοῦ Ἰουδαϊκοῦ καλύμματος, μὴ μόνον τὴν εἰκόνα, ἀλλὰ μηδ' αὐτὴν ὁρᾷν τοῦ πράγματος τὴν ἐνέργειαν. Πᾶσα γὰρ κτίσις τῷ Δεσποτικῷ θαμβουμένη πάθει, καὶ *μόνον* οὐχὶ φωνὴν ἀφεῖσα, καὶ τῶν μιαιφόνων σηλιτεύουσα τὴν τόλμαν· γῆς θεμέλια τρέμοντα· πέτραι ῥηγνύμεναι· φωστῆρες εἰς ζόφον τὴν λάμψιν ἀμείβοντες· οὐδ' οὕτως εἰς συναίσθησιν εἶλκε τῇ μέθῃ τῆς μανίας κεκαρωμένους αὐτούς· ἀλλὰ μανίαν ἄλλην ἐπὶ μανίᾳ μαίνονται. Ἐπεὶ γὰρ ὑπὸ Ἰωσὴφ τῷ χωρίῳ τῆς ἀφθαρσίας τὸ θεῖον ἐτέθη σῶμα, τί φασι τὰ χείλη τὰ μάταια; *Ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος* [εἶπεν], *ἔτι ζῶν· Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἐγείρομαι.* Ὦ πώρωσις καρδίας τῶν ἀψύχων ἀναισθητοτέρας. Οὐρανὸς καὶ γῆ συνῄσθοντο τὴν δεσποτικὴν ὕβριν, καὶ ἔφριξαν· καὶ λαὸς Ἑβραίων ἐπὶ πλεῖον τῇ ἀπονοίᾳ βακχεύεται. Οὐκ εἶπεν, Ἰουδαῖε, πρὶν γενέσθαι, ὅτι μαστιγώσεις, καὶ ῥαπιεῖς, καὶ ἐπὶ ξύλου κρεμάσεις; πῶς τὴν ἔκβασιν τῶν προειρημένων ἐκεῖ οὐκ ἐνεθυμήθης, ἀλλ' ἔδρασας ἅπαντα μηδὲν τὴν πρόῤῥησιν ὑπολογισάμενος; Τί οὖν ἐνταῦθά σε ὁ τῆς ἀναστάσεως θορυβεῖ λόγος; Οὐκ ἔθου φροντίδα τῶν ἐκβάντων μέχρι τοῦ σταυροῦ· μηδὲ τοῦτό σοι πράγματα παρεχέτω. Ἀλλ' ἐν οἷς μὲν ἐφλέγου διψῶν τοῦ Δεσποτικοῦ αἵματος, οὐδὲ ἐπὶ διάνοιαν ἐβάλου, ὧν προεῖπε μὲν ἐκεῖνος, ἐπλήρους δὲ σύ. Οὐδὲ γὰρ συνεχώρει τῆς μιαιφονίας ἡ λύσσα λογίζεσθαι τὸν λογισμόν. Ἐπεὶ δ' ὥσπερ τὸ δίψος τοῦ Δεσποτικοῦ φόνου μικρὸν ὑπανῆκεν, εἰς μνήμην, ὧν τε προεῖπε, καὶ ὧν ἔδρασας ἦλθὼν, οἷον προκύπτουσαν ὁρῶν τὴν ἀλήθειαν, ὡσὲν οὔπω δέδοικας ὅλην αὐτῆς τὴν φανέρωσιν· καὶ τοῖς περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγοις τοὺς λογισμοὺς κατασείεις [1]. *Ἐμνήσθημεν ὅτι ἐκεῖνος ὁ πλάνος εἶπεν ἔτι ζῶν.* Τί λέγεις; Πῶς δι' ὧν ἐμνήσθης, ὅτι προεῖπεν ἀναστήσεσθαι, πλάνον καλῶν, οὐκ ἀναμιμνήσκῃ, ἅπερ ἐτέλεσας εἰς αὐτὸν, ὅτι καὶ ταῦτα εἶπεν, καὶ τὸ μιαρὸν ἐμφράττῃ [i] στόμα; Ἀλλὰ πλάνος. Καὶ τί τοσοῦτον φροντίζεις αὐτοῦ; Τὸ σπουδαζόμενον ἤνυσας. Ἔλυσας τῷ θανάτῳ τὴν ἀφορμὴν τῆς πλάνης. Οὐκ ἀκούει χειλέων ἐκείνου λαὸς, ὃν ὡς εὔκολον εἰς ἀπάτην ὑπὸ κατάραν ἐτίθεις. Οὐχ ὁρῶσι τὰ παράδοξα τῶν τεραστίων.

mortuo irascuntur, tametsi mors in ipsos quoque hostes leniores efficiat. At isti ne benefactore quidem interfecto animos leniunt ac iras.

Jam olim populi Israelitici ductor Moyses, nostrum, quin et suum illius Dominum adumbrans, quibus per virgam populo afflicto mare pervium fecit, ac persequentes in eo submersit; in ea quæ nunc peraguntur spiritalis intelligentiæ oculo intentus, aliisque plurimis, ab eo impetu quo Deo resistebant, abducere conabatur: tunc maxime cum ait fore ut viderent vitam suam pendentem in ligno [88], expressa tanquam in imagine rei veritate in æneo serpente [89]. Cæterum hoc Judæorum cæcitati conveniens erat, ut non modo imaginem non agnoscerent, sed ne ad ipsam rem, cum peragere-
B tur, animum adverterent. Quamvis enim creata universa Domini passione cohorruerint, tantumque non ediderint vocem, ac sacrilegorum parricidarum audaciam coarguerint; nam fundamenta terræ contremuerunt, petræ scissæ sunt, cœli lumina lucem in caliginem verterunt: attamen ne sic quidem Judæi furore et vesania ebrii sepultique, sui sceleris immanitatem persenserunt, sed furorem furori accumulant. Postquam enim Joseph in immortalitatis loco illo divinum corpus condiderat, quid vanissimi hominum deblaterant? *Recordati sumus, quoniam seductor ille dixit adhuc vivens. Post tres dies resurgam* [90]. O cordis stoliditatem ac stuporem, qualem in rebus inanimis non reperias! Cœlum et terra injuriam Domino irrogatam
C senserunt, horrueruntque; ac Hebræorum populus eo magis desperata vesania furit. An non, o Judæe, prædixit fore ut a te flagellaretur, alapis cæderetur, et in ligno suspenderetur? Quomodo eventum prædictionum in memoriam tunc non revocasti, sed perpetrasti omnia, nulla prædictionis habita ratione? Cur igitur jam mentio de resurrectione te perturbat? Cum eventus usque ad crucem floccipenderis, ne istud quoque negotium tibi facere debuerit. Verum sitis, qua Dominicum sanguinem ardentissime sitiebas, non sinebat, ut mente revolveres id quod ipse prædixerat; tu vero opere complesti. Neque enim rabies, qua ad innocentis perpetrandam cædem ferebaris, sanam ullam cogi-
D tationem admittebat. At postquam sitis illa Dominici sanguinis nonnihil remisit, animum subeunt, tam quæ ipse prædixit, quam quæ tu perpetrasti; ac veritatem quasi prospectantem videns, magnopere totam ejus manifestationem metuis, verbisque de resurrectione animo commoveris. *Recordati sumus, quia seductor ille, dixit adhuc vivens.* Quid ais? Quomodo seductorem vocans, quod prædictam ab eo resurrectionem recorderis, non simul in mentem revocas ea quæ in ipsum admisisti, cum et is illa prædixerit, ac scleratum os tuum obstruxe-

[88] Deut. xxviii, 66. [89] Num. xxi, 9. [90] Matth. xxvii, 63.

VARIÆ LECTIONES.

[1] κατασείῃ. [i] ἐμφράττει.

rit? At seductor est. Cur vero tanta tibi de illo cura est? Confecisti quod studio moliebaris. Occasionem seductionis morte præcidisti. Non audit populus ejus labiorum verba [61], quem ut facilem decipi maledicto subjiciebas. Non cernunt admiranda illa prodigia.

Undenam vero occasionem acceptura est deceptio? *Ne forte discipuli veniant, et furentur eum, ac dicant populo, Surrexit a mortuis.* Discipuli furentur, qui ne minimum quidem cum ille traheretur, secuti sunt? Tantum illi pro mortuo curæ susceperunt, qui eo vivente, ne impressionem quidem vestram ferre valuerunt : vel eo duntaxat, ut a longe spectarent, quali nece Magister traderetur? Iine, illo jam sepulto, vestrum impetum floccifacient, furtumque cadaveris tentabunt? Non beneficii loco deputent, ita animi timiditate reputantes, ut vel nihil novantes, latere possint; sed ad necem inferendam, atque ad ipsos ad supplicium pervestigandos, cupidissimos homines magis provocent ? Deinde, quo fine corpus furarentur? Non ut alicubi id reponerent eoque tanquam amoris solatio fruerentur, sed ut resurrexisse passim prædicarent? Rem inauditam, ac qualem sol nunquam vidit : nempe mortuum propria redivivum virtute : quasi videlicet rem tritam, ac quæ quotidie accidat, aggressuri essent. Atqui contrarium prorsus illos facere par erat, quantum humana mens ratione assequi potest; potius enim optare debebant ut sibi terra dehisceret, præ metu ubique latibula quærere, nihil non moliri ne vestro unquam animo occurrerent : quin et implacabili odio in seductorem amor pristinus commutandus erat. Nam rogo, quanam etiam ex causa tantam magistri curam agerent? An quia cum ipso agentes, in deliciis vivebant? At qui quas etiam exiguas facultates habebant, verbis illius obsecuti abjecerant; fameque et siti, et aliis incommodis contabescebant. Quid vero? An quia resurrectionem confingentes, lætam statim ac jucundam vitam victuri erant? Verum magis eos animi mœror cruciaturus erat, cum iis, quæ confinxissent, haudquaquam certius niti possent. Cujusnam ergo gratia in tantum se periculum conjecissent? Nihil plane ejusmodi est quale tu, vere seductor, ais; quin vel invitus resurrectionis splendorem visurus es, terrarum universum orbem collustrantem, tametsi gravius adhuc velamen cordi impositum geras. Interim, quodnam hoc præsidium, quod sepulcro moliris? Signacula imponis, ac circum custodias adhibes. Quid agis, Judæe? Non animadvertis viam te tibi excusandæ insipientiæ magis ac magis præcludere? Si enim, ut arbitraris, qui de resurrectione jactatur sermo, mendax ac commentitius est, quid vano studio circa sepulcrum occuparis? Sin autem ut verum, sicuti est, metuis, quid iis armis quibus illum oppugnas teipsum oppugnas? Forte enim si non tantum studii muniendo ac custodiendo sepulcro adhibuisses, impudentia ad calumniandam resurrectionem promovens, minori fuisset dedecori.

Sed valeant Hebræi cum suis nugis : Christi vero immaculata Ecclesia cum Moyse sacram requietionis diem veneretur, de qua dicebat : *Et*

A Πόθεν ἕξει τὴν ἀφορμὴν ἡ πλάνη ; *Ναὶ μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ κλέψωσιν αὐτὸν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ ὅτι ἠγέρθη ἐκ τῶν νεκρῶν.* Οἱ μαθηταὶ κλέψωσιν, οἱ μηδὲ τὸ βραχύτατον ἀκολουθήσαντες ἐλκομένῳ; ἐκεῖνοι τοσαύτην σπουδὴν περὶ τὸν νεκρὸν σχήσουσιν, οἱ ζῶντος μηδ' αὐτὴν ὑμῶν τὴν ὁρμὴν ὑπομείναντες, μηδ' ὥστε πόρρωθεν ἰδεῖν ποίῳ θανάτῳ ὁ Διδάσκαλος παραδίδοται ; Οὗτοι τάφῳ κρυβέντος καταφρονοῦσιν ὑμῶν, καὶ χωρήσουσιν ἐπὶ σώματος νεκροῦ κλοπήν; οὐκ ἀγαπητὸν, ἀπὸ δειλίας ἡγουμένους, εἰ μηδὲν νεωτερίζουσιν, αὐτοῖς περιέσται λαθεῖν · ἀλλ' εἰς ἔρευναν καὶ τιμωρίαν φονῶντας ἀνθρώπους ἀνακινήσουσιν; Εἶτα, ἵνα καὶ τί ποιήσωσι κλέψαντες ; Οὐχ ἵνα ὅπου δὴ
B μεταθέντες ἔχωσι παραμύθιον τοῦ φίλτρου, καὶ τιμῶσι τὸ σῶμα, ἀλλ' ἵνα φημίσωσιν τὴν ἀνάστασιν; πρᾶγμα οἷον οὔπω τεθέατο ἥλιος, νεκρὸν οἰκείῳ κράτει ἀναβιοῦντα · ὥσπερ τι τῶν καθ' ἑκάστην γινομένων κατασκευάζοντες ; Καὶ μὴν τοὐναντίον ἅπαν εἰκὸς αὐτοὺς ποιεῖν, ὅσα γε λογισμὸς ἀνθρώπινος ἐπιτρέπει · εὔχεσθαι ῥαγῆναι τούτοις τὴν γῆν, τῷ δέει πανταχοῦ καταδύεσθαι · πάντα μηχανᾶσθαι, μηδ' ἐπὶ μνήμην ὑμῶν αὐτοὺς ἥκειν. Καὶ μὴν καὶ μῖσος ἀναλαβεῖν ἀντὶ τοῦ πρότερον φίλτρου κατὰ τοῦ ἀπατήσαντος. Ἐπὶ τίνι γὰρ καὶ ἔμελλον οὕτω κήδεσθαι τοῦ Διδασκάλου ; Ὅτι ἐφ' οἷς αὐτῷ συνῆσαν ἐν ἀπολαύσει διέζων ; ἀλλὰ καὶ ἦν εἶχον πενιχρὰν
C ὕπαρξιν, τοῖς ἐκείνου πειθόμενοι λόγοις ῥίψαντες, λιμῷ καὶ δίψει, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐτήκοντο. Τί δέ ; Ὅτι πλασάμενοι τὴν ἀνάστασιν, εὐθέως ἔμελλον βιώσεσθαι ; Ἀλλ' οὕτω γε πλέον ἡ ἀθυμία ἐκέντει, οἷς ἐπλάσαντο θαῤῥεῖν οὐκ ἔχοντες. Ἀντὶ τίνος οὖν εἰς τοσοῦτον κινδύνου καθίεσαν αὐτούς ; ἀλλ' οὐκ ἔστιν, ὡς σὺ λέγεις, ὦ πλάνε ἀληθῶς · ἀλλ' ὄψει καὶ ἄκων τῆς ἀναστάσεως τὸ φέγγος πᾶσαν περιλάμπον τὴν οἰκουμένην · κἂν ἔτι βαρύτερον εἴης ἐπὶ τῆς καρδίας φέρων τὸ κάλυμμα. Τέως δὲ νῦν τίς ἡ ἀσφάλεια, ἣν τῷ τάφῳ περινοεῖς ; σφραγῖδας ἐπιτίθης, καὶ κουστωδίας περικαθίζεις. Τί ποιεῖς, Ἰουδαῖε ; Λανθάνεις σεαυτῷ τὸν ἔλεγχον τῆς ἀνοίας ἀφυκτότερον κατασκευάζων; Εἰ μὲν γὰρ ὥσπερ οἴει πλάνος ὁ τῆς
D ἀναστάσεως λόγος, τίς ἡ περὶ τὸν τάφον διάκενος σπουδή ; Εἰ δ' ὡς ἀληθῆ, ὅπερ ἐστὶ, δέδοικας, τί δι' ὧν ἐκείνῃ μάχῃ, σαυτὸν ἀνατρέπεις ; μὴ γὰρ οὕτω περικροτοῦντί σοι τὴν φυλακὴν, ἴσως ἂν ἡ ἀναίδεια ἐπὶ τὸ συκοφαντεῖν τὴν ἀνάστασιν ὠρμημένῳ, οὐκ ἂν μετὰ τοσαύτης αἰσχύνης προὐχώρει.

Ἀλλ' ἐῤῥίφθωσαν ταῖς αὐτῶν λέσχαις Ἑβραῖοι · ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ ἄμωμος Ἐκκλησία μετὰ Μωϋσέως τῆς καταπαύσεως τὴν ἱερὰν ἡμέραν τιμάτω · περὶ

[61] Joan. VII, 49.

ἧς ἔλεγε· *Καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην*, ἐν ᾗ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ. Εἰ γὰρ καὶ τῶν ἔργων ἐξ ὧν ὁ κόσμος ὑπέστη δηλοῖ κατάπαυσιν· ἀλλ' οὖν αὕτη τῷ ὄντι τῆς καταπαύσεως ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐξ ἔργων τοῦ ἡμετέρου προσλήμματος, ἐκὼν ὁμιλήσας θανάτῳ, κατέπαυσεν· ἐν ᾗ τοῦ θανάτου ἡ αἰώνιος τυραννὶς κατελύθη, καὶ οἱ ὑπ' ἐκείνῳ ταλαιπωρούμενοι, ἀνάπαυσιν εὗροντο· ἐν ᾗ τῶν σπιλάδων τῆς ἁμαρτίας ὑπεξελθοῦσα ἡ φύσις, δι' ὧν πρὸς φθορὰν ἐναυάγει, καθωρμίσατο πρὸς ἀφθαρσίαν· καθ' ἣν ὁ κραταιὸς, ὡς ἐξ ὕπνου τῶν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπνώσας τραυμάτων, τὸν ὑπερήφανον ἐχθρὸν τραυματίαν εἰργάσατο, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀπέλυσε τῆς πολυχρονίου φρουρᾶς. Τίς ὁ πλοῦτος τῆς περὶ ἐμὲ συμπαθείας; Τί τὸ ἄπειρον τῆς συγκαταβάσεως; Ἐγευσάμην ἐγὼ βρώσεως γλυκείας, ᾗ με κατέστησεν ὑπόδικον τῷ θανάτῳ· καὶ γεύεται θανάτου Θεὸς, ἵν' ἁρπάσῃ θανάτου. Ἡ κόνις, ἀγαθότητος ὕψει, πρὸς θείαν ἀνήχθη δόξαν, καὶ οὐκ ἔστερξα τὴν τιμήν· καταβαίνει Θεὸς πρὸς ἐμὴν ἐσχατιὰν, ἵνα μὴ μόνον ἐγείρῃ πεσόντα, ἀλλ' ἵνα τῆς ἐμῆς ἀνασχόμενος φθορᾶς, καταπλουτίσῃ τὸ ἄφθαρτον. Καὶ τὴν μετὰ νεκρῶν κατάθεσιν ἡ ζωὴ ὑπομένει, ἵνα πρὸς ζωὴν τὸ ἐμὸν θνητὸν μεταταγῇ· καὶ νεκροστόλοις ὀθόναις ἐλίσσεται, ἵν' ἐγὼ σωτηρίας ἱμάτιον περιβάλωμαι· καὶ χερσὶ πηλίναις ἐνταφιάζεται, ἵν' ἐγὼ ἐπ' ὤμων καθίσω Χερουβικῶν. Χερσὶν Ἰωσὴφ τοῦ σεμνοῦ. Οὗτος γὰρ ἁπάντων καταλιπόντων γνωστῶν, τὸν διὰ σπλάγχνα ἐλέους ἐπιγνόντα ἡμᾶς, λαμβάνει πρὸς τὴν ταφήν. Ποῦ μοι νῦν ἡ Πέτρου παῤῥησία; Ποῦ δὲ τὸ πρόθυμον τοῦ Θωμᾶ; ποῦ δὲ τῶν ἄλλων μαθητῶν τὸ φίλτρον; Νῦν ἐλέγετε· *Ἄγωμεν καὶ ἡμεῖς, ἵν' ἀποθάνωμεν μετ' αὐτοῦ*· καὶ νῦν οὐκ ἀκολουθεῖ τις ἀπιόντι τῷ διδασκάλῳ πρὸς τὴν σφαγήν. Καὶ γύναια μὲν τέως, εἰ καὶ μακρόθεν ἕστηκε, καὶ θρηνεῖ· οἱ δὲ μαθηταὶ οὐδὲ γυναικῶν; λαμβάνουσι τόλμαν. Τί οὕτω πᾶσαν ἐκείνην τῆς στοργῆς ὑμῶν τὴν φλόγα ἔσβεσε τὸ δειλόν; οὐδὲ ἐγείρει τὴν ψυχὴν, ὧν τε εἶπεν ὧν τε ἐτέλεσεν ὁ διδάσκαλος; ἀλλ' οὕτω διέθηκεν ὁ φόβος, ὡς μηδενὸς ἔχειν λόγον ὑμᾶς; μὴ τῆς τοσαύτης ἀγάπης· μὴ τῶν ὑπερφυῶν θαυμάτων, ἃ ἐξ αὐτοῦ ἐπλουτήσατε· μὴ τῆς τῶν δαιμονίων ὑποταγῆς, ἃ ὑπὸ πόδας ὑμῶν ἔθηκεν; ἀλλ' οὕτω ῥίψαντας ἅπαντα μόνης εἶναι τῆς σκυθρωπότητος; οὐδὲ τῆς Μητρός ἐστι λόγος ὑμῖν· ἢ εἰκὸς ἐπὶ μονογενεῖ Παιδὶ οὕτω κρεμαμένῳ ἀπαραμυθήτῳ ἅλγει διεσπαράχθαι τὰ σπλάγχνα; ἢ καὶ ἄλλος τις τῶν οὐκ εἰδότων συνήλγησε τὴν ψυχὴν, καὶ ἀγαπητῶς ἂν τῇ ἐκ λόγων ἰατρείᾳ τὴν ὀδύνην ἐπειράθη διαπραῦναι. Ἡλίκαις γὰρ τότε ἡ ἄμωμος ἐμερίζετο πάθεσιν; Οἵοις ἐκυμαίνετο λογισμοῖς, νῦν μὲν τὸν ὑπερφυῆ τόκον ἐνθυμουμένη, νῦν δὲ τῶν ἄλλων

A *benedixit Deus diei septimo* [49], in quo requievit ab omnibus operibus suis. Licet enim significet requiem ab operibus, quibus conditus est mundus: hæc tamen revera dies est requietionis, qua unigenitus Dei Filius a designatis in humana carne assumpta operibus requievit, sponte in mortem concedens: qua die æterna illa mortis tyrannis dissoluta est, ac qui sub ea atterebantur, requiem invenerunt: qua e peccati scopulis ac petris expedita (27) natura, quibus in corruptionem naufragio impegerat, ad incorruptionis portum appulsa est: qua potens ille, quasi somno ex vulneribus pro nobis susceptis soporatus, superbum hostem vulneribus consauciavit, captivosque ex diuturno carcere liberavit. Quæ istæ divitiæ divinæ in me commiserationis? Quænam immensa hæc in meum usum modumque inclinatio? Gustaveram ego dulcem escam, qua reus mortis factus sum, gustatque Deus mortem, ut a morte eruat. Pulvis exsuperantia bonitatis ad divinam gloriam subductus est; nec ego honorem amplexus sum, ac libens habui: descenditque Deus ad infimam meam vilitatem, ut non solum prolapsum erigat, verum etiam ut meam sustinens corruptionem, incorruptionis mihi divitias præbeat: patiturque vita ut cum mortuis deponatur, ut ad vitam mortalitatem meam transferat: funebribus linteis involvitur, ut ego indumento salutis vestiar; luteisque manibus sepulcro conditur, ut ego Cherubinorum humeris insideam. Manibus, inquam, honestissimi Joseph. Hic enim, cum noti omnes reliquissent, eum sepeliendum suscipit, qui per misericordiæ viscera notos nos habuisset. Ubi nunc mihi Petri libertas? Ubi Thomæ alacritas? Ubi aliorum discipulorum amor? Modo dicebatis: *Eamus et nos, et moriamur cum illo* [50]; nec quisquam modo reperitur, qui magistrum eumtem ad mortem comitetur. Ac mulieres quidem hactenus, quanquam a longe, stant, ac lamentantur: discipuli vero ne parem quidem mulieribus ostentant audaciam. Cur adeo timor vestram illam amoris flammam penitus exstinxit? nec magister, iis quæ dixit patravitque, vestros animos quidquam erigit? sed ita vos consternavit pavor ut nullius rei rationem habeatis; non tanti illius amoris, non divinorum ac naturæ vim totam exsuperantium miraculorum, quorum patrandorum potestate ab ipso donati estis; non subjectionis dæmonum, quos pedibus vestris subjecit: sed omnibus in hunc modum abjectis ac posthabitis, tetrica mœstitia absorpti estis? Nec Matris vos cura tangit, quam credibile est, ob unigenitum Filium ita in ligno suspensum, inconsolabili dolore intimis visceribus excruciari? in quam vel ignotus quispiam misericordia motus

[49] Gen. II, 2. [50] Joan. XI, 16.

NOTÆ.

(27) *Scopulis, ac petris expedita.* Τῶν σπιλάδων τῆς ἁμαρτίας ὑπεξελθοῦσα. Clara, aptaque metaphora: non quam exprimit Gretserus, dum pro petris, quibus sub aquis latentibus solet naufragium effici, *peccati maculas* reddit.

esset, plenoque humanitatis affectu, orationis medicina dolorem lenire tentasset. Quantis enim intacta Virgo tunc cruciatibus conficiebatur? Quantis cogitationum procellis agitabatur, cum jam divinum illum partum animo versaret, jam alia omni admiratione referta opera perpenderet : ac modo quidem Davidis thronum, quem Gabriel, quasi arrham spopondisset, consideraret, modo crucem ac in ea pendentem Filium vestibus nudatum, idque medium latronum aspiceret? Quocirca neque novissima effatur verba, nec talia, qualia super filio morienti mater consuevit, sed stetit præ stupore velut solo affixa, lacrymis ubertim manantibus. Doloris vehementia velut consilii inopia absorptam omnino vocem ademerat. Ergone tanto in luctu versantem matrem virginem penitus deseretis? Posthacne vero ad eam accedere in animum inducetis? Quibus autem oculis aspecturi estis, qui sic solum, cum ad mortem duceretur, Filium reliqueritis? ipsum, inquam, qui ut amore in humanum genus, nihil paternum sinum deserens, in terram descendit, ita et vos materno amori præposuit, dicens : *Illi sunt Mater mea, et fratres mei* [a]. Ut quid adeo consilium mutastis? An non, cum vobiscum degeret, hæc ipsa vobis prædicebat? oportere videlicet Filium hominis tradi impiis, et elevari in ligno, atque in terræ corde versari? Quid ergo? An hic finem habuit prædictio? Nonne etiam aliud exsultationis cumulo adjunctum fuit? An non dixit : *Et tertia die resurget* [b]? Quomodo formidinem ex ejus passione conceptam spe resurrectionis non profligatis? Esto, non secuti sitis, cum ad mortem raperetur; cur jam quoque mulieribus ad sepulcrum euntibus palmam conceditis? Nam ipsæ primo diluculo accurrunt : vos autem non modo nihil simile tentatis, sed et acceptum de resurrectione nuntium, pro deliramentis reputatis. Ac Judæi quidem de vobis dicunt, furaturos vos mortuum, et quasi resurrexisset, divulgaturos : vos autem factam jam resurrectionem audientes, non creditis, tristique vultu desidetis. Audi, Judæe, quomodo discipuli mortuum furati, resurrexisse in vulgus sparserunt, qui etiam facta resurrectione, incredulis sedebant.

Atenim Joseph Dominum sepelit; Solem sepulcro condit. O sepulcrum quod cœlum referat! Nam qui in cœlo, tanquam in throno sedet, is in te, tanquam in thalamo requievit. O sepulcrum, quo sepulcra omnia a sordibus suis expurgantur! per quod, qui in eis computruerant, vegetius, ac magis vigente natura, quam ex materno utero, prodeunt! O sepulcrum, quo pelliceas tunicas exui, veteremque decorem indui! O sepulcrum, vitæ thesaurum opulentissimum in te complectens, licet Joseph tanquam vitalis spiritus expertem, in te ipsum abscondat! Cæterum ille quidem timore pariter et amore, ea qua licuit veneratione Dominicum corpus tumulo componit; Judæique obsignant : haud tamen signacula retinent, quem mortis portæ tenere non valent. Porro mulieres velut circa mortuum officiosæ, cum unguentis ad vitæ Dominum ac dispensatorem eunt : mulieres gravitate morum

A ἔργων τὰ παράδοξα· καὶ νῦν μὲν τὸν θρόνον Δαβὶδ ὃν Γαβριὴλ ἀῤῥαβωνίζεται· νῦν δὲ βλέπουσα τὸν σταυρὸν, καὶ γυμνὸν τὸν Υἱὸν κρεμάμενον· καὶ τότε μετὰ λῃστῶν; Διὰ τοῦτο οὐδὲ τελευταῖα προσφθέγγεται ῥήματα· οὐδ' οἷα μήτηρ ἐπὶ παιδὶ θανατουμένῳ βοᾷ· ἀλλ' ἔστηκεν ἀπὸ ἐκπλήξεως οἷον παγεῖσα τῇ γῇ, μόνον πλυνομένη τοῖς δάκρυσι. Τὸ σφοδρὸν τοῦ πάθους ὅλην ὑπὸ ἀμηχανίας καταποθεῖσαν αὐτὴν ἀφεῖλετο τὴν φωνήν. Ἆρ' οὖν ἐν τούτῳ οὖσαν τὴν παρθένον μητέρα ἐᾷητε παντελῶς, ἢ προσελθεῖν αὐτῇ μετὰ ταῦτα βουλήσεσθε; Καὶ πῶς ἂν ὄψητε λιπόντες οὕτω μόνον πρὸς θάνατον ἑλκόμενον τὸν Υἱόν; ὃς ὥσπερ πόθῳ τῷ πρὸς ἀνθρώπους τῶν πατρῴων, οὐκ ἐκστὰς κατέβη κόλπων, οὕτω καὶ μητρικῆς στοργῆς ὑμᾶς προὐτίθει, λέγων·

B *Οὗτοί εἰσιν ἡ Μήτηρ μου καὶ οἱ ἀδελφοί μου.* Τί τοσοῦτον ἠλλοίωσθε; Οὐχὶ συνὼν ταῦτα ὡμίλει, ὡς δεῖ παραδοθῆναι ἀνόμοις, καὶ ἐπὶ ξύλου ὑψωθῆναι, καὶ ἐν καρδίᾳ γενέσθαι τῆς γῆς; Τί οὖν; Μέχρι τούτων ἔστηκεν ἡ προαγόρευσις· ἢ ἔχει καὶ ἑτέραν ἀγαλλιάσεως προσθήκην; Οὐκ εἶπεν· *Καὶ τριήμερος ἀναστήσεται;* πῶς τὴν ἐκ τοῦ πάθους δειλίαν, τῇ ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως οὐ καταλύετε; Ἔστω, σφαγιαζομένῳ οὐκ ἠκολουθήσατε· τί καὶ πρὸς τάφον νικῶσι πάλιν ἀπιοῦσαι γυναῖκες; Εἶτα καὶ αὗται μὲν ὀρθρίζουσιν· ὑμῖν δ' οὐ μόνον οὐ διαπράττεταί τι τοσοῦτον, ἀλλὰ καὶ ἀκούοντες χαρᾶς εὐαγγέλια, λῆρον ποιεῖσθε τὰ εὐαγγέλια. Καὶ Ἰουδαῖοι μὲν λέγουσι περὶ ὑμῶν, ὡς κλέψαντες τὸν

C νεκρὸν φημιεῖτε τὴν ἀνάστασιν· ὑμεῖς δὲ τελεσθεῖσαν ἤδη ἀκούοντες, διαπιστοῦντες κάθησθε σκυθρωποί. Ἀκούεις, Ἰουδαῖε, ὅπως οἱ μαθηταὶ κλέψαντες τὸν νεκρὸν διεφήμησαν τὴν ἀνάστασιν, οἵ γε καὶ γενομένης διαπιστοῦντες ἐκάθηντο;

Ἀλλὰ γὰρ ἐνταφιάζει τὸν Δεσπότην ὁ Ἰωσὴφ· κρύπτει τάφῳ τὸν ἥλιον. Ὦ τάφος μιμούμενος οὐρανόν! Ὁ γὰρ ἐν αὐτῷ ὡς ἐν θρόνῳ καθήμενος, ἐν σοὶ ὡς ἐν παστάδι ἀνεπαύσατο. Ὦ τάφος δι' οὗ τὴν

D φθορὰν ἀποκαθαίρονται τάφοι· καὶ πολλῷ νεαρώτερον ἢ μήτρας οἱ ἐν αὐτοῖς διαλυθέντες προέρχονται! Ὦ τάφος, δι' οὗ τοὺς δερματίνους χιτῶνας ἀπεδυσάμην, καὶ τὴν ἀρχαίαν ἐστολισάμην εὐπρέπειαν! Ὦ τάφος τὸν τῆς ζωῆς πλουτῶν θησαυρὸν, εἰ καὶ Ἰωσὴφ ὡς ἄπνουν ἐν σοὶ κατακρύπτει αὐτόν! Ἀλλ' ὁ μὲν φόβῳ καὶ πόθῳ τῇ ἐνούσῃ τιμῇ περιστέλλει τὸ σῶμα τὸ Δεσποτικόν· καὶ Ἰουδαῖοι σφραγίζουσιν· οὐ κρατοῦσι δὲ σφραγῖδες, ὃν θανάτου πύλαι κρατῆσαι οὐ δύνανται. Γύναια δὲ μετὰ μύρων ὡς ἐπὶ νεκρῷ τῷ τῆς ζωῆς ταμίᾳ πορεύεται· γυναῖκες σεμναί· ἐπαινετὴ ἡ προαίρεσις· καλὴ ἡ σπουδή καλὸν ἐπὶ τὸν τάφον σπεύδετε· ἀλλά τί μετὰ μύρων; παραπλησίως τοῖς μαθηταῖς τῶν τῆς ἀναστάσεως

[a] Matth. xii, 50. [b] Matth. xvii, 22.

ἐπιλέλησθε λόγων; Τοῖς μὲν εἰκὸς ἐγγίνεσθαι λήθην, προσδοκίᾳ τῆς τῶν μιαιφόνων ἐπιθέσεως συγχυθέντων τῶν λογισμῶν· ὑμῖν δὲ, πόθεν ἡ λήθη; Οὐ γὰρ δὴ καὶ ὑμᾶς Ἰουδαῖοι κακῶς ποιεῖν μελετῶσι. Τί οὖν ἐπιλαθόμενοι, ὡς ἐπὶ νεκρῷ τῷ τοὺς νεκροὺς ἀναδιοῦντι μύρα κομίζετε; Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ προσδοκία τοῦ παθεῖν κακῶς, ἀλλ' ἔοικεν ἡ λύπη εἰς τὸ λαθεῖν ὑμᾶς τὴν ἀνάστασιν διαθεῖναι. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ δάκρυα πλύνει τὰς παρειάς. Ἀλλὰ μὴ κλαίετε. Οὐ δέχεται δακρύων σταγόνας τῆς χάριτος ἡ πηγή· οὐδὲ καλὸν ἐπιχεῖν ἐντάφια μύρα, τῷ τὴν ἀφθαρσίαν εὐωδιάζοντι χωρίῳ. Ὁρᾶτε τοὺς λευχειμονοῦντας ὁμορφόρους. Οὗτοι τοὺς φυλάσσοντας στρατιώτας ἐνέκρωσαν, καὶ τὴν ἀνάστασιν τοῦ ζητουμένου μηνύουσιν. Αὐτῶν κεκραγότων ἀκούετε· *Οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη ἀπὸ νεκρῶν*, καὶ στήτω τὰ δάκρυα. *Δεῦρό μοι*, πονηρὰ Ἰουδαίων Συναγωγή! Δεῦρό μοι, *ἰὼ κενὰ φρυαξάμενος*! Κατάμαθε τὰς σφραγῖδας, ἃς ἔθηκας· ἐπερώτα τὴν κουστωδίαν, ἣν φυλάσσειν διέταξας. Ποῦ ἐστιν ὁ θησαυρὸς, ὃν ἠσφαλίσω; Ἐρεύνησον, ἣν ἐπλάσω κλοπήν. Ἔχεις παρὰ σοὶ τοὺς εἰς κλοπὴν διαβαλλομένους· οἵ γε τοσοῦτον ἦσαν ὀξεῖς αὐτουργήσαντες κλοπὴν τὴν ἀνάστασιν διαφημιεῖν, ὥσθ' ἑτέρων ἀπαγγελλόντων αὐτὴν ἔτι ἐσκυθρώπαζον, οὐκ ἐπαΐοντες ὑπὸ πολλῆς δειλίας τῶν ῥημάτων τῆς ἀγαλλιάσεως. Τοῖς στρατιώταις ὕπνον περιβαλεῖς, ἐντεῦθεν ἐλπίζων συκοφαντεῖν τὴν ἀνάστασιν; Καθεύδεις αὐτὸς τῷ ὄντι τὸν ὀλέθριον ὕπνον, μὴ βουλόμενος τὰς τῆς σωτηρίας ἀκτῖνας ἰδεῖν.

conspicuæ : laudabilis voluntas, præclarum studium ac diligentia. Bene habet, quod ad sepulcrum properatis. Quid vero cum unguentis ? Num ut discipuli, sermonum resurrectionis oblitæ estis ? Illis quidem nihil mirum ut obrepat oblivio, eorum perturbatis animis exspectatione parricidarum Judæorum, quos suspicentur impetum facturos : at unde vobis oblivio ? Nec enim Judæi vobis quoque malum inferre meditantur. Cur igitur oblitæ muneris, velut ad ungendum mortuum, ei unguenta affertis, qui mortuis vitam suppeditat ? Verum, si minus exspectatio futuri mali, mœror certe, ut videtur, memoriam vobis resurrectionis abstulit. Quocirca lacrymæ etiam vultum rigant. Enimvero, nolite flere. Lacrymarum guttas fons gratiæ renuit : nec par est, ut unguenta funebria affundatis loco, qui immortalitatis suaveolentiam habet. Videte candida veste fulgidos satellites. Isti, milites custodes propemodum exanimarunt, ac ejus, quem quæritis, resurrectionem annuntiant. Ipsos clamantes audite : *Non est hic : surrexit a mortuis* [66]; proinde sistant ac cohibeantur lacrymæ. Adesto improba Judæorum Synagoga. Adesto populus, incassum fremens ! Recognosce signacula, quæ apposuisti. Interroga custodiam, quam custodiendi causa designasti. Ubi est thesaurus, quem obsignasti ? Indaga furtum, quod confinxisti. Tecum habitant, quos furti insimulas : qui nimirum prompti adeo ad furtum committendum, ac resurrectionem divulgandam fuerunt, ut cum etiam alii nuntiarent, ipsi nihilominus mœrore conficerentur, exsultatione refertis. Milites dormivisse causaris, aspersum iri ? At revera dormis ipse perniciosum somnum, qui salutis radios nolis intueri.

Ἀλλὰ γὰρ Ἰουδαίους ἐῶμεν τῷ ἑαυτῶν σκότῳ προσκόπτειν· διεφημίσθη γὰρ οὕτω παρ' αὐτοῖς μέχρι τῆς σήμερον. Τιμήσωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς τὴν θείαν ταφήν· τιμήσομεν δὲ, οὐκ ὀθόναις αὐτὸν περιστέλλοντες, οὐδὲ τάφῳ κατατιθέντες· ἅπαξ γὰρ τοῦτο ὑπὲρ τοῦ σκυλευθῆναι τὸν ᾅδην ἔδει γενέσθαι, καὶ γέγονεν· ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς περιβάλλοντες ἀρεταῖς. Σῶμα γὰρ ἡμᾶς ὁ Δεσπότης διὰ τοῦ ταφέντος καὶ ἀναστάντος ἐποίησε σώματος· εἰς μέλη κατέταξεν ἑαυτοῦ· ναὸν κατεσκεύασεν ἑαυτῷ. Κοσμήσωμεν τοιγαροῦν τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, οἵ τινές ἐσμεν ἡμεῖς. Ὅσοι τῷ καιρῷ τῆς νηστείας τῆς παντίμου κρόκης τῶν ἀρετῶν στολὴν ἐποίησαν ἑαυτοῖς, καὶ ταύτην ἐγρηγορότι λογισμῷ καθαρὰν κηλῖδος ἐτήρησαν, μακάριοι τῆς περιβολῆς· οὐ μόνον διὰ τὴν ἐκεῖθεν δόξαν, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ἐντεῦθεν ὡς φῶς ἐν κόσμῳ φαίνουσιν. Ὅσοι δ' ἀμόλυντον αὐτὴν οὐκ ἔχομεν διαφυλάξαι τῶν βιωτικῶν σπίλων, ἀλλ' ἡμεῖς γε καὶ σήμερον ἐκπλυνώμεθα. Ἕτοιμος βουλομένοις ἡ κάθαρσις· παρ' ἡμῖν τὰ ῥεῖθρα· οὐ δεήσῃ παρ' ἄλλου ταῦτα ζητεῖν. *Περίβαλε τὸν γυμνὸν*, οἷς διὰ σὲ ὤφθη γυμνὸς, *ὁ φῶς ὡς ἱμάτιον περιβαλλόμενος*· ὃς πεινῶντι τροφὴν, ὁ λιμῷ κινδυνεύων, καὶ τῷ *ἐξ οὐρανοῦ καταβάντι ἄρτῳ τραφείς*· λῦσον τὴν κατὰ

Verum Judæos suis ipsos tenebris offendere sinamus [67]. Sic enim divulgatum est apud eos usque ad hodiernum diem. Honoremus vero nos quoque divinam sepulturam. Honorabimus autem, non si linteis mortuum involvamus, aut sepulcro condamus ; hoc enim semel fieri oportebat ut infernus spoliaretur, ac factum est ; sed si nos ipsos virtutibus exornemus. Nos enim Dominus noster per corpus, quod sepultum est et resurrexit, suum efficiens corpus, propriis membris ascripsit, ac sibi in templum exstruxit [68]. Perornemus itaque templum Dei, quod sumus nos. Quicunque jejunii tempore stolam sibi ex varia virtutum textura concinnarunt, eamque vigilanti studio puram labis custodierunt, ii vere ejus gratia amictus beati ; nedum propter gloriam, quæ in cœlo speratur, verum etiam quod hic velut lumen fulgeant in mundo. Quicunque vero intactam ac incontaminatam a mundi hujus inquinamentis non conservavimus, vel saltem hodie nosmet expurgemus. In promptu est cupientibus emundatio. In nostra lavacrum situm est potestate, nec opus aliunde petere. *Operi nudum* [69], idcirco quia tui causa nudus apparuerit ille, qui *amictus est lumine sicut vestimen-*

[66] Matth. xxviii, 5. [67] Matth. xxviii, 15. [68] I Cor. iii, 17. [69] Isa. lviii, 7.

to[70]. Da cibum esurienti, qui fame periclitatur (28), *paneque* illo *qui de cœlo descendit*[71], nutritur. Dissolve inimicitias adversus proximum, Dominum cogitans, cujus nos immorigeri servi sumus ac refractarii, medium parietem inimicitiarum suis ipsum perrupisse vulneribus. Enimvero quicunque laceris peccati pannis assueti, stolam virtutis neglectui habuerunt [utinam vero nemo talis existat! tua, Domine, gratia, qui pro nobis peccatoribus immolatus es], ne ii quidem animum despondeant, qui tempus opportunum rei faciendæ adventasse videant. Licebit enim, si velint, vel una hac hodierna die, stolam resurrectione non indignam conficere. Tantummodo exsurgamus; tantummodo virtutis cogitationem suscipiamus; tantummodo præclaro huic operi manum admoveamus. Adjutor erit ille ipse, qui pro nobis passus est; exiguaque opera, ac nullo labore, beatum nobis indumentum conficiet. Prorsus autem omnes, licet eadem copia non omnibus suppetat, stolam assumamus, ut dignum Domini nostri Jesu Christi corpus effecti, gloriæ ipsius participes reddamur, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A τοῦ πλησίον ἔχθραν, ἐνθυμηθεὶς, ὅτι ὁ Δεσπότης ἡμῶν τῶν ἀτάκτων δούλων, τὸ μεσότοιχον τῆς ἔχθρας οἰκείοις διέκοψε τραύμασιν. Ὅσοι δ' ὥσπερ ἐθισθέντες τῷ ῥάκει τῆς ἁμαρτίας ἠλόγησαν τῶν ἀρετῶν τῆς στολῆς· ἀλλὰ μηδεὶς εἴη τοιοῦτος, ὦ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν σφαγιασθείς· μηδ' οὗτοι ἀπογινωσκέτωσαν, τὸν καιρὸν ὁρῶντες τῆς ἐργασίας παρήκοντα. Ἔστι γὰρ βουληθεῖσι καὶ διὰ μιᾶς τῆς νῦν ἡμέρας, μὴ ἀναξίαν τῆς ἀναστάσεως περιποιεῖσθαι στολήν. Μόνον διαναστῶμεν· μόνον ἐπὶ λογισμὸν ἀρετῆς ἀναβῶμεν· μόνον τῆς καλῆς ἐργασίας ἀψώμεθα, αὐτὸς ἡμῖν συνεπικουρήσει ὁ παθὼν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ σύντομον καὶ ἀταλαίπωρον ἀπαρτίσει τὸ μακάριον περιβόλαιον. Πάντως δ' ἅπαντες, εἰ καὶ μὴ ὁμοία πᾶσιν εὐπορία, στολισθῶμεν, ἵνα ἄξιον τοῦ B Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δεικνύμενοι σῶμα, τῆς αὐτοῦ δόξης μετέχωμεν· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO IX.

In salutiferæ crucis exaltationem, per quam a casu primi parentis restituti sumus.

ΛΟΓΟΣ Θ'.

Εἰς τὴν δι' οὗ τοῦ προγονικοῦ ἀνυψώθημεν πτώματος σωτηρίου σταυροῦ ὕψωσιν.

(GRETSER. ed. *Ratisbon.* t. II, p. 102.)

Prius cum homines in perpetua et sancta quadam exsultatione et voluptate vitam agerent, lignum doloris et mœroris causam præbuit. Jam vero sacrosancta festivitas ligno consecrata, velut lucifer, mundo exoriens, procul pellit et fugat omnem tristitiæ mœrorem. Et olim quidem divina dignitate spoliatus est homo per lignum; nunc autem per lignum divinam dignitatem recipit, et ad patriam revertitur. Prius ligni fructus causa mortis exstitit: ex quo enim crux enituit, mors et corruptio conculcatæ sunt; incorruptio regnat. Et improbus quidem dæmon pro esca abutitur ligno, et figmentum, quod usu et experientia rerum nondum valebat, fraude spoliat, et ex paradiso miserabiliter extrahit. At clementissimus Dominus lignum nobis, ut sit salutis armatura, donat, efficitque, ut illius opera facile a nobis capi et domari queat adversarius, datque non solum paradisum, sed et ipsum cœlum incolendum.

Πρότερον ἐν ἱερᾷ διαγόντων ἀνθρώπων ἀγαλλιάσει, λύπης καὶ κατηφείας ὑπόθεσιν ἐχορήγησε ξύλον· νῦν δὲ διὰ ξύλου πανήγυρις ἱερὰ, ὥσπερ τις ἑωσφόρος ἀνατέλλουσα κόσμῳ, τὸ στυγνὸν ἀποδιώκει τῆς C κατηφείας· καὶ πάλαι μὲν ἐγυμνοῦτο θείου ἀξιώματος ἄνθρωπος, διὰ ξύλου, [νῦν δὲ] καὶ τὸ θεῖον ἀπολαμβάνει ἀξίωμα, καὶ πρὸς τὴν πατρίδα ἀνακομίζεται. Πρώην ὁ τοῦ ξύλου καρπὸς προὐξένει τὸν θάνατον. Ἀφ' οὗ γὰρ σταυρὸς, θάνατος καὶ φθορὰ κατεπάθησαν, ἀφθαρσία δὲ πολιτεύεται. Καὶ ἀλάστωρ μὲν δαίμων εἰς δέλεαρ ἀποχρῆται ξύλῳ, καὶ τὸ ἀπειρόκαλον ἔτι πλάσμα ἐξ ἀπάτης σκυλεύει, καὶ τοῦ παραδείσου ἐλεεινῶς ὑφέλκει. Φιλάνθρωπος δὲ Δεσπότης ξύλον ἡμῖν εἰς σωτηρίας ὅπλον δωρεῖται, καὶ τίθησι δι' ἐκείνου εὐχείρωτον τὸν πολέμιον, καὶ δίδωσιν οὐ μόνον παράδεισον, ἀλλ' αὐτὸν τὸν οὐρανὸν οἰκητήριον.

Nunc crucis amaritudo, quæ paulo ante nos turbabat, in dulcedinem conversa est, dæmoni autem, qui nos circumvenerat, vere in amaritiem abiit. Nunc delectatio, qua gloriabatur quasi nos, ut sibi persuadebat, immedicabili damno affecisset, in fel ipsi commutata recessit. Gaudebat enim cum me videret ex paradiso expulsum, terramque culturæ

D Νῦν ἡ τοῦ ξύλου πικρία, ἡ ἐπὶ μικρὸν τῷ ἀηδεῖ ἡμᾶς συνετάραττεν, εἰς γλυκύτητα μετεποιήθη, τῷ δ' ἐξαπατήσαντι δαίμονι ἀληθῶς εἰς πικρίαν κατέστη. Νῦν ἡ τέρψις ἐφ' ᾗ ἐγεγάννυτο ἀθεραπεύτως ἡμᾶς, ὡς ᾤετο, διαθεὶς, εἰς χολὴν αὐτῷ μετέβαλεν. Ἐτέρπετο γὰρ παραδείσου μὲν ὁρῶν ἐλαυνόμενον, πικρὸν δέ μοι γεώργιον τὴν γῆν ἀνιεῖσαν τὴν ἄκαν-

[70] Psal. cm, 2. [71] Joan. vi, 33.

NOTÆ.

(28) *Qui fame periclitatur.* Pulchra ratio inducens ad eleemosynam; ut cui sacræ mensæ communio tribuitur, huic nec communis negetur, quantum saltem necessarius usus postulat. Male Gretserus ad ipsum refert, a quo sit præstanda eleemosyna, non cui sit præstanda: quasi vero provocare debeamus ut eleemosynam tribuat pereuntem fame; non divites, ac quibus expedita sit ejus facultas, ut in egenos ejusmodi eleemosynam conferant.

θαν, ἀλλὰ νῦν οὐκέτι μοι τριβόλους καὶ ἀκάνθας ἡ γῆ ἀνατελεῖ, οὐδ' ἐπικατάρατος ἐν τοῖς ἔργοις ἔσται. Ἡ γὰρ τοῦ ξύλου φύσις, δι' οὗ ταῦτα ἐχορηγεῖτο, τὴν εὐφορίαν μοι τῶν καλῶν ἐχορήγησεν. Ἀντεστράφη πάντα· ἡ λύπη εἰς χαρμόν, ἡ κατάρα εἰς εὐλογίαν, ἡ ἄκανθα εἰς καρπὸν ἥδιστον. Τοῦτο μόνον ἀμετάβλητον ἔμεινεν, ἡ τοῦ ἐχθροῦ ἐφ' οἷς ἐμὲ κακῶς διέθηκε τιμωρία· ἔτι ἐπὶ κοιλίαν ὁ σκολιὸς ὄφις ἕρπει. Τοῦ γὰρ θείου ὕψους ἐκὼν ἐν ἀποπτώσει γενόμενος οὐκ ἂν οὐδέποτε τῆς χαμαὶ συρομένης κακίας ἀνανεύσει. Ἔτι τὸν χοῦν ἐσθίει τὴν βαρεῖαν καὶ συμπιέζουσαν αὐτὸν ὀδύνην, ἀνθ' ὧν ἐπειράθη τὸν διὰ σπλάγχνα ἐλέους ἐκ χοὸς εἰς θείαν ἀνηγμένον μακαριότητα, πάλιν εἰς χοῦν καταγαγεῖν. Ταῦτα δὴ ταῦτα, ἡ τοῦ ἐχθροῦ ἡ δριμεῖα ὀδύνη ἄλυτος διαμένει, ἡ ἐκείνου ἀπαραμύθητος στενοχωρία, ἃ δ' ἡμῖν στενοχωρίαν ἐποίει, εἰς εὐρεῖαν μετῆλθεν ἄνεσιν. Ἀλλ' ἦν ἄρα καὶ τοῦτο θείας κηδεμονίας, μὴ μόνον οἰκτεῖραι τὸν παθόντα κακῶς, μηδὲ δοῦναι τὴν ἐλευθερίαν τῶν περιστοιχιζόντων ἀνιαρῶν, ἀλλὰ κἀκεῖνο δι' οὗ τῆς λύπης ἡ ἀφορμὴ, εἰς αἴτιον μεταποιῆσαι φαιδρότητος, καὶ οὗ δι' ὁ ἐχθρὸς ἔσχε τρῶσαι, δι' ἐκείνου καιρίαν ἀντιδοῦναι αὐτῷ, ὃς νῦν ἀλύει στένων καὶ ὀδυρόμενος διὰ ξύλου, ᾧ πρώην ἐμὲ φυγάδα κατέστησεν. Ἔφυγον γὰρ ἐκ προσώπου Θεοῦ, τὴν γύμνωσιν συναισθόμενος, νῦν αὐτὸν φυγαδευόμενον ἀπὸ πάσης κτίσεως καθορῶν, καὶ ἀνθ' ὧν ἐγὼ τότε φύλλων εἰς βοήθειαν ἐδεήθην, γυμνὸς οὗτος καὶ ἔρημος πάσης βοηθείας πορεύεται. Ἀλλὰ νῦν ἐγὼ ὁμοῦ τὰ φύλλα, καὶ τοὺς δερματίνους ἀπεθέμην χιτῶνας· οὐδὲ γὰρ ἔτι τούτων δεῖ τῆς ἀρχαίας στολῆς μοι περιπεποιημένης, ἣν ξύλῳ λελυμασμένην διὰ ξύλου περιεποιήσαντο αἱ τὴν ὕπαρξιν ἐκ γῆς δωρησάμεναι χεῖρες, ἐν τούτῳ διεκταθεῖσαι, χεῖρες ἐκεῖναι, ὧν τὴν ἔκτασιν καὶ τὴν ἐνέργειαν οἰκείων χειρῶν ἐκτάσει Μωϋσῆς προδιετύπου, Μωϋσῆς, ὃς ἵστη τρόπαιον ἔθνος πολέμιον διώκων τὸν Ἀμαλήκ, προφκειωμένου λαοῦ τῷ Θεῷ.

A loco, quasi pro mercede, spinas mihi submittentem : at jam terra non amplius tribulos et spinas proferet, neque maledicta in operibus erit. Nam natura ligni, quo talia subministrabantur, fecunditatem præclarorum fructuum mihi suppeditavit. Conversa sunt omnia : tristitia in gaudium, maledictio in benedictionem, spina in dulcissimum fructum. Sola immutabilis remansit pœna, qua multatus est hostis, ob ea, quæ male in me patrarat. Jam supra ventrem lubricus serpens serpit. Cum enim ex divina illa celsitudine sponte exciderit, non amplius abdicabit sese malitia, quæ humi repit. Terram adhuc comedit gravem illam, quæ ei dolores conciliat, eo quod conatus sit, eum, qui per viscera misericordiæ ex limo terræ ad cœlestem beatitudi- B nem evectus erat, rursus ad limum terræ detrudere ; et hæc quidem ita se habent. Interim incessabilis ille dolor et inconsolabilis afflictio et ærumna perpetim durat ; quæ vero nobis angorem creabant, illa in requiem et pacatissimam relaxationem desierunt. Verum enim vero hoc divinam Providentiam decebat, ut non solum male affectum miseraretur, et a circumsistentibus incommodis liberaret, sed ut id quoque, quod occasio doloris fuit, in materiam hilaritatis commutaret, et per id quo inimicus læserat, ipse vicissim lethale vulnus acciperet, qui nunc oberrat gemens et ejulans beneficio ligni, quo me antea profugum fecerat. Fugi enim a facie Dei nuditatem meam reveritus. Nunc ipsum ab omni creatura expulsum conspicor. Et loco ejus, C quod tunc foliis subsidii causa indigui, ipse nunc omni ope destitutus circuit. Sed ego jam simul et folia et vestes pelliceas deposui ; non enim amplius his opus habeo, antiqua stola denuo recepta, quam ligno contaminatam per lignum restituerunt manus, quæ me ex terra formarunt, in hoc expansæ manus, inquam, illæ, quarum extensionem et vim Moyses olim suarum manuum extensione præfigurabat, Moyses, qui tropæum statuit, hostilem gentem Amalecitarum persequens [72], reconciliato prius populo cum Deo.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν Μωϋσῇ τῷ πρεσβυτέρῳ τετέλεστο· ἡμεῖς δὲ τρυφῶμεν τῶν τύπων ταῖς ἐκβάσεσιν, ὁμοῦ τῷ Ἀμαλὴκ καὶ τοῦ σκότους τοῦ ἄρχοντος πίπτοντος σὺν ἁπάσῃ τε ἀοράτῳ αὐτοῦ στρατιᾷ, οὗ καὶ πρὶν εἰς καθαίρεσιν ὡπλοποιήθη σταυρὸς καὶ νῦν ὑφούμενος ταῖς ἑαυτοῦ μαρμαρυγαῖς, οἷα ζόφον αὐτὸν ἐκ τῶν περάτων ἀποδιώκει. Ὑψοῦται ξύλον μακαριστὸν, ἐν ᾧ πάλαι Θεὸς χερσὶ μιαιφόνοις ὑψωθεὶς ἐχλευάζετο, ὁ χλεύης ἐλθὼν ἀπαλλάξαι τοὺς ὑβριστὰς καὶ ἀγνώμονας. Ὑψοῦται ξύλον, ὃ πάλαι μὲν συναγωγὴ πονηρὰ χερσὶν ἐτεκτήνατο παλαμναίαις, θανάτῳ διανοηθεῖσα τὴν ζωὴν προδοῦναι, αὐτὰς δ' αὐτοὺς ἀποστερήσαντες τῆς ζωῆς οἱ πονηροὶ γεωργοὶ, οἱ τῷ κληρονόμῳ τόλμαν ἀράμενοι πονηρὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν, οἵτε κληρονόμον ὁμολογοῦντες φθόνῳ καὶ μανίᾳ μεθύοντες τὴν αὐτοῦ δόξαν οὐ συνῆσαν, ᾗ φησι τὸ λόγιον, *Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν*

Et hæc quidem ab antiquo illo Moyse peracta sunt. Nos autem exsultamus figurarum eventibus, simul Amalecitis et principe tenebrarum corruentibus, cum universo suo invisibili exercitu, in cujus exitium prius quoque crux est fabrefacta, et D nunc exaltata, splendore suo, velut caliginem quamdam, ipsum ex finibus terræ exterminat. Exaltatur beatum lignum, in quod olim a sceleratis manibus actus irridebatur is, qui venerat, ut ab irrisione injuriosos illos et ingratos liberaret. Exaltatur lignum, quod olim maligna synagoga manibus funestis fabricaverat, morti vitam tradere conata ; interim seipsos propria vita privarunt improbi illi agricolæ, qui hæredi, sumpta audacia, nefarias manus injecerunt ; qui hæredem esse fassi, invidia et furore ebrii, gloriam ejus non intellexerunt, ut sacræ Litteræ testantur : *Nam si cognovissent, non*

[72] Exod. XVII, 9.

utique Dominum gloriæ crucifixissent[1]. Non cognoverunt, quia cognoscere noluerunt, tota cogitatione ad invidiam conversa, gloriæque magnitudinem, etsi manifestam, agnoscere detrectantes, non dederunt locum rationi ad intelligendum, ut tantam rabiem cohiberent, tantum ad sanguinem Domini effundendum intenti : sed viderunt et cognoverunt hæredem.

A τὸν *Κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν*. Οὐκ ἔγνωσαν, ἐπεὶ μηδ' ἠβουλήθησαν γνῶναι, ὅλον τὸν λογισμὸν ἐπὶ τὸν φθόνον ἀποκλίναντες, καὶ τὸ μεγαλεῖον τῆς δόξης, καί τοι γε φανερὸν ὄν, συνιδεῖν οὐκ ἐθέλοντες. Οὐκ ἔδωκαν τόπον τῷ λογισμῷ συνεῖναι, ὥστε τὴν τοσαύτην λύτταν ἐπισχεῖν, πρὸς μόνον τὸ κενῶσαι τὸ δεσποτικὸν αἷμα ὀξεῖς γεγονότες. Ἀλλ' εἶδον μὲν καὶ συνιᾶσι τὸν κληρονόμον.

Cognoverunt certe, non ut tanquam Dominum gloriæ honorarent, sed ut ignominiosa morte perimerent. Ea enim invidiæ natura est. Non recipit, quæ confitetur ; neque id quod videtur, videre vult, neque assentiri iis, quæ negari nequeunt. Hac occupati, populus ingratus, hæredem, gloriæ Dominum, quem noverant (quomodo enim divinam ejus majestatem ignorare poterant illi, apud quos tot tantisque miraculis fulgebat ?) quasi non cognitum in ligno extendunt, cujus virga præsignificans vim et efficaciam, scelestum Pharaonem cum curribus et ascensoribus in profundum demersit, viam libertatis aperiens populo, qui luto et lateritio opere afflictus fuerat. Non conflictabor ergo amplius luto et gravi lateritio opere peccati. Jam enim salutifera virga mundi hostem nobis infensissimum cum tota potentia et tyrannide peccati obruit : mihi vero misero et destituto salutis viam pandit. Violenter quidem persecutor me insecutus est, sed ab impetu cohibitus est terribili quodam obstaculo objecto. Vidit divinam armaturam, et concidit potentia. Radii hujus effulserunt, tenebrasque instantes et persequentes dispulerunt. Vidit regium sceptrum improbus ille genius, et desertor tyrannus, et horrore perfusus in summas angustias detrusus est. Quid ergo ? An, o omnis improbitatis repertor et artifex, adhuc in altum loqueris sublimia, et magnifice gloriaberis, quasi manus tuas sis extensurus, totumque terrarum orbem velut ova detractis putaminibus in altum rapturus ? Nequaquam. Quin magnas ob magniloquentiam istam pœnas pendis. Igitur non solum tibi non licet manus extendere, sed neque movere. Dissolutæ enim jam sunt et inefficaces redditæ, cruce usque ad fines terræ extensa.

Συνιᾶσι μέν τοι ἐφ' ᾧ οὐχ ὡς Κύριον δόξης τιμῆσαι, ἀλλ' ἐφ' ᾧ παραδοῦναι θανάτῳ ἀτίμῳ. Τοιοῦτον γὰρ ὁ φθόνος· οὐ καταδέχεται ἃ ὁμολογεῖ, οὐδ' ὁρᾶν βούλεται τὸ φαινόμενον, οὐδὲ κατατίθεσθαι τούτοις, ἃ μὴ ἀρνεῖσθαι δυνατόν. Τούτῳ κρατηθέντες, λαὸς ἀγνώμων τὸν κληρονόμον τῆς δόξης τὸν Κύριον, ὃν ᾔδεσαν (πῶς γὰρ ἐνῆν, ἀγνοεῖν τὴν θεῖκὴν αὐτοῦ B δόξαν, οἷς τῇ ὑπερφυΐᾳ τῶν θαυμάτων διέλαμψεν ;) ὡς μὴ εἰδότες ἐπὶ ξύλου τανύουσι, οὗ ῥάβδος προμηνύουσα τὴν ἐνέργειαν, τὸν ἀλιτήριον Φαραὼ αὐτοῖς ἅρμασι καὶ ἀναβάταις θαλάσσῃ ἐβύθιζεν, ἐλευθερίας ὁδὸν τέμνουσα πηλῷ καὶ πλινθείᾳ ταλαιπωρουμένῳ λαῷ. Οὔκουν οὐκέτι πηλῷ καὶ πλίνθῳ τῇ βαρείᾳ τῆς ἁμαρτίας ἐργασίᾳ ταλαιπωρήσω· ἤδη γὰρ ἡ τοῦ κόσμου σωτήριος ῥάβδος Φαραὼ μὲν τὸν δυσμενῆ, αὐτῇ δυνάμει καὶ τυραννίδι τῆς ἁμαρτίας, κατακαλύπτει, ἐμοὶ δ' ἐξηπορημένῳ σωτηρίας ὁδὸν ὑπανοίγει. Βιαίαν ὁ διώκτης ἐποίησε τὴν δίωξιν κατ' ἐμοῦ, ἀλλὰ τῆς ῥύμης ἔστη περιτυχὼν κωλύματι φοβερῷ. Εἶδεν ὅπλον θεῖον, καὶ συνετρίβη τὴν δύναμιν. Ἐπέστραψαν αἱ τούτου ἀκτῖνες, καὶ τὸ διῶκον C σκότος ἐδίωξαν. Εἶδε τὸ βασιλικὸν σκῆπτρον ὁ ἀλάστωρ, ὁ ἀποστάτης τύραννος, καὶ φρίκῃ συσχεθείς, ἐξηπόρησε. Τί ἔτι ; Ἆρ' οὖν, ὦ τῆς κακίας εὑρετά, ἔτι λαλήσεις εἰς τὸ ὕψος ὑπέρογκα, καὶ μεγαλορρημονήσεις ἐκτενεῖν τὰς χεῖρας, καὶ πᾶσαν ἐξαρεῖν ὡς ὠὰ καταλελειμμένα τὴν οἰκουμένην ; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ φοβερὰν εἰσπράττῃ τῆς μεγαλορρημοσύνης τὴν ποινήν. Οὐκ οὖν περιέσται σοι μὴ ὅτι ἐκτείνειν, ἀλλ' οὐδὲ κινεῖν τὴν χεῖρα· παρείθη γὰρ καὶ γέγονε ἀνενέργητος, τοῦ σταυροῦ εἰς τὰ πέρατα διεκταθέντος.

Jam olim quidem hominem perversis tuis persuasionibus obtemperantem relinquit Deus, non ut tibi, scelestissime, prædæ esset (non tantopere ob meum errorem benignissimus Pater irascitur), sed eo usque duntaxat deserit, ut casus sui gustum quemdam et sensum habeat, eoque magis intelligat, qua ratione insidiatorem vitare debeat, vel rectius loquendo, ipse non derelinquit, quia cum ego propria malitia ex paterno sinu me præcipitarim, ad modicum spatium insultum et impressionem tibi, improba bestia, permisit, ut ego calamitate pressus, rursum ad paternas ulnas me recipiam. Tu quidem putabas, cum fraude abreptus essem, me omnino a paterna cura et providentia abjectum esse, neque aliquid consolationis vel spei de reditu superesse,

Πάλαι μὲν οὖν τὸν ἄνθρωπον ταῖς σαῖς σκολιαῖς παραγωγαῖς πειθαρχήσαντα, λείπει Θεὸς, οὐχ ἵνα σοι τῷ παλαμναίῳ ἅρπαγμα γένηται· οὐχ οὕτως ὁ φιλάνθρωπος Πατὴρ ἐπὶ τῷ ἐμῷ παροργίζεται σφάλματι· ἀλλὰ τοσοῦτον μόνον καταλείπει ὅσον συναίσθησιν λαβεῖν τοῦ σφάλματος, καὶ μαθεῖν δι' ὧν φυλάξομαι τὸν ἐπίβουλον· μᾶλλον δ' οὐδ' αὐτὸς καταλείπει, ἀλλ' ἐμοῦ κακῶς τῶν πατρικῶν ἀποσκιρτήσαντος κόλπων, ἐπὶ βραχὺ τὴν καταδρομὴν σοι τῷ πονηρῷ διαφῆκε θηρίῳ, ἵν' ἐγὼ συσταλεὶς πάλιν τῇ πατρώᾳ προσδράμω ἀγκάλῃ. Σὺ δ' ἆρα ᾠήθης, ἐπεὶ παρεκλάπην παντάπασιν ἀπερρίφθαι πατρικῆς προνοίας, καὶ μηκέτι παραμύθιον μηδ' ἐπιστροφὴν εἶναί μοι, ἀλλὰ τὸν οὕτω Θεοῦ τιμηθέντα εἰκόνι καθάπαξ ὑποχείριον οἷα δὲ ἅρπαγμα ἐπειράθης ποιή-

[1] 1 Cor. II, 8.

σασθαι. Ἀλλὰ μάνθανε νῦν, ὡς μάτην μὲν ἡ κακίστη τέχνη διεσπουδάσθη σοι τῆς ἐπιβουλῆς, μάτην δέ με τῷ φυτῷ ὑποθέλξας τῆς γνώσεως τοῦ τῆς Ἐδὲμ ἐξάγεις χωρίου. Μάτην δὲ σοβαρὸς περιῇεις, ἐφ' οἷς ἐπεπόνθειν ἐγὼ, κομπάζων ἐπὶ ταῖς σαῖς ἀπάταις καὶ σεμνυνόμενος.

Ὕρα γὰρ οἷά μοι γέγονε, μᾶλλον δ' ὁρᾷς καὶ περιτρέπεις ὀδύνης κέντρου ἀπαραμύθητον. Ἰδοὺ γὰρ ἐν Κρανίῳ τῆς ζωῆς μοι ξύλον ἀνέβη, δι' οὗ καὶ παράδεισον καὶ ἀθανασίαν, καὶ τὴν πρὸς τὸν πλάστην οἰκειότητα, τὸν ἀρχαῖον ἀπολαμβάνω πλοῦτον. Νῦν τι μᾶλλον ἢ τότε θερμότερος ἀνασφλέγει φθόνος, μάλιστά γε, ὅ τι καὶ ὀρφὴς ἐξαπορούντα. Πᾶσα γὰρ κακοτεχνία; μηχανὴ περιῄρηται, οὐδ' ἔστι δι' ὧν ἔτι πόρον πρὸς ἀπάτην λάβοις. Οὐ γὰρ μόνον ὑποζώννυσθαι οὐ παῤῥησιάσῃ, ἀλλ' οὐδὲ οἱστόν σοι μένειν τὴν ἀπὸ τοῦ θείου τούτου φυτοῦ δύναμιν προϊεμένην. Ἰδοὺ μοι τὸ βασιλικὸν σκῆπτρον οἷα παιδὶ ἠγαπημένῳ δίδωσιν ὁ Δεσπότης. Δι' οὗ σε τὸν σκολιὸν θανατώσας ὄφιν τὴν ζωὴν ἐχαρίσατο. Νῦν μοι τὸ μέγα τῆς ἀσφαλείας ὅπλον ἐχαλκεύθη, δι' οὗ πάσης ἐπιβουλῆς ἀμείνων καθίσταμαι. Ἀλλ' ὦ ξύλον μόνον ἐκ φυτῶν θείου νάματος ἀρδείᾳ πιανθέν! Ὦ ξύλον φυὲν μὲν ἐν Κρανίῳ, πᾶσαν δὲ γῆν περιλαβὸν τῇ σκιᾷ, ἐν ᾧ τῆς κακούσης ἁμαρτίας διανεπαυσάμην! Ὦ φυτὸν ἐν γῇ μὲν βλαστῆσαν, ὑπερῆκον δὲ τὸν οὐρανὸν, οὗ τὸν ἀμύθητον ἄγγελοι καρπὸν ὁρῶντες, τὴν μεγάλην σοφίαν τοῦ φυτοκόμου θαυμάζουσιν ἐκπληττόμενοι, ὁρῶσι καρπὸν τῶν ἀνθρώπων τὴν σωτηρίαν, τοῦ θανάτου κατάλυσιν, τὴν εἰς τὴν πατρίδα τῶν ἀνθρώπων ἐπάνοδον, τῆς φλογίνης ῥομφαίας τὴν ὑποχώρησιν, τοῦ διαβόλου τὴν ἧτταν καὶ τρόμον, καὶ τὴν ἐπὶ μόνῳ τύπῳ τῆξιν αὐτοῦ καὶ ἀφανισμόν!

Ταῦτα δὲ τοῦ σταυροῦ τὴν ἰσχὺν καὶ θειότητα πρώην εἰκόνιζον προτυποῦντες, ὁμήγυρις ἱερὰ, ἄρτι μὲν ῥάβδου προφητικῆς, ἀπάτης σοφίσματα καταπαύσης Αἰγύπτια, καὶ λαὸν ἐξ Αἰγύπτου δουλείας ἐξαγούσης, ἄρτι δ' ἀκροτάτου νάματα πηγαζούσης ῥάβδου πληγῇ καὶ δίψους ἀνάγκην παραμυθουμένης, ἐρημικῇ πορείᾳ διαθλοῦντος λαοῦ. Καὶ νῦν μὲν ἀνθεῖ ῥάβδος καὶ τῆς ἱερωσύνης δωρεῖται τὸ χάρισμα τῷ βλαστήματι. Νῦν δ' ὑπὸ γέροντος πατριάρχου προσκυνεῖται, εἰ καὶ βασιλέως, ἀλλ' Υἱοῦ χρηματίζουσα ῥάβδος. Τοῦτο ἄρα ἦν, ἐπείπερ ἔμελλεν ἡ τοῦ σταυροῦ σωτήριος ῥάβδος οὐ μόνον ὑπὸ ἐθνῶν, οὓς ἐν κληρονομίαν ὁ Πατὴρ δίδωσι τῷ Υἱῷ, ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτοῦ προσκυνεῖσθαι τοῦ γέροντος Ἰσραὴλ, ὃς δὴ κατὰ σάρκα γεννήτωρ ὤφθη τοῦ γεννηθέντος ἀπάτορος. Πάντως δὲ οὐδὲν ὑπεναντίον τῷ λόγῳ ἡ τούτων μέχρι καὶ νῦν πρὸς ἐπίγνωσιν ἀναβολὴ, εἴπερ κατὰ τὸ λόγιον, ἐὰν ᾖ ὁ ἀριθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, *τὸ κατάλειμμα σωθήσεται*. Σωτηρία δ' οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ τινὶ, ἢ τῷ σταυρωθέντι

sed eum, qui Dei imagine insignitus erat, tibi prorsus subdere, et velut rapinam, proprium facere tentasti ; at disce jam, frustra te hanc pessimam fraudem et sutelam machinatum esse ; frustra me ligno scientiæ delinitum, ex regione Edem educis. Frustra circuis elatus ob ea, quæ passus sum detrimenta : triumphans et mirifice te circumspiciens propter illas, quas commentus es fraudes.

Intuere enim quæ mihi evenerint : vel potius jam intueris, stimulumque insolabilem doloris circumfers. Ecce enim in Calvariæ loco lignum vitæ mihi exstitit, quo et paradisum, et immortalitatem, et conjunctionem cum Conditore, veteresque opes recupero. At tu nunc ardentiore quam olim livore contabescis, maxime cum nescias, quo te vertas. Omnis enim versutiarum machina tibi præcisa est : neque est unde amplius occasionem ad fraudem petas. Nam non solum mussitare non audes, sed neque potes ullo modo sufferre virtutem et efficaciam, quæ ab hac divina planta emittitur. Ecce regium sceptrum, tanquam dilecto filio, tradit Dominus, quo te, versute serpens, occiso, vitam mihi donavit. Nunc mihi insignis illa armatura omnis præsidii confecta est, qua cunctis insidiis superior efficior. At o lignum solum ex omnibus plantis divini fluenti irrigatione pinguefactum! O lignum natum quidem in loco Calvariæ, at umbra tua totum terrarum orbem ambivisti, in quo a peccato, quod me affligebat, liberatus sum! O planta, in terra quidem germinans, at cœlum transcendens, cujus ineffabilem fructum angeli dum intuentur, immensam satoris hujus sapientiam obstupescentes admirantur! intuentur fructum, salutem videlicet hominum, mortis dissolutionem, reditum hominum in patriam, flammeæ rhomphææ recessum, diaboli cladem et tremorem, ejusque ad hujus speciem duntaxat tabefactionem et fugam.

Et hanc quidem virtutem et divinitatem olim varia præfigurabant et adumbrabant, auditores, modo virga prophetica, quæ Ægyptias præstigias devoravit, populumque ex Ægyptia servitute eduxit : modo virga ictu suo ex petra aquæ copiam eliciens, sitisque urgentem necessitatem depellens, tum, cum populus itinere per solitudinem fatigabatur : modo itidem floret virga, et sacerdotii dignitatem ipso suo germine confert : modo a patriarcha jam seniore adoratur licet regis, attamen filii virga dicta. Quod accidit, quia futurum erat, ut salutaris virga crucis non solum a gentibus, quas Pater Filio suo dat pro hæreditate, adoraretur, sed etiam ab ipso sene Israel, qui secundum carnem pater esse visus est ejus, qui sine patre genitus est. Nec adversatur orationi meæ, quod isti ad veritatis cognitionem huc usque cunctantur, quia secundum divina oracula, si numerus filiorum Israel fuerit ut arena maris, *residui salvabuntur* [74]. Salus autem in alio non est quam in crucifixo Unigenito. Cæterum

[74] Isa. x, 21 ; Rom. ix, 27.

veterа hæc,et id genus alia, quæ figuræ et imagines crucis nominabantur, non facile est animo comprehendere, nedum verbis eloqui. At recentia quæ?

Hac martyres armati principatus et potestates principis hujus mundi everterunt; hac mulieres mortificatæ, eum qui potens est in iniquitate, loco improbi mancipii habuerunt, cladem a muliebri natura illatam hoc ipso resarcientes. Hac insuper divini pastores feras ab ovili arcentes, gregem ab insidiis tutum præstant. Hac homines obliti, quod carnis pondere prægravantur, ad angelorum consortium elevantur, vitam in terra carnis expertem degentes; hæc Ecclesiarum fundamentum est, sacerdotum gloria, regum corona, civitatum firmamentum, urbium hostilium eversio, fidelium auxilium, hæc totius mundi custodia est. Hæc distantia conjunxit, inimicitiæ parietem interjectum dissolvit, pacem terrestribus et cœlestibus impertivit. At o Verbum Dei Deus, qui hominem bonitate tua condidisti, invidia vero perditum et per lignum ad extrema sublimioris vitæ delapsum, rursus per lignum in pristinam impatibilitatem restituisti, qui guttis pretiosi sanguinis tui emisti illos, qui sponte in peccati servitutem concesserant, quique gregem et populum peculiarem tibi constituisti, cujus curam et præfecturam nobis, etsi immerentibus, concessisti, largire nobis crucem tuam, salutiferam illam armaturam, in inexpugnabile subsidium, ut inaspectabiles quidem hostes perdat in finem, quos vero dextera tua conservos esse fecit, sententiarum autem varietas distraxit, hos per crucem eo usque instrue, quoad reconcilientur, et amicitiam ineant cum his qui te agnoscunt, quod pro omnium salute crucem subieris, ut omnes uno ore et uno corde tuum sanctum nomen celebremus, quia tuum est regnum et gloria, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen (29).

τῷ Μονογενεῖ. Ἀλλὰ τὰ μὲν παλαιὰ ταῦτα, καὶ ὅσα ἄλλα, οὐδ' ἐπὶ νοῦν λαβεῖν ῥᾴδιον, μὴ ὅτιγε διὰ χειλέων προάγειν, ἃ τύποι καὶ εἰκονίσματα τοῦ σταυροῦ ἐχρημάτιζον. Τὰ δὲ νέα ὁποῖα;

Τούτῳ μάρτυρες ὁπλισάμενοι τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας καθεῖλον τοῦ κοσμοκράτορος, τούτῳ καὶ γυναῖκες νεκρούμεναι, καθάπερ τραυματίαν ἡγούμεναι τὸν δυνατὸν ἐν κακίᾳ, νεανικῷ ποδὶ τὴν ἐκείνου κατεπάτησαν κεφαλὴν, ἐν τούτῳ τὴν ἧτταν τῆς γυναικείας ἀναλούμεναι φύσεως. Τούτῳ καὶ θεῖοι ποιμένες τῆς μάνδρας ἀποσοβοῦντες τὰ θηρία, τὸ ποίμνιον ἀνεπιβούλευτον διασώζουσι. Τούτῳ τῆς σαρκὸς τὴν ἀνάγκην ἄνθρωποι λαθόντες πηλῷ συνδεδεμένοι, τοῖς ἀγγέλοις συμμετεωρίζονται, ἄσαρκον ἐν γῇ πολιτείαν ἐπιδεικνύμενοι. Τοῦτο θεμέλιος τῶν ἐκκλησιῶν, ἱερέων δόξα, βασιλέων διάδημα, πόλεων ὀχύρωμα, ἐθνῶν πολεμίων ἀνατροπὴ, πιστῶν συμμαχία. Τοῦτο παντὸς τοῦ κόσμου φυλακτήριον, τοῦτο τὰ διεστῶτα συνήγαγε, τῆς ἔχθρας διέκοψε τὸ μεσότοιχον, εἰρήνην τοῖς ἐν γῇ καὶ οὐρανῷ ἐβράβευσεν. Ἀλλ', ὦ Λόγε Θεοῦ, ὁ πλάσας μὲν ἐπ' εὐεργεσίᾳ τὸν ἄνθρωπον, φθονηθέντα δὲ καὶ διὰ ξύλου πρὸς ἐσχατιὰν τῆς ὑψηλῆς πολιτείας ἀπολισθήσαντα, πάλιν διὰ ξύλου ἀναγαγὼν εἰς τὴν πρώτην ἀπάθειαν, ὁ σταγόσιν αἵματος τιμίου ἐξαγοράσας τοὺς αὐτοπροαιρέτως καταδουλωθέντας τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ ποίμνιον καὶ λαὸν ὑποστησάμενος περιούσιον, οὗ τὴν ἐπιτροπὴν καὶ προστασίαν ἡμῖν εἰ καὶ ἀναξίοις ἐνεχείρισας, δίδου τὸν σὸν σταυρὸν τὸ σωτήριον ὅπλον εἰς βοήθειαν ἀπροσμάχητον, ἐχθροὺς μὲν ὅσοι ἀόρατοι ἀπολλύων εἰς τέλος, οὓς δὲ ὁμοδούλους ἡ σὴ μὲν δημιουργὸς ἐπλαστούργησε δεξιὰ, γνώμη δ' ὑπεναντία διέστησε, τούτους δὲ διὰ τοῦ σταυροῦ ἐπὶ τοσοῦτον παιδεύων, ὅσον εἰς ἓν συμβιβασθῆναι τοῖς σε γινώσκουσι, ὅτι ὑπὲρ τῆς πάντων σωτηρίας σταυρὸν ὑπέμεινας, ἵνα πάντες ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ τὸ σὸν ὑμνῶμεν πανάγιον ὄνομα, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δόξα, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO X.

In magnum ac salutare adversus mortem excitatum tropæum (30).

ΛΟΓΟΣ Ι'.

Εἰς τὸ μέγα καὶ σωτήριον κατὰ τοῦ θανάτου τρόπαιον.

(Combefis. *Auctar.* p. 1691.)

Resurrectio mei Jesu ac Dei, mortuique Adæ ad vitam revocatio. In vitæ hilaritate festam vitæ celebremus diem. Resurrexit Christus, inferis in captivitatem redactis, ac libertate annuntiata captivis; laudibus extollamus liberatorem: *Mors in victoria* a morte *absorpta est* [75]; fugaturque cor-

Ἀνάστασις τοῦ ἐμοῦ Ἰησοῦ καὶ Θεοῦ, καὶ τοῦ νεκρωθέντος Ἀδὰμ ἀναβίωσις· ἐν φαιδρότητι ζωῆς, τῆς ζωῆς τὴν πανήγυριν ἑορτάσωμεν. Χριστὸς ἀνέστη τὸν ᾅδην αἰχμαλωτίσας, καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις ἐλευθερίαν κηρύξας· δοξάσωμεν τὸν ἐλευθερωτήν. *Εἰς νῖκος* τῷ θανάτῳ *θάνατος κατεπόθη*, καὶ

[75] I Cor. xv, 54.

NOTÆ.

(29) Exstant in bibliotheca Bavarica novem aliæ orationes hujus imperatoris, quorum titulos et inscriptiones enumerat Bibliothecæ Gesner. *Epitome*, quas ex Bavarico cod. exscriptas, et in Latinam linguam conversas ante aliquot annos evulgavimus. Asservatur in eadem bibliotheca volumen homiliarum Philothei patriarchæ Constantinopolitani; et quidem illius homiliæ, quæ est in secundam Dominicam post Pentecosten, idem prorsus initium est, quod hujus, quam præ manibus habemus orationis, ut proinde Philotheum id ex Leone sublegisse oporteat, quippe posteriorem ex priore; si non uterque ex quodam tertio accepit.

(30) Videatur hæc Leonis orationum fere palmaria, sic docte presseque, tum nostra edisserit, tum traducit externa. Multis emendatior prodit ope Regii cod., ex quo edendam putavi collatam cum editis.

φθορὰ φυγαδεύεται, καὶ πολιτεύεται ἀφθαρσία· *Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ, πᾶσα ἡ γῆ·* ἀναβοᾶτε τὴν δυναστείαν αὐτοῦ· καθῄρηται ὁ ἀντίδικος· ὁ ὑπερήφανος τεταπείνωται· ὁ δεσμίους κατέχων, δεσμοῖς περιβέβληται· ὁ τὸ γένος ἀφανίζων, ἀπώλετο· Χριστὸς ἐξ ᾅδου τροπαιοφόρος, τίς οὐ προϋπαντᾷ τοῦ παναύτου τροπαίου, ποσὶ καὶ φωναῖς ἀξίαις τῷ νικητῇ; Ἀδέτω ἄνωθεν ὁ οὐρανὸς, καὶ γῆ κάτωθεν τὰ νικητήρια ᾄσματα. Νῦν ἄγγελοι δοξολογείτωσαν· νῦν ἄνθρωποι χορευέτωσαν, εἰρήνης αὐτοῖς ἀναφαιρέτου δεδωρημένης. Ἔκτεινε γὰρ τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρὶ συναποκτείνας αὐτῇ τὸν ταύτης πατέρα, ὁ σήμερον [1] ὡς ἐκ παστάδος προελθὼν τοῦ τάφου, δεσμῶν αἰωνίων καὶ πυλῶν τοῦ θανάτου κρείττων γενόμενος. Νῦν ἡμῖν πασῶν ἑορτῶν, ὅση ἐν ὁρατοῖς καὶ ὅση ἐν νοητοῖς, ἑορτὴ θειοτέρα καὶ ὑψηλοτέρα. Καὶ εἴ τις γὰρ ἄλλη ἐστὶν ὑπερουράνιος ἀγαλλίασις, ἣν διὰ παντὸς αἱ περὶ Θεὸν ἑορτάζουσαι δυνάμεις εὐφραίνονται, κἀκείνην ὑπολητέον ταύτῃ παραφαρεῖν· οὐ μόναν διὰ τὸν ἀναστάντα, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν ἑαυτῷ συνεξήγειρεν. Εἰ γὰρ ἐπὶ ἑνὸς ἐξεγέρσει χαρὰ τούτοις γίνεται, τί χρὴ σήμερον ὑπολαμβάνειν αὐτοῖς γίνεσθαι, κόσμου παντὸς ἐξεγειρομένου; Σήμερον ἡμῖν ἡ τῆς χαλεπῆς Αἰγύπτου ἔξοδος ἑορτάζεται, καθ' ἣν τῆς ἐπωδύνου τοῦ πηλοῦ δουλείας ἠλευθερώθημεν, καὶ τὸν βαρὺν ἐλίπομεν Φαραὼ, καὶ θεοῦ λαὸς εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι ἠξιώθημεν, καὶ τῆς φερούσης ὁδοῦ πρὸς τὴν ἀγαθὴν τῆς κληροδοσίας ἐπέβημεν γῆν, ὑφηγουμένῳ τῷ θαυμαστῷ νομοθέτῃ καθοδηγούμενοι, τῇ τοῦ σταυροῦ ῥάβδῳ τερατουργοῦντι. Ἑώρταζε πάλαι Ἰσραὴλ ἐξόδιον ἑορτὴν, ἀλλ' εἰς στενὸν κομιδῇ τὰ τῆς ἑορτῆς συνεκλείετο· ἑώρταζεν ἑορτὴν, ἧς τί δεῖ λέγειν ὡς οὐδὲν μετῆν τοῖς ἄνω ἑορτάζουσιν; ὅπου γε οὐδὲ πρὸς τοὺς μικρῷ διφασισμένους αὐτῶν, καὶ κάτω διέβαινεν ἡ φαιδρότης· εἰκότως γέ τοι πολλῷ πρὸς τοὺς ἄνω οὐκ ἔφθανε· σωματικὰ γὰρ ἦν τὰ τελούμενα, καὶ τοῖς ἀΰλοις ἐπιστροφὴ οὐκ ἐγίνετο.

Ἦν ποτε καὶ Ἕλλησιν ἑορτάζειν· ἀλλά τί τὸ κάλλιστον τῶν παρ' αὐτοῖς ἑορτῶν; Ἐπίδειξις αἰσχρότητος, καὶ τῷ δοκοῦντι φαιδρῷ, τοῦ τῆς γνώμης ἀνοήτου δημοσίευσις. Τίνος γὰρ αἴσχους, ἢ ποίας ἀνοίας ὑπερβολῆς ἔλαττον ἔχει, ὁ τῶν θεῶν, ὡς αὐτοί φασιν, ὕπατος, ταῦρος γινόμενος, καὶ τὰ παιδικὰ φέρων ἐπὶ νώτου, καὶ τέμνων πορείαν ὑγρὰν ὁ θεόταυρος, μυκήματι ἁπαλῷ δελεάζων τὴν Κόρην, καὶ πείθων ἀναβαίνειν ὡς ἐν ὀχήματι· ἢ μειρακίου δύσερως ἔρως ὀρνιθεικνύων, ἵν' οὕτως ἀναληφθεὶς ὁ Γανυμήδης τὸ νέκταρ οἰνοχοήσοι αὐτῷ· ἢ γυναικῶν ἀπελάτης ἔρως, νῦν μὲν εἰς χρυσὸν αὐτὸν μεταμείβων, καὶ τὸν πάντας ἀνέλκειν θεοὺς ἀπειλοῦντα σειρᾷ, ruptio et interitus, ac incorruptio regnat: *Jubilate Deo omnis terra* [76]; alto vocis præconio ejus efferte potentiam: prostratus est adversarius: superbus, depressus; qui vinctos prius tenebat, nunc vinculis constrictus tenetur: qui genus humanum abolebat ac exstinguebat, is jam occidit. Adest Christus ex inferis victor; quis non obviam ei, qua pedum agilitate ac vocum alacritate tantum decet victorem, occurrerit? Canat cœlum desuper victoriæ cantica, terraque subter. Nunc angeli gloriam resonent: nunc homines chorus ducant, ob pacem, eamque sempiternam, concessam. Interfecit enim inimicitias in carne [77], interfecto simul cum iisdem earumdem parente ac artifice; is nimirum, qui hodie ex sepulcro, tanquam ex thalamo processit, æternis illis vinculis ac portis mortis potentior effectus. Omnium nobis solemnitatum, si quas oculis conspicui homines, ac si quas inadspectabiles mentes celebrant, hodierna festivitas divinior sublimiorque illuxit. Nam si quæ alia supercœlestis exsultatio est, quam jugi celebritate assistentes Deo Virtutes gaudio peragunt, eam quoque nostræ huic lætitiæ putandum est cedere: non modo propter eum qui resurrexit, sed et propter eos quos secum suscitavit. Si quidem enim unius ipsa suscitatione eis gaudium est, quid hodierna die acciderit, cum mundus universus resurgit? Hodie egressum ex gravissima Ægypti servitute festis gaudiis colimus; quo, a molesto illo luti opere liberati, crudelem Pharaonem reliquimus, Deique populus esse pariter ac vocari meruimus, viamque illam, quæ ad hæreditatis promissæ terram bonam ducit, inivimus, admirandum illum legislatorem, ac qui virga crucis prodigia præstet, secuti ducem. Celebrabant quidem olim etiam Israelitæ egressionis solemnem diem, valde tamen ea solemnitas in angustum coacta erat. Festum, inquam, solemne agebant; at quid refert dicere, si nihil ejus participes essent, qui in cœlis dies festos agunt ac epulantur? cum ne ad illos quidem qui in terris ac proximo intervallo dissiti degebant, celebritatis hujus lætitia manaret: potiori itaque jure non pertingebat ad superos. Cum enim ea quæ agebantur corporali ratione constarent nihil erat ut spiritus ac secreti a materia ad eam celebritatem convenirent.

Habebant antiquis temporibus etiam Græci sua festa; sed quodnam illis festorum omnium pulcherrimum? Illud videlicet quod omnis turpitudinis argumentum erat; et hoc ipso, quod splendidum magnificumque videbatur, nihil aliud nisi summam animi insipientiam et stoliditatem testabatur. Qua enim turpitudine, et qua, quantumvis insigni stultitia, minor censeri debet illa, ut divum rex, ut loquuntur ipsi, in taurum mutetur; ut amores suos dorso ferat, deusque taurus humidum secet iter, blando mugitu Europam demulcens, inque dorsum, velut vehiculum conscendere inducat? aut ut perdito amore flagrans in avem sese transmutet, ut

[76] Psal. LXV, 1. [77] Ephes. II, 16.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Ed. male ὀσημέραι.

ita assumpto ac rapto Ganymede pocillatore utatur: aut ut insano mulierum æstu percitus, sese modo in auri speciem induat, atque is, qui catena de cœlo demissa deos omnes sese attracturum minabatur, in Danaes detrahatur gremium : modo cygni formam subeat, ut nimirum modulata voce, quod par est credere, Ledam decipiat? Cæterum annon dies ille festivus valde ac clarus, quo patris Saturni (31) celebratur memoria, a filio gravissima perpessi exsectique; nec non suprema inde rursus proles, turpiter tum nata, tum notos afficiens? Similibus addamus similia; videlicet Panem illum, qui, ut gravissimi Græcorum sapientes volunt, ex universorum seminum commistione natus, eaque de causa Pan appellatus est : armigeram item illam virginem, quæ ex Jovis vertice exstitit : cujus matrem cum vehemens, ardensque ille amator devorasset, ipse inusitato more ac modo partus dolores sustinuit, ut nimirum armatum fœtum, uti dicebam, ex capite effunderet : nempe, ut et filia symbolum parenti consentaneum gereret; quod ille genitore suo hostiliter usus, eum et imperio dejecisset, ac Tartaro inclusisset. Digna profecto diis geniti parentibus suis ob vitam et lucis acceptam usuram, persolverunt præmia!

A πρὸς κόλπον τῇ Δανάῃ [m] κατάγων· ἄρτι δὲ κύκνον δεικνὺς, ἵν', ὡς ἔοικε, ταῖς ὠδαῖς ἡ Λήδα κατακηλοῖτο; Ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐ λίαν φαιδρὰ ἑορτὴ, Κρόνου πατὴρ ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀτυχῶν, καὶ τὸ εἶναι πατὴρ ἔτι ἀποκειρόμενος· καὶ τελευταία πάλιν ἐκεῖθεν γονὴ, αἰσχρῶς καὶ φυεῖσα, καὶ τοὺς γνωρίμους διατιθεῖσα; Προσθετέον ὁμοίοις ὅμοια· τὸν ἐκ τῆς πανσπερμίας, ὡς ἡ ἐκείνων σεμνότης βούλεται, καὶ γενόμενον [n] Πάνα, καὶ ὀνομασθέντα· καὶ τὴν ὁπλοφόρον παρθένον τῆς κεφαλῆς ἀποτικτομένην, ἧς τὴν μητέρα καταπιὼν ὁ θερμὸς ἐραστὴς, αὐτὸς ταῖς ὠδῖσι καινότατον ὑπηρετεῖ τρόπον· ἔνοπλον, ἧπερ ἔφην, τῆς κεφαλῆς ἀποκύων γονήν· ἵνα δὴ καὶ σύμβολον ἡ παῖς φέροι, μήνυμα τοῦ τεκόντος, οἷς ἐκεῖνος τῷ φύντι πολέμιος ὤφθη, καθαιρῶν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς, B καὶ κατακλείων Ταρτάρῳ. Ἄξιά γε οἱ θεῶν φύντες ἀντέδοσαν γεννητήρια!

Quid nunc referam, quo Neptunus œstro percussus insanierit in Phrygium adolescentem, quem et ipse, fratris sui exemplo ad turpe nefandumque ministerium (32) rapit? Sic enim Græcorum disciplinarum sectatoribus videtur, qui inhonesta magis inhonestis emendare studeant : quibus religio est, ut divum quempiam gulæ ac ventri deditum fateantur; inque eum usum, Pelopem agnoscant a Neptuno raptum, ut, quod proverbio ferunt, dum carbones fugiunt, incidant in flammam. Cæterum C quis fando explicet, quonam pacto ille idem in mulierculas item exardescens in aliam aliamque speciem transformatus sit? His adjunge Apollinem, qui Daphnem efflictim deperiit; qui aliis occulta pandens, sibi ipse nequivit opem ferre : quippe nescivit fore, ut ab eo amasia fugeret; ipse vero vanis ac incassum fusis ploratibus, juxta arborem ejularet, nullo alio ad solatium relicto, quam ut dolorem magis accenderet : tametsi is Martem adulterantem prodit, ipsumque vinculis circumquaque astringit. Quid vero percensere attinet om-

Τί δὲ τὸν Ποσειδῶνος νῦν μὲν ἐπὶ Φρυγὶ μειρακίῳ οἶστρον, ὃν παραπλησίως καὶ αὐτὸς τἀδελφῷ εἰς ἄτοπον [o] ἁρπάζει διακονίαν; Οὕτω γὰρ τοῖς Ἑλλήνων θιασώταις δοκεῖ, πειρωμένοις ἐπανορθοῦν ἀσχημονεστέροις ἀσχήμονα· οἷς ἄπορον τὸ γαστρίμαργον μακάρων τινὰ εἰπεῖν, καὶ διὰ τοῦτο βούλεσθαι τὸν Ἀγλαυτριαίναν ὁρπάζειν τὸν Πέλοπα· καὶ φεύγοντες ἄνθρακας, τὸ τῆς παροιμίας, φλογὶ περιπίπτουσι. Τί δὲ τὴν ἄλλην καὶ τίς ἂν ἀριθμήσαι μανίαν, ἣν ἐπὶ γυναίοις ἐκμέμηνεν, ἄλλοτε πρὸς ἄλλο εἶδος μεταποιούμενος; Λέγε καὶ τὸν Δάφνης ἐραστὴν τὸν Πύθιον, ὃς καίτοι ἑτέροις μηνύων τὰ ἄδηλα, οὐκ ἀπέχρησεν ἑαυτῷ, ἀλλ' ἠγνόησεν ὡς διαφεύξεται τοῦτον ἡ ἐρωμένη, καὶ ἀνόνητα κλαιήσει ἐπὶ φυτῷ, οὐδὲν πλέον ἢ ὅσον ὑπέκκαυμα τῆς ὀδύνης ἔχων· καίτοι τὸν Ἄρη ἀσελγαίνοντα μηνύει, καὶ δεσμοῖς περιβάλλει. Τί τὰς πάντων ὁμοῦ θεῶν ἐφ' ἕτερα εἴδη μεταποιήσεις, ἵνα τὴν Κόρην διερευνωμένῃ τῇ Δήμητρι μὴ εἴη τῆς πλάνης ἀπόπαυσις, οὐκ ἐχούσῃ παρ' ὅτου μάθοι, πάντων ὁμοῦ τὰς οἰκείας διαμειψάντων εἰδέας, καὶ πρὸς ἑτέρας οὐ γνωρίμους μετα-

VARIÆ LECTIONES.

[m] ed. τῆς Δανάης. [n] ed. νεννώμενον. [o] Grets. τοῦ ποτοῦ, vel πότου, vel εἰς εὔποτον.

NOTÆ.

(31) *Quo patris Saturni.* Nota fabula exsecti Cœli a Saturno filio, ex cujus genitalibus in mare projectis nata sit Venus, turpis revera fetus, quique turpiter suos ac nothos scortum turpe afficiat. Gretserus nihil rem exprimit, refertque in Saturnum male affectum, quod auctor in eumdem habet male afficientem, patrem. Nec bene vocem διατιθεῖσα, tanquam suspectam nititur emendare, cum ascribit marg. διατίκτουσα vel διατεκοῦσα· quæ plane voces nihil quadrant. Nihil moror fabulas quas auctor perstringit, tantum mentem clare repræsentare conor : petet qui volet a mythologis, apud quos ta pervia sunt.

(32) *Ad turpe nefandumque ministerium* Εἰς ἄτοπον ἁρπάζει διακονίαν. Sic palam auctor; cujus D non emendatio est, sed depravatio, quod Gretserus margini ascribit, redditque, Εἰς τοῦ ποτοῦ, *vel* πότου, *vel* εἰς εὔποτον· *Pincernæ ministerio destinavit.* Eos namque gentiles perstringit, qui in Neptuno ac divis aliis gulam putarent minus decere, libentesque admitterent in eis luxuriam, cujus liquet notatum Neptunum, non autem gulæ; nec forte deerant qui Ganymedem sic a Jove raptum contenderent, ut ei in deliciis esset, quod leniori vocabulo pocillatoris ac pincernæ mollirent. Non liquet mihi ex quibus mythologis habeat Leo sic raptum a Neptuno Pelopem, ut non ambio doctior videri in gentilium fabulis, qui nuda ac Christiana veritate magis delecter.

θεμένων; Οὐκ οἶδα τί φῶ, τὴν κλοπὴν τῶν γάμων συγκρυπτόντων τῷ Πλούτωνι, ἢ ἀγνοούντων, καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ζήτησιν ἀγωνιώντων, καὶ μεταμορφουμένων. Ἀλλ' οὗτοι μὲν ὥσπερ ἐπισφαλῶς ἐξεῦρον οὓς ἥδεσαν θεούς, οὕτω καὶ περὶ τῶν τελουμένων, φαύλως ὑπελάμβανον, καὶ οὐκ εἶχον συνιέναι, ὅτι πρὸς αἰσχύνην αὐτοῖς καταστρέφουσιν αἱ παννυχίδες, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἑορτάζουσιν ἄνοιαν.

A nium pariter deorum in alienas formas transmutationes, ne Ceres Proserpinam quæritans, finem laboris reperiret; nemine scilicet exsistente a quo interrogaret, cum omnes simul dii, posita figura propria, peregrinas ignotasque formas sibi ascivissent? Quid dicam, non satis dispicio: num quia furtivas illas Plutonis nuptias communi consilio celare statuissent, aut quia ignorarent, eamque ob causam difficiliori inquisitione, formas alias assumpsissent. At isti quidem, ut temere excogitarunt, quos arbitrati sunt deos, ita etiam sine ratione iisdem dies festos consecrarunt; non animadvertentes, quos eis festos constituissent dies, in eorum dedecus ac opprobrium cedere, nec aliud ipsos, quam suam ipsorum stoliditatem solemniter colere.

Ἡμῖν δὲ ὥσπερ εἰς καλὸν τὸ γνῶναι Θεὸν, μᾶλλον δὲ, ὑπ' αὐτοῦ γνωσθῆναι[p] ἡμᾶς, οὕτω καὶ τὸ ἑορτάζειν. Διὰ τοῦτο σήμερον ἡμῖν πᾶσα μὲν ὁμοῦ συνεορτάζει ἡ κτίσις· πάντα δ' ὁμοῦ συνέρχεται τὰ καλά· ἐλευθερία, ἀφθαρσία, δόξα τοῦ δι' ἔλεον ἐπιγνωσθέντος ἡμᾶς, εὐφροσύνη τῶν ἐπὶ τῇ εὑρέσει τῆς βασιλικῆς ἀγαλλιωμένων δραχμῆς· σκυθρωπότης τῶν εἰς τέλος καταβεβλημένων, ᾅδου καὶ θανάτου, καὶ τῶν στυγητῶν δαιμονίων, οὓς Ἕλληνες αἰσχρῶς ἐπιγνόντες, αἰσχιον ἐτίμησάν τε καὶ ἐσεβάσθησαν. Ἀλλὰ γὰρ ἀπίωμεν ἐπὶ τὰ θεῖα ὄντως καὶ ἡμέτερα, οἷον ἐφ' ἱερᾶς σκοπιᾶς ἀναγαγόντες τὸν λόγον, καὶ ὄμματι εὐσεβεῖ τὴν ἐν ἀρχῇ δόξαν τοῦ ταύτης ἡμῖν αἰτίου τῆς ἑορτῆς θεωροῦντες, οὕτω τε πρὸς τὴν ἐπ' ἐσχάτων διαβαίνοντες οἰκονομίαν.

B Nobis porro, ut Deum cognovisse, vel potius a Deo cognitos esse, præclarum ac honestum est, ita et festa celebrare. Quapropter tota rerum universitas una nobiscum hodie celebrat, ac festum agit; simulque omnia bona quasi in unum fontem confluunt, libertas, incorruptio; ejus gloria, qui per misericordiæ viscera nos cognovit; lætitia eorum, qui ob regiam drachmam inventam gaudent: tristitia ac mœror eorum, qui penitus prostrati sunt, inferni scilicet ac mortis, nec non invisorum dæmonum, quos cum Græci turpiter agnovissent, longe adhuc turpius coluerunt, ac Deo debitis honoribus prosecuti sunt. Verum ad nostra, quæ vere divina sunt, regrediamur, orationemque velut ad sacram speculam revocemus: et gloriam, qua a principio claruit is, qui nobis hujus festi auctor est, religioso oculo contemplemur; sicque ad œconomiam ultimis temporibus exhibitam procedamus.

Θεὸς οὗ σήμερον ἡμῖν ἡ πανήγυρις, ἦν μὲν ἐξ ἀϊδίου συνὼν τῷ τεκόντι, *οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενος*, κατὰ τὸ λόγιον, *τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ*, ἀλλ' ἔχων μὲν ἐξ αὐτοῦ τὸ εἶναι· κληρονομῶν δ' ὥσπερ τῆς συμφυΐας καὶ τῆς ἀϊδιότητος, οὕτω καὶ δόξης, καὶ *πάντων ὅσα* τοῦ γεννήτορος. Ἔπρεπε γὰρ δόξης καὶ κυριότητος ἀπ' ἀρχῆς ὁμοτιμία τῷ Υἱῷ, ὅτι τέλειος ἐκ τελείου· καὶ ὅτι οὕτω μᾶλλον σώζοιτ' ἂν ἡ δόξα *τῷ ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ*, ἐν τῷ μηδὲν ὑποδεδηκέναι δόξης καὶ τιμῆς τὸν Υἱόν. Ἄνθρωποι μὲν γὰρ ἐπεὶ κατ' οὐδὲν τέλειοι, ἐνδέοντες τίκτουσιν ἐνδεεῖς· ὁ δὲ, τέλειος ὤν, μᾶλλον δ' ὑπερτελὴς, ἀπροσδεῆ γεννᾷ· ἵν' οἰκεία μεγαλοπρεπείας Θεοῦ ἡ γέννησις ᾖ, καὶ μὴ τῆς ἐκείνου φύσεως ἀπρεπής. Ἐπεὶ δὲ κληρονόμος ἦν ἁπάντων ὅσα τοῦ γεννήτορος, ἀγαθὸς ἦν ἐξ ἀγαθοῦ· ἔδει δὲ τὸν πλοῦτον ὀφθῆναι τῆς ἀγαθότητος, μὴ μόνον ἐν τῷ δημιουργῆσαι τὸν χοῦν εἰκόνα[q] Θεοῦ· μηδ' ἀφ' ὧν ὑπέρπλουτος[r] ὁ τιμηθεὶς ἐχρημάτιζεν· ἀλλ' ἐπεὶ *ῥοπαῖς* οἰκείαις θανάτῳ δεδούλωτο, καὶ ἄπορον ἡ λύτρωσις ἦν, εἶναι καὶ τοῦτο δῶρον τῆς ἐκεῖθεν ἀγαθότητος. Ἐβούλετο δ' ἄρα ὑπερβαλέσθαι αὐτὸς ἑαυτὸν φιλανθρωπίας ὑπερβολῇ· διὰ τοῦτο εὐδοκεῖ, πόνων οἰκείων οὐ χωρὶς δοῦναι τὴν ἐλευθερίαν. Ἦν δὲ τοῦτο βουληθέντι ἕτοιμον· πάντα γὰρ εἶχε Θεῷ· ἀλλ' ἐν τῷ κοινωνῆσαι μὲν τοῖς καταδίκοις τῆς συναναστροφῆς, οὕτω δὲ πεῖραν τῆς κα-

C Deus cujus nobis hodie festivitas agitur, ab æterno exstitit ac fuit cum Patre; *nec rapinam arbitratus est*, ut Scriptura loquitur, *esse se æqualem Deo* [78]: sed ab ipso quidem esse suum accepit, particeps ut ejusdem naturæ et æternitatis, ita et gloriæ et omnium, quæ Pater habet. Filio enim ab initio competebat et gloriæ, et imperii seu potestatis æqualitas, quia perfectus ex perfecto prognatus est; quodque ea ratione magis constet ejus gloria, *ex quo omnis paternitas* descendit [79], ut Filium genuerit, qui neque gloria, neque honore minor quid quam Pater exsistat. Homines quidem cum perfectionis expertes sint, imperfecti imperfectos, egentesque egenos progenerant: at qui perfectus, vel, ut rectius loquar, omni perfectione major est, is omnibus modis consummatum gignit; ut generatio illa divinæ majestati sit consentanea, non a natura illius aliena. Quia vero D hæres exsistens omnium Patris bonorum atque donorum, bonus ex bono erat, decebatque ut divitiæ bonitatis non solum in eo apparerent, quod pulverem ad Dei imaginem condidisset; ac neque ut ipse honorem habens, opulentissimus esset: adjecit et hoc bonitatis suæ munus et argumentum, ut, postquam homo propria inclinatione et ruina in servitutem mortis inciderat, neque ratio ulla

[78] Philipp. II, 6. [79] Ephes. III, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[p] ed. ἐγνῶσθαι. [q] ed. εἰκόνι. [r] γρ. ὑπερπλούσιος.

qua se inde expediret, suppetebat, eum a vinculis his exsolveret. Quapropter nimia quadam benevolentiæ abundantia ipse se exsuperare voluit. Idcirco statuit perditum in libertatem asserere, non sine molestiis (quod volenti facile erat; nam omnia cedunt Deo), sed ita ut conversationis cum reis societatem iniret, sicque ipse incommoda ac miserias expertus, miseriam omnem dissolveret. Cæterum cum id aliter præstari non posset, quam ut is, qui me finxerat, meum ipse figmentum indueret; peragitur quod totum mysterium, occultum ac arcanum mysterium est; ac mei simile primum incipit esse, quod a principio erat Verbum: magnique consilii Patris Angelus [80], in humana specie venit; amoris magnitudinem, quo nos Pater dilexisset, per seipsum ostendit, ac sua carni justificatione, ut a mortis dominatione justi speciem habente, exsolvatur, tribuit. Quibus enim adversus eum, qui nihil piaculi in se receperat, suæ vim adversus peccatum jure fulta erat, amisit. ac cum suum firmasset, idem per unam justificationem ac ejus modum Adami, qui peccatum admiserat, eum speraret, non animadvertit rem sibi cum eo esse, qui diuturnam illam tyrannidem dissipaturus esset.

A κώσεως λαβόντα διαλῦσαι τὴν κάκωσιν. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο πραχθῆναι ἄλλως οὐκ ἦν ἢ πλασθῆναι τῷ ἐμῷ τὸν πλάστην φυράματι, τελεῖται τὸ πᾶν μυστήριον, ἀποκρύπτον μυστήριον· καὶ λαμβάνει ἀρχὴν κατ' ἐμὲ ὁ ὢν ἐν ἀρχῇ Λόγος· καὶ ὁ τῆς μεγάλης βουλῆς τοῦ Πατρὸς Ἄγγελος ἐν ἡμετέρῳ εἴδει ἐπιφοιτᾷ, τό τε ὕψος τῆς ἀγάπης ἣν ἠγάπησεν ἡμᾶς ὁ Πατὴρ δι' ἑαυτοῦ γνωρίζων, καὶ τῇ σαρκὶ διδοὺς οἰκείῳ δικαιώματι τῆς τῷ θανάτῳ δακούσης εὐλόγου κατοχῆς ἀπολελύσθαι. Οἷς γὰρ κατὰ τοῦ μηδὲν ἡμαρτηκότος ἐπήρθη τὴν τυραννίδα ἐπιβαλεῖν, τούτοις καὶ ὃ κατὰ τοῦ ἁμαρτήσαντος ἦν αὐτῷ διόλωλεν εὔλογον· καὶ δι' ἑνὸς ἁμαρτήματος, κατὰ τὸ λόγιον, τὴν τυραννίδα πηξάμενος, δι' ἑνὸς καταλύεται δικαιώματος. Οἰηθεὶς γὰρ τῷ τοῦ ἡμαρτηκότος Ἀδὰμ ὁμοιώματι, B τὸν ἁμαρτίαν μὴ γνόντα κατασχήσειν Ἀδὰμ, ἔλαθε τῷ καθαιρέτῃ τῆς πολυχρονίου τυραννίδος παοσομιλήσας.

Hoc præsentis nostri festi caput et summa. Deus, non suffragiis hominum creatus, sed divino ipse peculiariter gloriosus imperio atque virtute, misericordia erga homines commotus, humanam naturam assumpsit, ac carnem suam in atram mortem tradidit, ut nos immortalitatis luce collustraremur. Neque enim fieri poterat, ut ab ipso creatum hominem in calamitatibus versantem despiceret; quem, inquam, ex nihilo ad imaginem condidisset; utve morbo ex ligni esu contracto, perpetuo excruciari sineret; aut paradisi civem jugi custodia macerari permitteret: at cum auxilio destitutum aspiceret, manum suam, cujus homo opus esset, adjutricem extendit: fit personarum acceptator, qui justissimus est: decretumque illud adversus eum, qui mandatum violasset, legitime conscriptum, insita commiseratione, velut munere quodam captus, oblitterat atque expungit; propriaque morte mortis in nos impressionem cohibet. O immensam bonitatem! O viscera! O amoris vim, quo sic Deus hominem deperiit! Ex terræ effingis pulvere; tua inspiratione animam tribuis; domum destinas omnis generis plenam deliciis: ast ego tam immensam bonitatem non perpendi· magnitudini muneris tanti gratum me non exhibui; nec dignitatem, qua pollebam, æstimavi. Ligni esu divinam prodidi denuntiationem, quæ mihi vitam omnis interitus expertem pollicebatur. Quod denique meorum scelerum gravissimum est, deteram nescivi, qua conditus essem: creatis honorem quo Creator prosequendus erat detuli. Quid vero

tyrannidis explicare præsumpsit, iis etiam, quo per unum peccatum, teste Scriptura [81], imperium suum firmasset, idem per unam justificationem ac meritum pessumdatum est. Cum enim mors, ad ejus modum Adami, qui peccatum admiserat, eum se Adamum qui peccatum nescivisset, retenturam speraret, non animadvertit rem sibi cum eo esse, qui diuturnam illam tyrannidem dissipaturus esset.

Τοῦτο τῆς ἡμῶν πανηγύρεως τὸ κεφάλαιον· Θεὸς οὐ ψήφοις χειροτονηθεὶς ἀνθρωπίναις, ἀλλ' ἰδίῳ; θείκῳ δοξαζόμενος κράτει, δι' ἔλεον τὸν πρὸς ἀνθρώπους γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ σαρκὶ τῷ ζοφερῷ διδοὺς προσεγγίζειν θανάτῳ, ἵν' ἡμεῖς τῷ φωτὶ τῆς C ἀθανασίας ἐλλαμφθῶμεν. Οὐδὲ γὰρ ἦν πρὸς ἐκείνου γενόμενον ἐν κακοῖς παριδεῖν, ὃν οὐκ ὄντα κατ' εἰκόνα δημιουργεῖ· οὐδ' ἀθεράπευτα κάμνειν τοῦ ξύλου τῷ ῥῥωστήματι· οὐδὲ τὸν τοῦ παραδείσου πολίτην ἀφεῖναι κατατρυχόμενον ἐν φρουρᾷ· ἀλλ' ἐπείπερ εἶδεν ἐξαπορήσαντα βοηθείας, ἐκτείνει τὴν χεῖρα, ἧς ἔργον ἄνθρωπος, εἰς βοήθειαν· καὶ γίνεται προσωπολήπτης ὁ δίκαιος· καὶ ὅπερ ἐγράφη ἔννομον ψήφισμα κατὰ τοῦ μὴ τετηρηκότος τὴν ἐντολὴν, τοῖς οἰκείοις δωροδοκηθεὶς οἰκτιρμοῖς ἀπαλείφει· καὶ οἰκείῳ θανάτῳ τὴν καθ' ἡμῶν τοῦ θανάτου ἵστησιν ἔφοδον. Ὦ ἀπείρου ἀγαθότητος! ὦ σπλάγχνων! ὦ φίλτρου, οἷς οὕτω Θεὸς ἀνθρώπου ἐρᾷ! Ἐκ γοῦς διαπλάττεις· ψυχὴν τῷ σῷ δίδως ἐμφυσήματι [a]· οἶκον D παντοδαπῆς τέρψεως ἀφορίζεις μεστόν. Οὐκ ἐμέτρησε τὴν ἀγαθότητα· οὐκ ἐγενόμην εὐχάριστος τοσούτου δώρου μεγέθει· οὐκ ἔστερξα τὴν τιμήν· προῦδωκα βρώσεως θεῖον διάγγελμα [b], ὃ μοι ἀνώλεθρον ὑπεισχνεῖτο ζωήν. Τὸ βαρύτατον τῶν ἐμῶν ἐγκλημάτων, ἠγνόησα τὴν δημιουργὸν δεξιάν· ἔδωκα τοῖς ποιήμασι τοῦ ποιήσαντος τὴν τιμήν. Καὶ τί γίνεται ἀντὶ τούτων; Τὴν πηλίνην ὁ πλάστης ἀμορφίαν λαμβάνεις. Καὶ μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀτιμίας οὐκ ἐπαισχύνῃ συγκατελθεῖν· καὶ γεύῃ τοῦ πικροῦ πόματος τοῦ θανάτου, ἵν' ἐγὼ τῆς γλυκύτητος τοῦ χειμάῤῥου τῆς ἀθανασίας πιὼν. τὴν πικρίαν τῆς φθορᾶς ἀπο-

[80] Isa. ix, 6. [81] Rom. v 12.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ed. δίδοὺς ἐμ. [b] ed. παράγν.

θῶμαι. Τίς ὁ παράδοξος τῆς φιλανθρωπίας τρόπος; Ἐξέπεσεν οὐρανοῦ ὁ Ἑωσφόρος ὁ πρωΐ ἀνατέλλων, καὶ ζόφος ἐγένετο· ἐξέπεσον ἐγὼ θείας ζωῆς, καὶ πίσσαν ὕδρεως ὑπομένεις εἰδέαν, ἵνα τοῦ προτέρου ποιήσῃς θεοειδέστερον. Τί τὴν φλογίνην ἔθου ῥομφαίαν τῆς ζωῆς τὸ ξύλον φυλάσσειν, ὅπως μὴ φαγὼν ἐξ αὐτοῦ ζήσω εἰς τὸν αἰῶνα· ἢ, ἵν' ἐπὶ σεαυτῷ ἑλκύσας τὸν θάνατον δι' ἐμὲ, οὕτω ζωὴν αἰώνιον δωρήσῃ; Τί δέ με εἰς γῆν ἀποστρέφεις δι' ἐπιθυμίαν θεώσεως; ἢ, ἵνα πρὸς ἐμὲ παραγενόμενος, οὕτω θεοποιήσῃς; Ἀλλὰ γὰρ ἐνικήθης τοῖς σοῖς οἰκτιρμοῖς, καὶ οὐκ ἔφερες ὁρᾷν θανάτῳ κατανεμόμενον τῆς σῆς παλάμης τὸ φιλοτέχνημα, οὐδὲ τοῦ σοῦ εἶναι περὶ ἐμὲ φίλτρου κρίσιν ποιῇ, καταλιπεῖν ἀβοήθητον· ἀλλ' εὐδόκησας ἀντίλυτρον δοῦναι σεαυτὸν τῆς ἐμῆς σωτηρίας· καὶ κατέρχῃ πρὸς τὴν ἐμὴν ἐσχατιὰν, ἵν' ὁ δι' ἐπιβουλῆς πρὸς ταύτην καταπεσὼν, μὴ μόνον τῆς ἐσχατιᾶς ἀνακομισθῶ, ἀλλὰ πρὸς οὐρανὸν, οὗ μὴ πρὶν ᾤκουν, ἐγκατοικισθῶ. Οὕτω τὴν ἐπιβουλήν ἐμοὶ πρὸς κέρδος μεταποιεῖς, καὶ τὴν ἐμὴν μαλακίαν ἀναιρεῖς [a], καὶ τὰς ἐμὰς ἀναδέχῃ ὀδύνας, ἵν' ἐγὼ πρὸς ἀνώδυνον βίον μετασκευάσωμαι.

horum gratia mercedis rependitur? Luteam hanc meam deformitatem conditor ipse meus induis; neque renuis, quominus te ad extremam usque ignominiam demittas, gustesque amarum mortis poculum, ut ego de torrente voluptatis, quo immortalitas affluit, bibens, mortis amaritudinem deponam. Quisnam iste novus adeo ac præter opinionem beneficentiæ ac humanitatis modus? Cecidit e cœlo Lucifer, qui mane oriebatur [32], estque effectus caligo; excidi et ego a divina vita, omneque contumeliarum genus suffers, ut priori in me illustriorem divinam formam instaures. Qua de causa flammeum ensem posuisti, ut lignum vitæ custodiat, ut ne eo vescens in æternum vivam? Nonne ut mei gratia in te mortem trahens, sic vitam mihi sempiternam dones? Quid vero in terram reverti facis ob affectatam deitatem? Annon ut ad me accedens, deitate dones? Verum ab innata tua misericordia victus es; nec es passus ut a morte manus tuæ opificium absumeretur, neque amori tuo adversus me consentaneum esse duxisti, si me omni auxilio destitueres: sed statuisti teipsum pro me pretium redemptionis et salutis comparandæ tradere; descendisque ad has meas infimas sedes, ut qui per insidias huc delapsus sum, non solum ab imo revocer, sed et ad cœlos, ubi prius non degebam, transferar. Hoc modo insidias, quibus deceptus essem, mihi in lucrum convertis; meamque infirmitatem portas, ac dolores meos recipis, ut ego ad vitam omni dolore carentem commigrem [33].

Προδίδωσι μαθητὴς, καὶ οὐκ ὀργίζῃ· τύπτουσι μιαιφόνοι χεῖρες, καὶ οὐκ ἀμύνῃ· κρίνει Πιλάτος, καὶ σιγᾷς, ὡς κατάκριτος· ἐμπτύουσι, καὶ οὐκ ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπον· ἕλκουσιν ἐπὶ σφαγὴν ὡς ἀμνὸν, καὶ οὐκ ἀνοίγεις τὸ στόμα· καθηλοῦσι τῷ ξύλῳ, καὶ ὑπερεύχῃ. Νῦν τὸν βασιλέα χλευάζουσιν· *Εἰ βασιλεὺς Ἰσραὴλ ἐστι, καταβάτω ἀπὸ τοῦ σταυροῦ*· νῦν τὸ, οὐαὶ [y], φωνοῦσι στόμασι μιαροῖς· σὺ δὲ πάντα βυθῷ καλύπτεις φιλοστοργίας, ὥσπερ ἐπὶ τούτῳ δημιουργῶν ἐκ πηλοῦ ζῶον, ἵν' ἐκεῖνο μὲν μηδὲν ὕβρεως παραλίποι· σὺ δὲ μηδένα τρόπον εὐεργεσίας οἷς οὐκ εὖ πάθοι ὁ ὑβριστής. Οὐ γὰρ εἰς τὴν παροινίαν, ἀλλ' εἰς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀχαρίστων ἀποσκοπεῖς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ θεοκτόνος πολεμεῖται Συναγωγή· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ τῷ ὄντι λαὸς Πάσχα τὸ θεῖον ἑορτάζει, καὶ σωτήριον τῇ σφαγῇ, καὶ τῷ τιμίῳ χρίσματι· ἀπαθὴς μὲν τοῦ ὀλοθρεύοντος συντηρούμενος, ῥυόμενος, δὲ τῶν κακούντων, καὶ πρὸς τὰς ἐπαγγελίας μετοικιζόμενος. Πάλαι μὲν οὖν τὸ Ἑβραίων γένος Μωϋσῆς ἐλευθερῶν τῆς Αἰγυπτίων κακώσεως, οἷον σκιαγραφίᾳ τὰ παρόντα εἰκόνιζε· καὶ μαστίζει μὲν Αἴγυπτον ἐπ' ἄλλαις [x] πληγαῖς, βαρυτέρᾳ τέως πληγῇ, τῶν πρωτοτόκων θανάτῳ· δίδωσι δὲ τοῖς κακουμένοις [y] ἐλευθερίαν· καὶ μικρὸν ὕστερον τέμνει πορείαν, ἣ τάφος τοῖς

Prodit discipulus, nec irasceris; percutiunt sacrilegæ manus, nec ulciscceris; judicat Pilatus, et taces, tanquam reus; conspuunt, nec faciem avertis; trahunt ad cædem, tanquam agnum, neque os aperis; clavis ligno affigunt, proque illis preces fundis. Modo regem subsannant: *Si rex Israel est, descendat de cruce* [34]: modo exsecrando ore illud *vah* intonant. At tu omnia profundo immensi amoris tui tegis, quasi hominem eo consilio e luto effinxeris, ut nihil ille in te injuriarum et contumeliarum omitteret; tu vero nullam beneficentiæ rationem, qua contumeliosum demerereris, præteriires. Neque enim in vesaniam, sed in salutem ingratissimorum servorum oculos conjicis. Cæterum hæc Dei interfectrix Synagoga molitur: at qui vere Dei populus est, is celebrat Pascha divinum et salutiferum, tum immolatione, tum veneranda unctione, securus plagarum quas exterminator illaturus esset, atque a cunctis quibus vexabatur ærumnis liberatus, ac ad cœlestes promissiones translatus. Nam olim quidem Moyses, Hebræorum gentem ex dura illa Ægyptiorum servitute liberans, velut umbra quadam ac obscurioribus lineis rerum præsentem statum designavit: ac ille quidem post plagas alias (33), graviori hactenus plaga, ac superiores

[32] Isa. xiv, 12. [33] Isa. liii, 4. [34] Matth. xxvii, 40, 42.

VARIÆ LECTIONES.

[a] ed. φέρεις. [y] ed. οὐά. [x] Grets. ἐπαλλήλοις, vel ἄλλαις; ἐπ' ἄλλαις. [y] ed. καλουμένοις, non bene.

NOTÆ.

(33) *Post plagas alias.* Ἐπ' ἄλλαις πληγαῖς. Clara sententia: liquet enim primogenitorum cædem ultimam fuisse ac gravissimam Ægyptiorum plagam, excepta duntaxat Pharaonis submersione, ubi jam

A gesimo. Hoc vero quanam ex causa? Anne hæc ipsa, occulta Jesu dispensatione, dignum quid mysterii habent, aut sic temere nulloque consilio gesta oportet accipere? Absit! Nihil temere ac frustra; nihil Verbum implebat quod non spiritalis aliquid intelligentiæ haberet. Itaque, si libet, habenas orationi laxabimus, ut in mysteriorum altitudinem intuens, inde, quoad fieri potest, extrahere quidpiam conetur, haud forte illud, spiritalium sensorum contemplatione eruditis oculis spernendum ad spectaculum. Reperio itaque honori habitam Quinquagesimam, nedum eo titulo, quod velut sacra, sacra ex radice originem habeat: ex illa nimirum die, quæ in seipsam recurrens ac aliquanto repetita hanc generat, qua nempe rerum Opifex B ab omni requievit opere, quæcunque tandem libuerit opera, sive adventus ac incarnationis, sive creationis: verum etiam quod dici remissionis ac vesperam non habentis figuram gereret. Idcirco etiam apud eos quorum res ex scriptæ legis præscripto administrabantur, velut in umbra obscuraque delineatione apparens ab universis liberos præstabat, ubi annorum circulus ad eum numerum revolutus esset. Quibus, opinor, significabatur fore ut post septenariam hanc vitæ nostræ periodum, temporaneam illam ac servituti obnoxiam, ille adveniat dies quo in integrum restituendi simus, pristinamque ac antiquam libertatem recepturi.

Ἐπεὶ οὖν καὶ νῦν ἡ τοῦ Πνεύματος ἐπιδημία νέαν ἡμῖν ἦλθε βίου κατάστασιν διαθήσουσα, καὶ πρὸς ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἀπὸ τοῦ σκότους τῆς ἐν τῷ παρόντι βίῳ νυκτὸς διεγείρουσα, διὰ τοῦτο ἐν ταύτῃ παραγίνεται τῇ ἡμέρᾳ. Τὸ δέ γε μετὰ τὴν ἄνοδον εἶναι δεκάτην, ὅτι ὥσπερ ἡ ἑβδόμη, οὕτω καὶ ἡ τρίτη ἐφ' ἑαυτὴν ἀνακυκλουμένη, ταύτην ἡμῖν τὴν ἱερὰν ἡμέραν ἀνέστελλεν [1]. Ἦν δ' ἄρα καὶ τοῦτο ἀκόλουθον, οὐ μόνον διὰ τὴν τῆς θεαρχίας τριττὴν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ μέγα ἔργον τῆς τοῦ κόσμου ἐγέρσεως, τριταῖος ὁ Λόγος διεπραγματεύσατο. Ἀλλὰ τοῦ μὲν κἀσθω οὐ πάρεργον ἴσως τοῖς φιλακροάμοσιν ἄκουσμα· ἐπαναχωρητέον δ' ὅθεν ἐξεληλύθαμεν. Ἔρχεται δὴ πληρῶν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Υἱοῦ, ὁ Παράκλητος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἀγαθὸν, ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς μαθητὰς, καὶ δι' ἐκείνων ἁγιάσων τὴν κτίσιν, τὴν ὑπὸ τῶν πονηρῶν διαλελυμασμένην πνευμάτων. Οὐκ ἔτι καθ' ἕνα, καὶ κατὰ μέρος ἁγιάζει· οὐδ' ἑνὶ γένει τὰς εὐεργεσίας ἐπιδαψιλεύεται· ἀλλ' ὁμοῦ πάντα πληροῖ κόσμον ἁγιασμοῦ. Οὐδ' ἔτι μόνος ὁ ἀγνώμων Ἰουδαῖος τοῦ θείου πλούτου κατατρυφᾷ, πάντας εἰς τὸν αὐτοῦ κλῆρον εἰσαγαγόντος, τοῦ κακῶς ὑπ' ἐκείνου παθόντος, κληρονόμου· οὐδὲ μόνος εἰδείη τὴν θείαν δόξαν, πάσης μανθανούσης σαρκὸς τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲ κείσεται παρ' αὐτῷ τῆς προφητείας τὸ χάρισμα, ἐπὶ πᾶσαν σάρκα χεομένου τοῦ Πνεύματος, καὶ προφητευόντων υἱῶν, καὶ θυγατέρων ὠδινηθέντων ἐχράντοις ὠδῖσι.

Quoniam igitur etiamnum divinus Spiritus eo venit, ut novam nobis vitæ rationem constituat C nosque ad illam diem ab hujus sæculi noctis tenebris excitet, idcirco hoc ipso die advenit. Quod autem decima ab ejus in cœlum Ascensione fiat, ea ratio sit, quod sicut septima, sic et tertia repetita ac revoluta, sacram hanc nobis conficiat diem. Erat vero hoc rationi consentaneum, non solum propter divinam Trinitatem, sed quia etiam Verbum magnum illud excitati ac resuscitati mundi opus tridui spatio absolvisset. Verum hæc fortassis non abs re dicta apud eos fuerint qui ejusmodi sensis delectantur, sed nobis regrediendum eo unde sumus egressi. Venit ergo Filii promissionem impleturus Paracletus, bonus, inquam, ille Spiritus, in sacratos discipulos, utque per illos creaturam sanctificaret, a malis male habitam damnisque D affectam spiritibus. Haud ultra ille sigillatim ac ex parte sanctificat, nec uni tantum nationi sua dona copiose effundit, sed simul universum mundum sanctimonia plenum efficit. Nec porro amplius ingratus improbusque Judæus divinarum solus divitiarum delicias percipit, cum nimirum quem ille hæredem male morte affecit, in suam omnes introducat hæreditatem: haud item solus noverit Dei gloriam, cum omnis caro Dei salutare doceatur[98]. Nec demum prophetiæ apud eum donum depositum erit, cum Spiritus effundatur in omnem carnem, prophetentque filii atque filiæ intemerato editi partu.

[98] Matth. xxi, 39.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Leg. ἀνέτελλεν.

Nunc effusa est affluenter sancti Spiritus gratia; quod quidam prophetarum olim in spiritu videns, vaticinatus est [96]. Propter hoc e labris rudibus et indoctis sapientiæ profluunt fluenta, tribusque et linguæ enarrari audiunt Dei magnalia [97]. Nunc probi coloni virtute ex alto roborati atque firmati, ex agro Dominico nequitiæ zizania auferunt, cœlestisque areæ fructum ad ubertatem usque adaugebunt. Nunc linguæ ignis dispertitæ divisionis olim factæ (39) unitatem efficiunt. Nam et mihi idcirco videtur forma hac linguas apparuisse; quanquam liberum est, ut quis ejus rei alias rationes velit assignare. Ac vero hujus specta doctrinæ mysterium. Olim quidem dividens, ac ab invicem separans humanam stirpem, quid agit? *Venite, descendamus, et confundamus linguas eorum* [98]: descendentis voce in multitudinem dividens eos, qui non rite adunati fuissent. Nunc vero, ignearum linguarum divisione, divisionem in unum colligit. Observa vero unitum ignem, in quot ac quantas partes dispertiatur. Et hoc quidem hunc in modum a nobis observatum est. Audiebatur autem inter gentes variarum linguarum cuique propria loquens eorum lingua, quos nescivisset quidem ubinam gentium habitarent, priusquam illi Jesu sociati essent. Eratque res omni admiratione plena: quippe erat plane inusitata, atque a loquentium natura ac moribus longe aliena. Quocirca ab absurdissimis mortalium in absurdis numerabatur ac tantum miraculum, tanquam incantamentum, ac præstigiarum ludibrium traducebatur, temulentiæque ascribebatur ab his, qui immedicabili temulentia laborabant. Vetus hic eorum, qui cum Deo pugnant, mos est, ut non solum divinis operibus nullam fidem adhibeant, verum etiam conentur, ut de propria improbitate improbæ aliquid suspicionis, inculpatis ac in quibus nihil crimineris, aspergant. Patrabat Verbum indutum carnem in Spiritu sancto humana majora virtute miracula; inque Beelzebub dæmoniorum principem tantam virtutem referebant [99]: agit nunc secundum convenientem sibi potestatem Spiritus sanctus, remque musti opus esse nugantur: in hunc modum arbitrantes se miraculo illaturos calumniam: verum vincit sapientia petulantiam, quodque Spiritu os loquebatur, eorum ora quæ ad loquendum livor compellebat. Ille enim qui non pridem virgam piscatoriam ac retia piscator reliquerat, os simplex ac rude aperiens, malignitatis nugas sobria ac sapiente oratione dissolvit. Unde vero mustum novas linguas effingit ac creat, tu qui insaniæ litas? Nosce Petrum illum timidum, publica concione orantem, ac calumniam in plenum stupore converte

Νῦν ἐξεχύθη πλουσίως τοῦ Πνεύματος ἡ χάρις, ὅπερ τις πάλαι βλέπων ἐν πνεύματι προῦλεγε. Διὰ τοῦτο ἐκ χειλέων ἀδιδάκτων σοφίας προχέεται νάματα, καὶ φυλαὶ καὶ γλῶσσαι τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ ἀκούουσι διηγούμενα. Νῦν τῇ ἐξ ὕψους αἱ καλοὶ ἐργάται δυνάμει ῥωσθέντες, τοῦ Δεσποτικοῦ γεωργίου, τὸ τῆς πονηρίας ἀποκαθαίρουσι ζιζάνιον, καὶ τῇ οὐρανίῳ ἅλῳ τὸν καρπὸν εἰς πλῆθος αὐξήσουσι. Νῦν γλῶσσαι πυρὸς διαμεριζόμεναι τοῦ πάλαι μερισμοῦ τὴν ἑνότητα πραγματεύονται. Διὰ τοῦτο ἔμοιγε καὶ τοιούτῳ εἴδει τὰς γλώσσας ὀφθῆναι δοκεῖ· εἰ καὶ κατ' ἄλλας αἰτίας ἀκώλυτον τῷ βουλομένῳ θεωρεῖν. Καὶ σκόπει μοι τοῦ δόγματος τὸ μυστήριον. Πάλαι μὲν διιστῶν ἐξ ἀλλήλων θεὸς τῶν ἀνθρώπων τὴν γενεάν, τί ποιεῖ; Δεῦτε, φησὶ, *καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν τὰς γλώσσας*· τῇ προφορᾷ τοῦ καταβάντος μερίζων εἰς πλῆθος τοὺς οὐ καλῶς ἡνωμένους. Νῦν δὲ τῶν πυρίνων γλωσσῶν τῇ διανομῇ εἰς ἓν συνάγει τὸν διαμερισμόν. Ἐπιτήρει δέ μοι τὸ πῦρ ἡνωμένον, εἰς ὁπόσα ἂν καὶ μερίζηται. Ἀλλ' ἡμῖν μὲν ὧδε καὶ τοῦτο τετήρηται. Ἠκούετο δὲ γλῶσσα φθεγγομένη ἐν πολυγλώσσοις ἔθνεσιν ἑκάστῳ οἰκεία ἀνδρῶν, μηδ' ὅπη τῆς ἐνεγκαμένης ὤκουν, πρὶν σὺν τῷ Ἰησοῦ γενέσθαι, γνωσκομένων. Καὶ τὸ πρᾶγμα παράδοξον· οὐδὲ γὰρ ἦν τῶν συνήθων, οὔτ' εἶχεν οἰκείως πρὸς τὴν τῶν λαλούντων φύσιν. Διὰ τοῦτο τοῖς πάντα ἀτόποις ἐδόκει ἄτοπον, εἰς τερατείαν τὸ θαῦμα ἐιαβαλλόντων, καὶ μέθην ἐγκαλούντων τῶν ἀθεράπευτα μεθυόντων. Ἀρχαῖος οὗτος τῷ Θεῷ μαχομένων σκοπὸς, μὴ μόνον ἀπιστεῖν ἔργοις τοῖς θεϊκοῖς, ἀλλὰ καὶ πειρᾶσθαι ἀπὸ τῆς οἰκείας φαυλότητος φαύλην ὑποψίαν τῶν ἀμωμήτων κατασκεδάζειν. Ἐποίει τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ὁ Λόγος σάρκα φορῶν· εἰς Βεελζεβοὺλ ἀνῆπτον τὴν δύναμιν. Ἐνεργεῖ νῦν κατὰ τὴν αὐτῷ πρέπουσαν ἐξουσίαν τὸ θαῦμα, καὶ γλεύκους εἶναι τὸ ἔργον ληροῦσιν, οὕτω τὸ θαῦμα διασύρειν νομίζοντες· ἀλλὰ νικᾷ τὴν παροινίαν ἡ σοφία, καὶ στόματα λαλοῦντα φθόνῳ στόμα λαλούμενον Πνεύματι. Ὁ γὰρ τὸν κάλαμον ἄρτι λιπὼν, καὶ τὰ δίκτυα ἁλιεὺς, ἁπλοῦν καὶ ἄτεχνον ἀνοίξας στόμα, τὸν λῆρον τῆς πανουργίας σώφρονι λόγῳ διέλυσεν. Ἀλλὰ πόθεν γλεῦκος τὰς καινὰς γλώσσας δημιουργεῖ, ὁ τῇ μανίᾳ θύων; Καταμάνθανέ μοι τὸν δῆλον δημηγοροῦντα Πέτρον, καὶ μετάθες εἰς φρικτὸν θαῦμα τὴν συκοφαντίαν καὶ δόξαν τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Πνεύματος. Οὐκ ἔστι γλεύκους ἡ παῤῥησία, ἀλλὰ τῆς ἄρτι κατελθούσης δυνάμεως ἄνωθεν, ἣ καὶ νοῦν καὶ γλῶσσαν αὐτῷ διανέστησε. Πόθεν οὕτω γέγονε τολμηρὸς, ἐνθυμοῦ, ὁ μὴ τῆς παιδίσκης ὑπομείνας τὰ ῥήματα. Ἀλλὰ γὰρ ὅσοις ἀργοῦσα καὶ ἀκοὴ, καὶ διάνοια, οὕτω τοῦ φθόνου ἐξειργασμένου αὐτοὺς, τῶν τοῦ Πνεύματος οὐ συνῆεσαν ῥημάτων· οἷς δ' ἀνεμ-

[96] Isa. XL, 5; Luc. III 6. [97] Joel II 21: [98] Gen. XI, 7. [99] Matth. XII, 27.

NOTÆ.

(39) *Divisionis olim factæ.* Videtur eam ignis proprietatem respicere, qua ejusdem res rationis in unum conflat ac invicem unit: uti e contra disgregat ac separat quæ sunt diversæ rationis. Venit ergo ignis specie Spiritus sanctus, ut in symbolis divisus, ac singulis seorsim insidens, unum omnes, ac unius linguæ efficeret.

πίδιστος αἴσθησις ἦν, οὗτοι καὶ συνῆκαν, καὶ τῶν ἁλιέων τῶν χειλέων, καὶ τοῦ Πνεύματος ἦσαν θήραμα. Ὦ μακαρίως σαγηνευθέντες! Ὦ τῆς σαγήνης ἐλευθερίας ἀπολειφθέντες! Ὦ πρὸς ζωὴν ἁπαχθέντες ἐν τῷ ἁλῶναι! Ὦ πρὸς θάνατον ζωγρηθέντες, ἐν τῷ τὴν θήραν διαφυγεῖν! Ἀλλ' ἐκάθητο πυρίνῃ γλώσσῃ τὸ Πνεῦμα ἐφ' ἕνα ἕκαστον τῶν μαθητῶν, συνὸν μὲν καὶ πρώην αὐτοῖς, νῦν δὲ μᾶλλον τὴν παρουσίαν ποιούμενον, καὶ πᾶν, εἴ τι τῶν κάτω καὶ χοϊκῶν περῆν αὐτοῖς, καταλύον, καὶ πρὸς θεϊκὴν αὐτοὺς ἀναλαμβανόμενον συγγένειαν. Τοὺς γάρ τοι καινοπαθήσειν τὸν κόσμον ἀπεσταλμένους, εἰκὸς ἦν, τῆς δημιουργοῦ μεταλαβεῖν θεότητος. Οὐκ οὖν ἔτι ζητήσουσι μαθεῖν τὸν Πατέρα, οὐδὲ ἦν ἐξ αὐτῶν ὁ Διδάσκαλος ὁδὸν ἐπορεύσατο. Οἴδασι γὰρ καὶ τὸν Πατέρα, καὶ τὸν ἀεὶ μὲν ἀχωρίστως ἐκείνῳ συνόντα Υἱόν, ἄρτι δὲ τὴν ἐκ τῶν κάτω πρὸς αὐτὸν διηνυσμένα ὁδόν, ὅπῃ διάγει. Τὸ γὰρ *τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ* Πνεῦμα *ἐρευνῶν*, ἐκεῖνο πάντα ἐπιδημῆσαν ὑπαναμιμνήσκει, ὅσα τε παρὼν ὁ Διδάσκαλος ἐμυσταγώγησε, καὶ ὅσα μὴ χωροῦσιν αὐτοῖς, εἰς τὴν νῦν ἐταμιεύθη διδασκαλίαν.

miraculum, atque loquentis in eo Spiritus gloriam. Non est musti ac temulenti hæc loquendi libertas, sed virtutis, quæ recens descendit de cœlo, qua ejus tum mens, tum lingua excitata sunt. Cogita ut factus sit tam animatus ac audens, qui ne ancillæ quidem verba ferre potuisset? Sed enim quibuscunque auditus, mensque pigra erant, ac torpida, ab invidia tales redditi, Spiritus sancti verba non intellexerunt: quibus autem sensus non erat impeditus, hi et intellexerunt, et linguæ piscatorum ac Spiritus præda exstiterunt O quam beate feliciterque sagena intercepti! O e sagena exitiosa extracti! O dum capiuntur ad vitam reducti! O ad mortem capti venatu, dum id cavent, ne venatu capiantur! Verum Spiritus sanctus linguæ igneæ specie, cuique discipulorum insedit; cum prius quidem olimque eis adesset, nunc vero suæ præsentiæ majus ac peculiarius specimen ederet, dissolveretque, si quid in eis terrenæ labis ac concretionis adhæreret, atque ad divinam ipsos cognationem assumeret. Etenim rationi consentaneum ac par erat, ut qui missi essent ad mundum instaurandum, summi rerum Opificis deitatis participes fierent. Haud ergo ultro quæsituri sunt, ut cognoscant Patrem [99], ut neque viam qua Magister ab eis digressus est. Jam enim et Patrem cognoverunt, et ei individue semper conjunctum Filium: jam item noverunt viam confecisse e terra ad ipsum, quo nunc loco agit. Nam Spiritus, qui *profunda Dei scrutatur* [99], suo ille adventu suggerit omnia, tum quæ Magister præsens docuit, tum quæ ad Spiritus præsens magisterium reservata voluit, cum necdum illi eorum capaces essent.

Ἀλλ' οἱ μὲν ἱερώτατοι μαθηταὶ τοιαύτης ἀπέλαυσαν ἐν τῷ ἱερῷ χάριτος, ἐν τῇ ἱερᾷ τῆς Πεντηκοστῆς ἡμέρᾳ· πάντως δὲ καὶ νῦν, εἰ καὶ μὴ τοιαύτης, ἀλλά γε ἀξίας τοῦ Πνεύματος, ὅσοι τιμᾷν ἐγνώκασι. Τιμῷεν δ' ἂν οἱ Θεὸν εἰδότες ὁμοτίμῳ δόξῃ καὶ κυριότητι, Πατρὶ συμπροσκυνούμενον καὶ Υἱῷ, πάντων ποιητῶν, πλὴν οἷς τὰ πρόσωπα διαστέλλεται· πάντα ἔχον, ὅσα θεία φύσιν εἰκὸς, δημιουργὸν, ἄκτιστον, συνέχον τὴν κτίσιν, ἁγιάζον, πάντα πληροῦν ἀπεριλήπτως· καὶ μὴ μόνον περὶ τὴν φύσιν οὐ καινοτομοῦντες, ἀλλὰ μηδ' εἰς αἰτίαν αὐτὸ διπλῆν ἀναφέροντες. Ἑκάτερον γὰρ ἀπείη γνώμης ὀρθῆς. Τὸ μὲν γάρ ἐστιν εἰς κτίσμα τὴν δημιουργικὴν καταγόντων οὐσίαν· τὸ δὲ, πολυαρχίαν ἐν τῇ μοναρχικῇ Τριάδι παρεισαγόντων. Τιμητέον οὖν θεϊκῶς τὸ Πνεῦμα. Θεὸς γὰρ, οὐχ οἷος ἡ πρὶν διαπλάσασα πλάνη νομίζειν ἡπάτησε, μικρῷ καὶ μεγάλῳ μέρει τὸ Θεῖον διαιροῦσα· ἀλλ' οἷον ἡ δι' ἧς ἠνώθημεν Θεῷ γνῶσις ἐδίδαξε, τὴν ἀγνωσίαν τῆς πλάνης ἀποκαθάρασα. Μὴ πάλιν ἐπὶ τὰ κτίσματα καταβαίνωμεν, πρὸς τὸν ἕνα Θεὸν ἀνεληλυθότες. Κτίσμασίν ἐστιν λατρεύειν, τὸ κτίσμα νομίζειν τὸ Πνεῦμα, μηδὲ τὴν ἄφατον τοῦ θεοπρεποῦς Πνεύματος εὐεργεσίαν ἐλαττώσῃς λυμηνάμενος ἑαυτῷ. Οὐ γάρ ἐστιν ὅπως φύσεως κτιστῆς τὴν ἀπλασίαν ἀπολάβῃς, οὐδ' ἕνωσιν τὴν πρὸς Θεὸν, ἀλλ' ᾗ ἐκείνῳ, παρ' οὗ, καὶ οὐκ ὢν δημιουργῇ· καὶ διαφλαρεὶς, θείῳ κράτει καινοποιῇ. Ἀλλ' οἷς μὲν εὖ εἰδότι ἡ σὴ, Παράκλητε, σώζεται τιμὴ, καὶ τῆς παρὰ σοῦ τιμῆς ὑπάρξει ἀντιλαβεῖν· ὅσοι δ' ἐναντίως ὑπο-

At sacratissimi quidem discipuli, ejusmodi gratiam in sacra æde ac cœnaculo consecuti sunt, sacro Pentecostes die; omnino vero etiam nunc, etsi non tanta, verumtamen digno Spiritus sancti munere donantur, quotquot Spiritum sanctum honorant. Honorare autem censentur illi, qui Deum esse confitentur, æqualis cum Patre et Filio gloriæ, potentiæ, cultus ac adorationis; quidquid amborum est, commune habentem, exceptis iis per quæ personæ distinguuntur; omnia, inquam, habentem, quæ par est Deum habere: ut sit Creator, sit increatus; contineat, ac conservet creata, incomprehensa ratione omnia replentem: qui non tantum circa naturam ejus nihil innovant, sed neque originem ejus ad duas causas, seu principia referunt. Utrumque enim abit a recta sententia. Alterum est eorum qui creatricem naturam in creatorum dejiciunt sortem; alterum eorum qui multa principia in unius principii, ac principatus Trinitatem inducunt. Divino igitur honore prosequendus est Spiritus sanctus: quippe cum Deus sit, non quidem quales priscus error deos finxit, ac fingendo in errorem induxit, majori ac minori parte deitatem dividens, sed qualem scientia, qua Deo uniti sumus, fidesque docuit, omni erroris ignorantia perpurgata atque sublata. Nec rursum ad creata descendamus, qui jam ad Deum unitate constantem ascendimus. Qui enim Spiritum sanctum creaturam esse existimat, ille

[99] Joan. XIV, 4, 9. [99] I Cor. II, 10.

creaturis divinos honores impendit. Ne ineffabile deifici Spiritus beneficium, munusque extenues, non sine tuo detrimento; neque enim fieri potest ut a creata natura renovationem accipias, aut ea præstante Deo conjungaris vel nisi is præstet, qui te, cum non esses, condidit; ac cum esses corruptus, potentia digna instauravit. Cæterum, qui tuum, Paraclete, honorem integrum conservant, his etiam a te bonos obtinget : qui vero aliter affecti, te debito honore privare contendunt, hi seipsos vita privant. Sed tu, o patiens ac longanimis! hos quoque a blasphemia ac errore liberari concede, ut omnes recta fidei concordia, quos ut verbum in cœlis connectat ipse quoque, cum ille ascendisset, advenisti, unione simus conserti, omnesque divinorum tuorum munerum participes efficiamur, uni regno ac dominatione, unius in Patre, et Filio, et Spiritu sancto, Dei, supremum unum cultum ac adorationem exhibentes, nunc et in sæcula. Amen.

Λαμβάνοντες, ἐν τῷ πειρᾶσθαι δόξης ἀποστερεῖν. ἑαυτοὺς ἀφαιροῦνται τὴν ζωήν. Ἀλλὰ σύ γε καὶ τούτους, μακρόθυμε, δοίης τῆς λώβης ἀνενεγκεῖν· ἵνα πάντες ὀρθῇ πίστεως συμφωνίᾳ, οὓς ἐφ' ᾧ οὐρανοῖς συνάψει ὁ Λόγος, σύ τε ἀναπτάντος ἐκείνου, ἐπεδήμησας, εἴημεν ἡνωμένοι, καὶ πάντες τῶν σῶν θείων μεταληψώμεθα δωρεῶν, τῇ μιᾷ βασιλείᾳ καὶ κυριότητι τοῦ ἑνὸς ἐν Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ Πνεύματι, Θεοῦ· μίαν καὶ τὴν λατρείαν, καὶ τὴν προσκύνησιν φέροντες, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

SCIPIONIS MAFFEI PRÆFATIO IN SEQUENTEM HOMILIAM.

Accidit nuper, ut Ruthenus quidam, non infimæ sortis homo, nec indoctus, qui plures Græciæ regiones peragravit, me inviseret. Post pauca de Photiano circa Spiritus sancti processionem errore, cui quidem addictissimus est, sermonem, seu potius disputationem intulit. Quod urgebat, et in quo maxime nitebatur, id erat : Ostensam sibi fuisse Smyrnæ in veteri membrana perscriptam Leonis Sapientis homiliam, cujus hac de re argumenta ægre a nobis refelli possint, idque in causa esse, cur, etiamsi in quibusdam Italiæ bibliothecis habeatur, nunquam edita sit. Primum ergo quanto in errore versentur, qui supprimi a nobis, atque etiam aboleri adversariorum nostrorum vetera scripta opinantur, ostendi facillime : nam latebat exempli gratia, et paucissimis erat nota, Photii ad Aquileiensem episcopum epistola, cum eam ex manuscriptis eruit, atque in publicam lucem protulit cardinalis Baronius; ea procul dubio ratione inductus, quoniam nunquam clarius, quam cum oppugnatur, veritas emicat. At nonne præstantior omnibus Alcorani editio Arabice, et Latine Patavii elaborata prodiit? Nonne Venetiis virulenta plurium Rabbinorum opera nuper vulgata?

Verum quod ad Leonis orationem attinet, unde erudito Russo plenissime satisfacerem, in promptu mihi fuit. Codicem ostendi inauratum, ut imperatoris lucubrationes servantem decet, in Græcia scriptum, eleganterque compactum, Leonis VI vulgo Sapientis homilias continentem 33 ea morali epistola, sive parænesi, inter has computata, quam Latine ad annum 911 Baronius edidit. Ordo, quo recensentur, is ipse est, cui Vaticanus liber inhærebat, a quo Baronius earum argumenta deprompsit. Ex his 15 tantummodo in publicam lucem prolatæ sunt, 18 latent, et ab eruditis cupiuntur. Vulgatarum a Combefisio, quæ beatæ Virginis Annuntiationem, Dominique Resurrectionem celebrant, nec Vaticani a Baronio inspecti fidem comprobarunt codices, nec noster comprobat, qui eas non habent. Illa, de qua sermo erat, tertium in mss. obtinet locum. In ea quidquid pro Græcorum errore de sancti Spiritus processione excogitatum fuit, colligit Leo, atque apparat. Quapropter nullibi magis elucet, quam miseris captionibus, quam infirmis schismatis propugnatores innitantur sophismatis.

Cum autem ad chartulas meas accessissem, libellum extraxi, in quo ante hos 20 aut plures, ni fallor, annos, exscripta per me e codice oratio fuerat, Latine reddita, et ob causam hanc abunde confutata, et rejecta. Hoc autem præstiteram, cum anecdotorum in mss. Veronensibus latentium collectionem tunc temporis adornarem, quorum quædam, occasione oblata, seorsim postea prodiere, alia non pauca latent adhuc, et obdormiscunt. Inter Græca opuscula hanc præcipue homiliam selegeram, quia opportunissimum præstare aditum videbatur mihi ad catholicam in hoc argumento doctrinam a sophisticis omnibus tricis prorsus vindicandam. Hæc item ratio, ut modo emittam, impellit, eoque magis, quod, cum adnotata advenæ meo perlegerem, quid reponeret, non habebat. *Græciam orthodoxam* illi dono dedi, atque, ut, de quo agitur, Spiritum sanctum toto corde invocaret, hortatus sum.

Sapientis titulum, quem studium multiplex, variæque, quas impense coluit, doctrinæ Leoni peperere, error adimit, quo a recto fidei tramite deflexisse, præter multorum opinionem, hæc homilia docet. Miror tamen et sine hac viros doctos secus opinatos esse. Nam primum quid aliud a Photii discipulo exspectaretur? deinde quam perspicue vulgata in Pentecosten homilia Photianam eo loco prodit doctrinam, quo Spiritum sanctum ab iis recte coli asseritur, *qui neque circa ejus naturam quidquam innovant, neque ejus originem ad duas causas referunt?* Μὴ μόνον περὶ τὴν φύσιν οὐ καινοτομοῦντες, ἀλλὰ μηδ' εἰς αἰτίαν αὐτὸ διπλῆν ἀναφέροντες· quibus verbis Catholicos perstringi patet, orthodoxamque sententiam

falso insimulari. Nequidquam ergo hujus auctoris causam tueri, sanumque iis verbis sensum affingere annixus est Cl. Combefisius in *Auctario novo*. Scilicet in hac oratione quanquam Judæi, Macedoniani, cæterique Trinitatis oppugnatores optime refellantur, acris interseritur disputatio ad sancti Spiritus a Patre et Filio processionem rejiciendam, evertendamque : qua de re non solum Photii argumenta congerit, sed novis excogitatis commentis nequidquam blaterat. Quod ad stylum attinet, Cl. quidem Combefisio assentiri nequeo, qui *disertissimas orationes a Leone vere Sapiente æternæ memoriæ monumento relictas extollit*. Effugerat jampridem disertissimarum orationum ætas ; neque ego obscuram syntaxin, translationes exoticas, implexum stylum, crebrasque repetitiones eloquentiam appellem. Versionem enixus sum textui inhærentem, vel Latinitatis jactura, quod materia exigebat : aliquando tamen, ut sensus aliquis eliceretur, ex Leoninæ dictionis involucris paululum emergendum fuit. Verum in hujusmodi translatione ignosces quædam quilibet

Docte sermones utriusque linguæ.
(Hor. l. III, od. 8.)

Singulare propemodum est, quod e lemmate decimæ quintæ orationi præfixo didici, illas nempe ab imperatore ad populum habitas in ecclesia fuisse. Ὀκτωβρίῳ ς', λόγος ιε'. Λέοντος ἐν Χριστῷ βασιλεῖ *αἰωνίῳ* βασιλέως Ὁμιλία δι' ὑπογραφέως ἐκπεφωνημένη τῷ λαῷ ἐν τῷ αὐτῷ ναῷ, κατὰ τὴν ἱερὰν τῆς τελευτῆς τοῦ θείου μαθητοῦ ἡμέραν, τῆς βασιλικῆς παρουσίας κωλυθείσης διά τινας πραγμάτων ἀσχόλους ἀνελκύσεις. *Die Octobris* 6, *sermo* 15, *Leonis in Christo æterno rege regis oratio, a notario in templo ad populum recitata, cum divini discipuli* (Thomæ) *exitus celebraretur, ob sollicita quædam negotia regia præsentia impedita*. Ipso initio excusat se, quod adesse nequiret, sermonem tamen suum minime abfuturum spondens. Sancti Thomæ caput eo templo tunc reconditum memorat ; alterumque eidem dicatum, quod paulo ante deflagrasset, irreligiosis hominibus sacrarum ædium rationem minime habentibus imputat.

Quæ in Eliæ festo pronuntiata fuit, Eliam nequaquam celebrat, ut aliqui scripsere, sed Leonis gratiarum actionem continet, quod ea die ad sibi ignoscendum summi Numinis clementia Patrem impulerit : Τὸν γὰρ, inquit, οὐχ ἑνὸς, ἀλλὰ μυρίων θανάτων ὑπόδικον, τὸν οὐ φρουρᾷ, ἀλλὰ χάσματι γῆς δικαίως ἂν καταδικασθέντα, ἔσωσε τοῦ θανάτου, ἐῤῥύσατο τῶν κινδύνων. Ἱλάρυνε καρδίαν πατρὸς ὁ τῶν οἰκτιρμῶν Πατὴρ, τῆς ἐμῆς ἀκαθαρσίας τὸ αἶσχος οἰκείᾳ μερίμνῃ περικαθάρας. *Me enim, qui non unum, sed mille supplicia promerui, qui non ad carcerem damnandus, sed in terræ voraginem projiciendus eram, ab interitu liberavit, periculis eripuit. Patris cor exhilaravit misericordiarum Pater, probrum impuritatis meæ opera sua repurgans*. Quibus verbis videmur doceri, non ob defectionis suspicionem, ut historicis placet, sed ob lubricos mores Leonem in custodiam detrusum ; at cum metaphoricas locutiones valde amet, nihil certi erui potest. Vigesima quinta iambicis versibus constat, et præcipue sancti Clementis Ancyrani episcopi sub Maximino martyrium describit.

ΛΟΓΟΣ ΙΓ'.

Λέοντος ἐν Χριστῷ βασιλεῖ αἰωνίῳ βασιλέως, λόγος εἰς τὸ σύνθρονον, τὸ παρ' οὗ καὶ δι' οὗ καταφοιτήσαν αὐτοδεσπότως παρέσχε τὴν υἱοθεσίαν ἀνθρώποις, θεῖον Πνεῦμα.

Τὴν μὲν οὖν χθὲς ἐποίει πανήγυριν ἐπιδημῶν ὁ Παράκλητος, καὶ φαιδρὰν ἡμῖν τὴν ἡμέραν τελῶν, ἐν τῷ κομίζειν τῆς πρὸς Θεὸν καὶ Πατέρα καταλλαγῆς φαιδρὰν τὴν ἀπόδειξιν· σήμερον ἡμεῖς τὴν πανήγυριν συνιστῶμεν, καθάπερ λειψάνων τινῶν τῆς χθεσινῆς ἱερᾶς ἡδονῆς ἀπολαύοντες. Χθὲς ἐκεῖνος

A

ORATIO XIII.

Leonis in Christo æterno rege regis oratio (a) *in divinum Spiritum consedentem, qui ab ipso et per ipsum propria potestate* (1) *descendens, hominibus adoptionem præbuit.*

Hesternam profecto solemnitatem adveniens (2) perfecit, hilaremque nobis reddidit diem, manifestam reconciliati nobiscum Dei Patris significationem afferens. Hodie vero nos ipsi, tanquam reliquiis hesterni convivii collectis, festum instituimus. Die præterita ille nos præsentia decoravit sua,

NOTÆ.

(a) Doctissimus vir Scipio Maffei hanc homiliam edidit, hoc titulo : *Leonis Sapientis Homilia nunc primum vulgata* (Græce-Latine) *ejusdemque quæ Photiana est, confutatio* ; 8°, Patavii, 1751, 40 pag. In codice manuscripto quo doctissimus vir hanc homiliam exscripsit, homilia hæc immediate sequitur eam, quam hic duodecimo loco edidimus. EDIT.

(1) *Propria potestate*. Involutum titulum ita reddidi, ut, quid significet, explicetur. In verbo αὐτοδεσπότως schismaticæ sententiæ labem subodorari jam licet. Posset quidem et inculpate accipi ; vel quod serviliter non mittatur, vel quod homines velut Deus adoptet, dum mittitur : sed ista cum iis, quæ deinde in oratione dicuntur, componentibus apparebit, insinuari jam a Leone, Spiritum sanctum et a se ipso mitti. In quam absurdam futilemque sententiam, tanquam in commentitium ac inane perfugium quoddam ab hoc orthodoxorum argumento Photiani adacti sunt. *Cum Pater mittit, tum Filius*. Ὃν ἐγὼ πέμψω ὑμῖν παρὰ τοῦ Πατρός· exinde Πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς· ergo uterque Spiritu sancto potior, ac, ut Græci Patres loquuntur, major est. Atqui in divinis nulla alia ratione persona intelligi potest major altera, quam origine ; ergo a Patre simul, et a Filio Spiritus originem ducit. Ut argumenti vim effugerent quidam ex Græcis, Spiritum a se ipso quoque, propriaque potestate mitti, excogitarunt : errorem dum declinant, ut per se patet, ingeminantes.

(2) *Hesternam*. Præcedit in mss. panegyrica in Spiritum sanctum oratio, apud Combefisium nona, die Pentecostes Dominico recitata. Solemnitatem hanc binis diebus absolvunt Græci ; quin dies altera, qua præsens homilia habita est, præcepto injungitur nullo, sed piorum arbitrio relinquitur.

die ista nos adventui ejus debitos honores persolvimus. Heri beneficium a nobis acceptum, hodie sanctus Spiritus gloria argumentum suppeditat laudibus. Quænam vero illum magis deceat laus? Procul dubio Deum confiteri. Propterea scilicet a Filio mittitur, hoc ipsi præstans, cum ad eum glorificandum advenerit [1]. Venit ergo propriam quoque gloriam hominibus patefactūrus. Oportebat enim, colendam ante orbem conditum Trinitatem ab orbis incolis communiter aliquando coli; quod ut hodie alacriter ostendat oratio, initium sic statuo.

A ἡμᾶς ἐτίμα τῇ παρουσίᾳ, σήμερον ἡμεῖς τὴν αὐτοῦ τιμῶμεν ἐπιδημίαν· χθὲς ἡμῖν ὑπόθεσις τῆς παινηγύρεως ἡ ὑμετέρα εὐεργεσία, σήμερον ἀφορμὴ τοῦ πανηγυρίζειν ἡ τοῦ Πνεύματος δοξολογία. Τίς οὖν ἐκείνῳ πρέπουσα γένοιτ' ἂν δοξολογία; Ἡ τῆς θεοπρεποῦς δόξης ὁμολογία. Δι' ἣν ἀποστέλλεται μὲν παρὰ τοῦ Υἱοῦ, πραγματευσόμενος τοῦτο αὐτῷ. Ἐκεῖνο γὰρ δοξάσων ἐλήλυθεν. Ἦκε δὲ καὶ τὴν οἰκείαν τιμὴν ἐμφανίσων τῷ πλάσματι. Ἐπείπερ ἔδει τὴν πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι τιμωμένην Τριάδα, καὶ ὑπὸ τῶν ἐν κόσμῳ ἅμα τιμᾶσθαι. Ὃ σήμερον προθυμούμενος ὁ λόγος ποιεῖν, οὕτω τοῦ λόγου ἀπάρχεται.

Unus Deus in Patre, et Filio, et Spiritu sancto, Trinitas personarum unitate naturæ in unum coalescens, ex se perfecta, completa, semper exsistens, et iis, quæ sunt, esse præbens: nec Patre sempiterna gloria unquam multato, etiamsi Filio, qui Patris est gloria, nondum apparente (3) lateret; nec Filio, etiamsi tardius illuxerit, minus habente, quam Pater; nec Spiritu, etiamsi in theologia tertium obtineat locum, posterius esse accipiente: sed coexsistentibus simul, ac æque glorificandis, quamvis Pater velut principium sit, et radix, Filius vero, ac Spiritus velut rami quidam ab æterno pullulaverint. Hoc de Deo dogma antiquitus quidem edocti aliqui sunt, divina bonitate se ipsam benigniter prodente, obscure tamen, ejusque pulchritudine fuscis tantum coloribus depicta, et aptiori ævo reservata. Hinc colebatur olim Deus Pater a populo, ipsum tantum agnoscere profitente, nec Filium, qui omnia possidet, quæ Pater, ejusdem cultus participem faciente, etiamsi pluribus modis se prodidisset [2]. Cum vero nondum apud nos lux emicuisset, quæ simul cum Genitore ante ævum emicuit, collucentem cum eo Spiritum nondum homines debito honore prosequebantur: ast ubi Patris gloria per Unigenitum suum clarior apparuit, statim ipsius divinitas innotuit omnibus, se ipsos in suam perniciem non excæcantibus. Tunc ergo simul regnans Spiritus effulsit; prius quidem cum Verbum in terra degeret ipsum comitans, et cum ipso, quæ Deum decerent, peragens, testificationemque præstans, et vicissim recipiens: deinde etiam manifestius, et in flammæ speciem descendens, cum ille ad cœlos jam evolasset.

B Εἷς Θεὸς ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, ὑποστάσεων Τριὰς εἰς ἓν συνιοῦσα, μονάδι φύσεως, αὐτοτελὴς, ὑπερπλήρης, ἀεὶ οὖσα, καὶ τοῖς οὖσι τὸ εἶναι παρασχοῦσα, οὔτε τοῦ Πατρὸς ἀκρωτηριαζομένου τῆς ἀϊδίου δόξης, τῷ ὕστερον τὴν ἐκείνου δόξαν τὸν Υἱὸν ἐκπεφάνθαι, πρὶν δὲ ἀνυπαρξίᾳ κρυπτομένου· οὔτε τοῦ Υἱοῦ ἐν τῷ ἀπαυγάσαι ὀψιαίτερον, μεῖον φέροντος τοῦ Πατρὸς, οὔτε τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου· εἰ καὶ τρίτην ἐν τῇ θεολογίᾳ τάξιν ἔχει, μεταγενεστέραν λαχόντος τὴν ὕπαρξιν. Ἀλλ' ὁμοῦ τῶν τριῶν συνόντων καὶ ὁμοτίμως δοξαζομένων· κἂν ὁ μὲν ὡς ἀρχὴ καὶ ῥίζα, Υἱὸς δὲ καὶ Πνεῦμα οἷον βλαστοί τινες ἀϊδίως συνεκτεθήλασι. Τοῦτο δὴ τὸ περὶ Θεοῦ δόγμα πάλαι μέν τινες ἐμυήθησαν, φιλανθρώπως ἑαυτὴν ἐκκαλυπτούσης τῆς θεαρχικῆς ἀγαθότητος, πλὴν ἀμυδρῶς, ὥσπερ τισὶ χρώμασι στυγνοτέροις γραφομένου τοῦ κάλλους τῆς εὐσεβείας, καὶ ταμιευομένης εἰς τὸν καθήκοντα καιρὸν τῆς τρανοτέρας λαμπρότητος. Οὕτω δὴ πρότερον ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ὑπὸ τοῦ μόνον ἐκεῖνον εἰδέναι λέγοντος ἐτιμᾶτο λαοῦ, μὴ ποιουμένων αὐτῷ συμμερίτην τῆς τιμῆς τὸν πάντα, ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, κεκτημένον Υἱὸν, εἰ καὶ πλείσται; ὅσαις ἐμφάσεσιν ἑαυτὸν διεδείκνυεν. Οὔπω δὲ τοῦ ἀχρόνως σὺν τῷ Γεννήτορι ἀνίσχοντος φωτὸς ἐν χρόνῳ τῷ καθ' ἡμᾶς ὁραθέντος, τὸ συναστράπτον αὐτῷ Πνεῦμα οὔπω τῆς προσηκούσης παρὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκληρονόμει τιμῆς. Ἐπεὶ δὲ ἅμα μὲν ἡ τοῦ Πατρὸς δόξα διὰ τοῦ Μονογενοῦς φανερωτέρα γεγένητο, ἅμα δὲ καὶ ἡ αὐτοῦ πεφανέρωτο τοῖς πρὸς τὴν σφῶν οὐ μύσασι σωτηρίαν Θεότης, ἤδη λοιπὸν καὶ τὸ συμβασιλεῦον ἐμφανίζεται Πνεῦμα. Καὶ πρὶν μὲν ἐν σώματι συναναστρεφομένου τοῦ Λόγου συμπαρὸν αὐτῷ καὶ συνεργαζόμενον τὰ παρ' αὐτοῦ μαρτυρίαν ἀντιλαμβάνον· ὕστερον δὲ ἐξ

C

D

θεοπρεπῆ, καὶ προσμαρτυροῦν τὴν υἱότητα, καὶ τὴν ἡμῶν ἀναπτάντος ἐκείνου, αὐτοκαθόδῳ πυρίνῃ ὁραθὲν ἐμφανέστερον.

Nunc enim perspicue visus est descendens Paraclitus, Paraclito altero in Patris sinu recepto; pro-

Νῦν γὰρ ἐμφανῶς ὤφθη καταπτὰς ὁ ἀντὶ τοῦ πρὸς τὸν Πατέρα Παρακλήτου ἀναπτάντος ἄλλος

[1] Joan. xvi, 14. [2] Joan. xvi, 15.

NOTÆ.

(3) *Nondum apparente.* Quædam hic adhibet auctor vocabula ex Dionysio, ut appellant, Areopagita mutuata: Ἀνυπαρξία, βλαστοὶ, θεαρχική. Paulo post radicis et ramorum similitudinem non affert sine dolo: verum hæc satis jam explicata et diluta sunt, præcipue a Nicephoro Blemmida, et a Bessarione, cum locis ex supposititio Dionysio objectis responderent. Neque mirum est, e quacunque sanctissimæ Trinitatis similitudine allata difficultates suboriri, cum apta in hanc rem similitudo afferri possit nulla: ita ut illas perpendenti, quæ pueris, cum instituuntur, bona mente, ut id intelligant, quod intelligi nequit, recitari solent, eos minus rectis quodammodo phantasmatis interdum imbui, videri possit.

Παράκλητος, πληρῶν μὲν ἐκείνου τὴν ὑπόσχεσιν, πληρῶν δὲ καὶ ἃ περὶ αὐτοῦ θεοφορουμένων ὑπήχει χείλεσι, τὴν ἐπὶ πᾶσαν σάρκα διάχυσιν. Νῦν ἀμερίστως ἐν τοῖς μαθηταῖς μεριζόμενον, τὸ οἰκεῖον ἐμφανίζει ἀξίωμα, οὐχὶ συνεργοῦν ὥσπερ πρότερον, ἀλλ' αὐτὸ ἐργαζόμενον τὰ θαυμάσια, καὶ τῇ συγγενείᾳ τῶν ἔργων τῆς φύσεως πιστούμενον τὴν συγγένειαν· πρώην ἐκ χειλέων ἀγραμμάτων τοῦ διδασκάλου σοφίας ἠκούετο ῥήματα, ἄρτι γλώσσης τῶν μαθητῶν ἀμαθοῦς γνωστικὴ διηχεῖται φθογγή. Ἴσον τὸ θεῖκὸν ἀξίωμα, διὰ τοῦτο πάλαι καὶ νῦν ὅμοια τὰ γινόμενα. Πρώην τῷ συνδεσπόζοντι Λόγῳ τὴν θεραπείαν τοῦ πλάσματος συνεργάζετο, νῦν τοῖς ὑπηρέταις ἐνδημῶν ἐνεργεῖ τὰ μυστήρια. Τιμάσθω τοιγαροῦν ὁμοίμως τὸ ἴσον τῇ ἐνεργείᾳ, καὶ διὰ τοῦτο ἴσον καὶ τῇ οὐσίᾳ πανάγιον Πνεῦμα ὑπὸ τῶν εὐγνωμονεῖν εἰδότων, καὶ δεσποτικῆς μεγαλειότητος φυλαττόντων ἀνύβριστον τὸ ἀξίωμα.

missionem illius (4), et [quæ de se prophetica labia (5) resonuerunt, nempe spiritus effusionem super omnem carnem adimplens. Nunc vero dignitatem prodit suam, indivise inter discipulos divisus, nec jam cooperans ut prius, sed ipse admirabilia peragens, et rerum actarum similitudine similitudinem comprobans naturæ. Nuper ex magistro illiterato (6) verba sapientiæ audiebantur, nunc ex indocta discipulorum lingua docta resonat vox. Cum enim eadem sit semper divina virtus, quocunque tempore similia præstat. Antea una cum condomino Verbo creaturarum saluti operam dabat, modo ad servos veniens ipse mysteria conficit. Æque colatur igitur, qui æqualis est virtute ac substantia, ab iis omnibus, quibus recte sentire, divinosque honores recte peragere cordi est.

B

Δοξαζέσθω θεϊκῶς ὑπὸ τῶν συνιέναι ἠξιωμένων τῆς δόξης αὐτοῦ τὴν θεότητα. Ἰουδαῖος μὲν γὰρ τῷ τοῦ φθόνου ζόφῳ περιλυγαζόμενος, καὶ ὅστις ἄλλῳ σκότῳ ἀπιστίας τὸ βλέπειν ἀφῄρηται, ἀντὶ τοῦ θειάζειν διασύρει τὰ τελούμενα· καὶ κατειρωνεύεται τοῦ μυστηρίου, οὐ συνιεὶς ἐξ ἀπονοίας ἀθεραπεύτου τὸ παράδοξον τῶν τελουμένων· οὐδὲ τὸ ἀναιδὲς ἐμφράττων στόμα, δι' ὧν ἄνδρας ὀρᾷ μηδ' αὐτῇ πρότερον εἰδότας τῇ οἰκείᾳ γλώσσῃ χρῆσθαι, ἀθρόον ἐν ταύτῃ τὸ πρωτεῖον κατέχοντας, καὶ ταῖς ἀλλοτρίαις ὡς ἐθάσι διαλεγομένους. Ἀλλ' ἀντὶ τοῦ πρὸς πίστιν ἐθέλειν ἐπαγεῖσθαι τῷ θαύματι, πρὸς χλεύην ἀνασοβεῖται τῶν οἷς ἐμπνέων ἐνεργεῖ τὰ παράδοξα.

Divino cum cultu prosequantur, qui ejus divinitatem cognoscere meruerunt. Judæus quidem ab invidiæ caligine obrutus, et quicunque alius incredulitatis tenebris excæcatur, colendi loco, oblatrat iis quæ fiunt, et mysterium irridet, ob amentiam insanabilem mirabilia non intelligens, quæ præstantur, nec os impudens cohibens; etiamsi homines videat, nuper vix proprio sermone valentes loqui, repente non in eo tantum prima ferentes, sed in alienis etiam, tanquamdiu assueverin, disputantes: nec ad fidem a miraculo impellitur, sed potius ad eos ridendos, in quibus incredibilia conspiciuntur.

Τί λέγεις, ὦ τῇ μανίᾳ μεθύων, ὑφ' ἧς ἅπαξ ὁ λογισμὸς σκοτοδινήσας, οὐ δύναται γεγονὼς ἑαυτοῦ ἀναβῆναι, ἀλλ' ἐπὶ προλαβοῦσι πταίσμασιν ἐπισυνάπτει νεώτερα πταίσματα; Γλεῦκος οὕτω τὰ ἀμαθῆ διετράνωσε στόμα, καὶ ποταμὸν σοφίας μέθῃ πηγάζουσι; Ὦ τῆς δυσσεβοῦς ἀναισχυντίας, Ἰουδαῖε ἀνόητε· ἐπειδὴ τοῖς πάλαι προσομιλῶν θεολόγοις, μὴ οἷός τε γέγονας ἐκεῖθεν χειραγωγηθῆναι πρὸς κατανόησιν τῶν σήμερον γινομένων, φθόνῳ ἀποστεροῦμενος ἐκὼν τῆς χειραγωγίας, πρόσχες τοῖς ἄρτι θεολογοῦσι χείλεσιν ἀγραμμάτοις, καὶ μάνθανε παρ' αὐτῶν, ὅτι μὴ γλεῦκος, ὡς σὺ λῃρεῖς, ἀλλ' ἡ ἄνωθεν ἐκπνοια τὸ εὔλαλον ἀπειργάσατο. Παιδεύου νῦν καὶ ἔκων ἃ μελετῶν οὐκ αἰσθάνου ῥήματα, τὴν σήμερον τοῦ θείου Πνεύματος ἔκχυσιν πάλαι προμεμηνυκότα, τοῦ ἁλιέως σοι τὴν ἑρμηνείαν ἐξηγουμένου. Σὺ μὲν οὖν τυχὸν καθὼς τὸ πρότερον ἐκακούργου τυφλώττων γνώμῃ, οὕτω δὴ καὶ νῦν βύων τὰ ὦτα, οὐ βούλει τῶν λεγομένων ἐπαΐειν, οὐδὲ πρὸς τὴν σὴν σπένδεσθαι σωτηρίαν· ἀλλ' ὃν ἐπὶ τῷ σῷ κακῷ πόλεμον ἔχω, τοῦτον καὶ ἔτι παραχροτήσεις, καὶ πολεμήσεις

C

D

Quid loqueris, miser, eo furore percitus, quo cum semel obtenebrata mens est, restitui vix potest, sed erroribus novos in dies superaddit errores? Ita ne ora indocta vinum edocuit, et sapientiæ flumina profundit ebrietas [3]? quam scelesta est imprudentia tua, fatue Judæe! posteaquam ab antiquis theologis intelligentiam hodierni facti invidia obcæcante haurire non valuisti, theologis his quamvis illitteratis te attentum præbe, et ab illis disce, facundiam hanc non a vino, ut deliras, sed ab inspiratione cœlesti excitatam esse. Intellige nunc vel invitus, quæ meditans minime intelligebas verba, hodiernam scilicet divini Spiritus effusionem olim prænuntiatam, piscatore tibi interpretationem exhibente [4]. Tu ergo sicut antea mente obcæcatus aberrabas, ita nunc aures obstruens, quæ dicuntur, renuis audire, tuæque saluti consulere. Quin bellum, quod in perniciem tuam suscepisti, urges etiam atque etiam, et sicut adversus Jesum Deum meum, ita et adversus ejusdem naturæ Spiritum voce personas. Et cum ipsi, ad hominum salutem perficiendam de-

[3] Act. II, 13. [4] ibid. 17.

NOTÆ.

(4) *Promissionem illius.* Joan. XIV, 16. Καὶ ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν.

(5) *Prophetica labia.* Joel II, 28. *Effundam Spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filiæ vestræ.*

(6) *Magistro illitterato.* Joan. VII, 15. *Et mirabantur Judæi dicentes, quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?*

scendenti, manus injicere non liceat (semel enim oportuit pro creatura Deum in carne pati, quam injuriam Unigenitus pertulit[8]) contra discipulos, quibus se inspirat, arma sumes, et acues malitiam tuam : idque tandem præstabis, ut cum eorum, tum deicidii tui, et calamitatum inde exortarum fama per universum orbem discurrat.

ὥσπερ τῷ Ἰησοῦ καὶ Θεῷ μου, οὕτω δὴ καὶ τῷ συμφυεῖ αὐτοῦ Πνεύματι. Καὶ ἐπεὶ μὴ κατ' ἐκείνου χεῖρας ἐπιβαλεῖν οἷός τε εἶ, τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν καταπτάντος ἐργάσασθαι (ἅπαξ γὰρ ἔδει παθεῖν ἐν σαρκὶ Θεὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ πλάσματος σωτηρίας, καὶ τὴν παροινίαν ὑπήνεγκεν ὁ Μονογενὴς) κατὰ τῶν οἷς ἐπιπνεῖμαθητῶν ὁπλιζόμενος, τὴν σὴν δείξεις ἠκονημένην πονηρίαν. Ἀνύσεις δὲ τοσοῦτον, ὅσον σοῦ μὲν τὴν θεομαχίαν, καὶ τὰς ἐκ ταύτης σα περιστησομένας συμφορὰς, τῶν δὲ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξάκουστον γενέσθαι τὸν φθόγγον.

O perfidia insanabilis, ob quam tamen ad sanandas gentes illi opportune sparguntur! gentes scilicet sermonem eorum sapientiam intelligent, et dulces fidei latices inde ebibent, infidelitatis amaritudinem depellentes. Ab illis Deus et Pater honorari gaudebit et coli, quia Filium suum dilectum, et Spiritum suum bonum una recolent, gloriamque retribuet; te quidem, avitosque cultus abjiciens, illorum vero suscipiens, qui Spiritui sancto famulentur in igneis linguis hodie descendenti. Oportet enim tum linguæ tuæ pruriginem, tum accensum aliorum scelerum flamma mundum, ab ignea voce cohiberi, quæ ab igneis linguis prodibit. At Judæi profecto delirent, simulque quicunque ad ipsos accedentes manifestam Spiritus sancti gratiam non vident. Nos vero divina ejus luce illustrati, et eorum visu aperte fruentes, secundum quæ benigniter inter nos commoratur, veneremur sicuti Deum decet. Ita colimus, ut edocti sumus, ita honoramus, ut jussi sumus. Cum Patre, et Filio coordinatum Spiritum, et coadorandum probe agnoscimus, ab æterno coexsistentem, non de novo illi ordini succedentem, non potestate diversum, non alienum natura, nullo ex iis carentem (7), quæ Patri et Filio communia scimus, ejusdem sedis, ejusdem gloriæ, ejusdem operationis, ejusdem imperii compotem.

Ὢ τῆς σῆς ἀθεραπεύτου κακίας, καλῶς αὐτοὺς ἐπὶ τὴν τῶν ἐθνῶν συνάθροισιν διασπειρούσης· ἃ τῶν σωφρονούντων ἀληθῶς στομάτων εἴσεται τὴν σοφίαν, καὶ τὸ ἐκεῖθεν ἡδὺ τῆς πίστεως πίεται νᾶμα, τὸ πικρὸν τῆς ἁλμυρᾶς ἀπιστίας ἀποκλυσάμενα. Ὑφ' ὧν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ ἐν τῷ τιμᾶσθαι μὲν τὸν ἀγαπητὸν αὐτοῦ Υἱὸν, τιμᾶσθαι δὲ καὶ τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ Πνεῦμα, ἡσθήσεται τιμώμενός τε καὶ λατρευόμενος, καὶ πρὸς ἑαυτῶν οἰκειῶν ἀντιδοξάσει, σὲ μὲν καὶ τὰς σὰς ἀπωθούμενος λατρείας, αὐτῶν δὲ τῇ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι θεραπευόμενος λατρείᾳ, τῷ σήμερον ἐν πυρίναις γλώσσαις καταφοιτήσαντι. Δεῖ γὰρ ὁμοῦ μὲν τὴν σὴν γλωσσαλγίαν, ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν φλόγα τῆς ἄλλης ἀσεβείας κατανεμομένην τὸν κόσμον, πυρίνῃ διακοπῆναι φωνῇ, ἣ τῶν γλωσσῶν ἀπηχηθήσεται τοῦ πυρός. Ἀλλ' Ἰουδαῖος μὲν ληρείτω, καὶ εἴ τις ἐκείνῳ παραπλησίως οὐχ ὁρᾷ τὴν ἐναργῶς ὁρωμένην χάριν τοῦ Πνεύματος. Ἡμεῖς δὲ οἱ τῷ θείῳ αὐτοῦ περιλαμφθέντες φωτὶ, καὶ δι' ὧν φιλανθρώπως τὴν ἐν ἡμῖν ποιεῖται ἐνοίκησιν, τῆς ἐμφανείας τρανῶς ἀπολαύοντες, θεοπρεπῶς καὶ τιμήσωμεν· οὕτω δοξάζομεν, ὡς ἐδιδάχθημεν· οὕτω τιμῶμεν, ὡς προστετάγμεθα, Πατρὶ καὶ Υἱῷ συντεταγμένον εἰδότες καὶ συμπροσκυνούμενον· ἐξ ἀϊδίου συνὸν, οὐχὶ νεώτερον εἰς τὴν σύνταξιν προελθόν. Οὐ κεχωρισμένον τῆς ἐξουσίας, οὐκ ἀλλοτριωμένον τῆς συμφυΐας, οὐκ ἀπόκληρον τῶν ὅσα κοινῇ Πατρὸς γνωρίζεται καὶ Υἱοῦ, ὁμόθρονον, ὁμόδοξον ὄν, συνδημιουργοῦν, συμβασιλεῦον.

Nulla audax lingua in supremum, et operatorem Spiritum feratur, ea de illo proferens, quæ nefas est proferre. A divino quidem Verbo omnium Creatore *cœli firmati sunt*[6], sed, Spiritum quoque virtutis eorum constructorem fuisse, edocti sumus. *Nemo novit Patrem, nisi Filius*[7] : verum ea scientia Spiritus non destituitur; *scrutatur enim profunda Dei*[8]. Remissionem peccatorum Filius impertitur, at eadem potestate Spiritus pollet : servos nobilitat dignitate adoptionis[9]; confundantur qui in servitu-

Μήτις γλῶσσα τολμηρὰ κατὰ τοῦ βασιλεύοντος καὶ δημιουργοῦ Πνεύματος, πρὸς ἃ μὴ θέμις ἐκείνου λέγειν παρακεκινείσθω· τῷ πάντα κτίσαντι θείῳ Λόγῳ *ἐστερεώθησαν οἱ οὐρανοί*, ἀλλὰ καὶ τὸ Πνεῦμα συνεργὸν εἶναι τῆς δυνάμεως αὐτῶν πεπαιδεύμεθα. *Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς*, ἀλλ' οὐκ ἀπολείπεται ταύτης καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς γνώσεως· *ἐρευνᾷ γὰρ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ*. Δίδωσιν ἄφεσιν ἁμαρτημάτων ὁ Υἱὸς, τῆς αὐτῆς ἐξουσίας τὸ Πνεῦμα. Ἐξευγενίζει τοὺς δούλους τῷ τῆς υἱοθεσίας

[8] Luc. xxiv, 46. [6] Psal. xxxii, 6. [7] Matth. xi, 27. [8] I Cor. ii, 10. [9] Rom. viii, 15.

NOTÆ.

(7) *Non iis omnibus carens.* Ecce principium misere detortum, et perperam a schismaticis intellectum. Dicunt enim : Quodcunque Patri et Filio commune est, et Spiritui sancto est commune : propterea ubi non Pater tantum, sed etiam Filius activa processione polleret, nec Spiritus sanctus careret; tum vero sicut a Patre, et a Filio, ita a se ipso quoque procederet, sive originem sumeret. At quis nesciat, principium illud non esse generatim accipiendum, nisi de operationibus ad extra, velut creatione? Nam cum de internis agitur, solum de communibus attributis velut potentia, et aliis statuitur, deque his intelligendi sunt Patres. Hoc quidem vel ex eo satis patet, quod Scriptura doceat, Patris, et Filii Spiritum esse, non autem sui ipsius; itidem a Patre et a Filio Spiritum mitti, nunquam autem a se ipso. Quid manifestius?

ἀξιώματι. Αἰσχυνέσθωσαν οἱ πρὸς δουλείαν τὸ δι' οὗ ἡ ἐλευθερία καταβιβάζοντες· οἱ οὐ πεφρίκασι μετὰ τῶν κτισμάτων συναριθμεῖν τὸ τῆς κτίσεως αἴτιον. Ὦ τῆς φρενοβλαβείας! Οὐ συνίασιν οἱ πνευματομάχοι ἑαυτοῖς πολεμοῦντες. Καθ' ἑαυτῶν ἀκονοῦσι τὰς γλώσσας, καὶ οὐκ αἰσθάνονται. Εἰ κτίσμα τὸ Πνεῦμα, ὦ σκαιὸν κτίσμα, πῶς ἐλευθερίαν χαρίζεται; Εἰ μὴ Θεός, πῶς θείκης χάριτος μεταδίδωσιν; Εἰ μὴ βασιλεύει, πῶς ἂν κληρονόμους βασιλείας ἐργάσαιτο; Εἰ μὴ συμφυὲς, πῶς δι' αὐτοῦ σύμφυτοι θεοῦ καθιστάμεθα; τί βιάζῃ τοῦ ἤδη καταλυθέντος τυράννου, τοῦ ἀποστάτου, φημὶ, δαίμονος, βιαιότερος ἀναπεφάνθαι τύραννος, μετ' ἀφθαρσίαν πάλιν ἐγχειρίζων φθορᾷ τὸ πλάσμα; Οὐ γὰρ δὴ τὰ κτίσματα ὑπὸ κτίσματος ἀφθαρτίζεται. Εἴπερ οὖν δοῦλον τὸ Πνεῦμα, ἅτε τὸ πλάσμα δεδούλωται τῇ φθορᾷ, κἂν ὑπὲρ ἡμῶν τοσοῦτον ἐδόθη ἀντίλυτρον. Ὁ μὲν γὰρ Υἱὸς ὡς ὁμοδύναμον καὶ συνεργὸν εἰς τὴν ἀνάπλασιν παραλαμβάνει, σὺν αὐτῷ τε καὶ τῷ Γεννήτορι καταρτιζόμενον ἡμῖν τὴν ἀναστοιχείωσιν. Εἰ δὲ μετὰ τῶν κτισμάτων ἠρίθμηται, οὐκ ἔστιν ὅπως ἐκεῖνο ἐνεργήσῃ τὸ δι' ὃ παραλαμβάνεται. Οὐ γὰρ δὴ φαίης, ὅτιπερ οὐδὲν κωλύει καὶ κτίσμα ὑπολαμβάνειν τὸ Πνεῦμα, καὶ παρ' αὐτοῦ ἡμᾶς ἠλευθερῶσθαι. Πρῶτον μὲν γὰρ εἰ τὸ διεφθορὸς ἀνεπλάττετο διὰ κτίσματος, τίνος ἕνεκεν ὁ Κτίστης οὕτω φιλοτίμως ἐπὶ τὸ πρᾶγμα χωρεῖ, καὶ τοσαύτην ἐπιδείκνυται τὴν προαίρεσιν εἰς ἔργον, ὃ δυνατὸν ἦν καὶ κτίσματι ἐποχρωμένῳ διακόνῳ τελεῖν; Τί δὲ μήτραν οἰκεῖ, καὶ σπαργάνοις ἐλίσσεται, καὶ κατὰ βραχὺ ὁ πλήρης λαμβάνει τὸ πλῆρες τῆς ἐμῆς ἀναπλάσεως; τί δὲ σταυρὸς πήγνυται, καὶ φονώντων χεῖρες τολμῶσιν ἀτόλμητα, καὶ ὁ ὑπὲρ ἄνω τῶν οὐρανῶν κρύπτεται γῇ, ἐν χωρίῳ φθορᾶς ξενιζόμενος; τί; Οὐ γὰρ ἦν ἑτέρως βοηθῆσαι τῷ πλάσματι, οὐδ' ἦν εἰς τοσαύτην εὐεργεσίαν δοῦλον παραστῆσαι, οὐδὲ δι' ἐκείνου τῆς φθορᾶς ἀπαλλάττειν, οὐδὲ παρὰ κτίσματος τοσοῦτον δῶρον λαμβάνειν, ἀλλὰ μόνου Θεοῦ. Ὡς ἐπειδὴ σπλάγχνοις οἰκτιρμῶν παρακέκλητο, καὶ πόνων ἀπαλλάττειν κεκρίκει τὸν ἀπηγορευκότα τῇ κακώσει, ἐπεὶ μὴ δυνατὸν ἦν ἄλλως εἰς ἔργον ἐκβαίνειν τὰ κεκριμένα, πρὸς ἐκπλήρωσιν ὧν παρεκάλεσεν ἑαυτὸν ἐχορήγησε. Πῶς οὖν, ὅς, ὅτι μὴ δυνατὸν ἦν κτιστῇ φύσει τῷ τῆς ἀναπλάσεως ἔργῳ διακονεῖν, διὰ τοῦτο αὐτὸς διακονήσας, εἰ μετὰ τῶν κτισμάτων τὸ Πνεῦμα συντέτακται, συνεργὸν αὐτὸ εἰς τὴν τοῦ φθαρέντος ἀνάπλασιν παραλαμβάνει; Ἔπειτα δὲ τίς ὁ τρόπος ἑτέρῳ μὲν ἡμᾶς ἡμαρτηκέναι, λαμβάνειν δὲ παρ' ἐκείνου τὴν τοῦ πταίσματος ἄφεσιν, ὥγε μηδὲν ἦμεν ὑπεύθυνοι; οὐ γὰρ αὐτοῦ δεδομένην οὐ τετηρηκὼς ἐντολήν. Τί οὖν ἐμὲ τοῦ χρέους ἀπολύει φύσις κτιστὴ, ἧς ὑπόχρεως οὐ γεγένημαι;

tem conantur Spiritum dejicere, ex quo libertas est[10]. Non exhorrescunt isti connumerare inter creaturas creationis auctorem : proh dementiam! Pneumaticidæ in se ipsos belligerant, nec intelligunt; in se ipsos linguas acuunt, nec agnoscunt. Si enim, o sceleste, Spiritus creatura est, quomodo libertatem largitur? si Deus non est, quomodo divinam gratiam impertit? si non regnat, quomodo regni hæredes nos constituit? si ejusdem naturæ non est, quomodo per ipsum Dei congeneres constituimur (8)? Quis te adigit, ut tyrannum ipsum jam prostratum, rebellem, dæmonem dico, violentia ac perversitate exsuperes? post incorruptionem scilicet acquisitam, creaturam rursus corruptioni tradis, cum ab ea per creatam virtutem eximi nullo modo possit. Si ergo Spiritus servus est, factura iterum corruptioni traditur, etiamsi tanto pretio redempta. Filius enim ut potentiæ ejusdem cooperans, in refusione assumitur, cum Patre, et cum Spiritu renovationem nostram effecturus. Qui vero cum creaturis computatur, id, propter quod assumitur, præstare non potest. Non enim dices nihil prohibere, quin Spiritum creaturam putemus, quamvis ab ipso liberemur. Primum enim si corruptum per creaturam (9) refici poterat, cur Creator tam avide opus suscipit, tantoque studio in id incumbit, quod a creatura peragi poterat? Cur uterum subit, et fasciis involvitur, et qui omnia perficit, perfectionem corporis nostri paulatim assequitur? quare crux compingitur, et carnificum manus ad infanda prosiliunt, terraque conditur, in corruptionis regione hospitans, qui cœlorum altitudini imminet? quare hæc omnia? nisi quia creaturis aliter subveniri non poterat, nec in tantum opus servus assumi; nec servi erat a corruptione eximere, tantumque munus præstare, sed solius Dei. Qui postquam misericordia tactus fatigatos homines malis tandem eripere statuit, cum aliter præstari id nequiret, se ipsum in opus tradidit. Quomodo igitur, si Spiritus inter creaturas ponitur, ad naturæ labefactatæ instaurationem ille sibi Spiritum associavit, qui redemptionem, cum nihil ad eam natura creata conferre posset, ipse perfecit? Deinde quænam hæc ratio esset, ut in unum peccassemus, et ab alio injuriæ non participe peccati remissionem obtineremus? Non enim in creaturam peccavit homo, sed in Deum, ejus præceptum infringens. Cur ergo me a debito natura eximat creata, cui debitor nunquam fui?

[10] II Cor. III, 17.

NOTÆ.

(8) *Dei congeneres constituimur?* Σύμφυτοι. Vulgata *complantati.* Rom. VI, 5.

(9) *Si corruptum per creaturam.* Ut quod indubium, et manifestum est, demonstret, obscuris utitur, et minime ratis : poterat siquidem homo, quamvis imperfecte, satisfacere, nisi altiori compensatione sibi satisfieri Deo placuisset : *Deus enim per suam omnipotentem virtutem poterat humanam naturam multis aliis modis reparare.* D. Thomas III, quæst. 1, art. 2.

Vos igitur, qui de sancta Triade tam inique cogitatis, et vobis ipsis tam male consulitis, nolite Spiritum gloria sua fraudare, vel æqualitate cum Patre, et Filio, eumque ordini creaturarum accensere. Dignitatis suæ magnitudinem vereamini si non propter alias vultis causas ob illud saltem, quod Verbum ipsum consubstantiale de eo testimonium protulit. *Euntes*, dixit illis, quibus, cum ad Patrem ascenderet, ministerium tradidit, *euntes docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*[11]. Qui servus est, dominantem gradum participare non potest; non ergo ut servus, sed ut condominans in eum ordinem Spiritus assumitur: tanquam collega ad instaurationem creaturæ adhibetur, tanquam divinæ gloriæ suæ, non alterius cujusdam, communionem largitur, a qua, si impios quosdam audias, abest ipse. Tanquam optimus bonitatem germinat, tanquam sanctissimus sanctitatem effundit, tanquam creator creata sanctificat. Minime ergo per creationem exstitit. Nihil enim, quod creatum sit, similiter creatis sanctificationem potest tribuere; qui enim fieret, ut daret, quod non possidet, et quo creatum omne æqualiter caret?

A Μηδαμῶς οὖν, ὦ ἀδίκως μὲν περὶ Τριάδος λογιζόμενοι, ἐπισφαλῶς δὲ τὰ οἰκεῖα διατιθέντες, τῆς οἰκείας δόξης ἀποστερεῖτε τὸ Πνεῦμα· μηδὲ τῆς θείκης Πατρὸς καὶ Υἱοῦ διιστῶντες ἰσοτιμίας, τῇ τῶν κτισμάτων τάξει καταμιγνύητε. Δυσωπήθητε τὸ μεγαλεῖον τοῦ ἀξιώματος, εἰ μήγε ἐκ τῶν ἄλλων βούλησθε, ἀλλ' ἐξ ἧς ὁ συγγενὴς Λόγος διὰ μαρτυρίας προφέρεται. *Πορευθέντες*, φησὶν, οἷς, ἀναληφθεὶς πρὸς τὸν Πατέρα, τὴν διακονίαν παρέθετο, *μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος*. Οὐ δύναται δεσποτικῆς συντάξεως τὸ δοῦλον μεταλαγχάνειν. Ὡς συνδέσποτον οὖν, ἀλλ' οὐχ ὡς δοῦλον εἰς τὴν σύνταξιν παραλαμβάνεται· ὡς συνδημιουργὸν τὴν ἀνάπλασιν τοῦ δημιουργήματος συνεργάζεται· ὡς Θεὸς τῆς ἑαυτοῦ θείας δόξης, κοινωνίαν χαρίζεται, ἀλλ' οὐχ ἑτέρου ποθὲν δόξης, ἧς κατὰ τὸν δυσσεβῆ λόγον ὑπάρχει ἀλλότριον. Ὡς ὑπεράγαθον βρύει τὴν ἀγαθότητα, ὡς ὑπεράγιον πηγάζει τὴν ἁγιότητα, ὡς κτίσαν ἁγιάζει τὰ κτίσματα. Οὐμενοῦν ὡς διὰ κτίσεως εἰς ὕπαρξιν παριόν. Οὐδὲν γὰρ τῶν κτισμάτων τοῖς μετέχουσιν ὁμοτίμου κτίσεως ἁγιασμοῦ μεταδίδωσιν· πῶς γὰρ ἐκείνου ποιήσεται τὴν μετάδοσιν, ὃ μὴ παρ' ἑαυτοῦ κέκτηται, καὶ οὗ παραπλησίως ἅπαν κτιστὸν ἐπιδέεται;

B

Φέρε δὴ ἡμεῖς ὁ κάτω κόσμος, ὧν ἀπάρασα οὐ συνακῆρε τὴν εὐεργεσίαν, ἀφ' ὑψους δὲ περιέπει τῆς προστασίας τῇ πτέρυγι, τὰ ἡμῖν ἐπιβάλλοντα συντελῶμεν, καὶ τὴν μετάθεσιν τῆς Παρθένου τιμῶμεν· καὶ πρὸς τὰ ὑπερκόσμια χωρούσης αὐτῆς προπομπεύωμεν, ὡς οἷόν ἐστιν ὑπερκοσμίως· καὶ τῆς βαρυνούσης, καὶ κατασπώσης ὕλης, ἐφ' ὅσον αἴρει τὸ πνεῦμα, μετατιθέμενοι, καὶ τοῖς ἀΰλοις συνεπαιρόμενοι. Τίσιν οὖν πομπικαῖς εὐφημίαις χρησώμεθα; Καὶ πῶς κατὰ τρόπον προσενεχθήσεται ἡ τιμή; Ἢ καλῶμεν ἐκ τῶν ὑψίστων κορυφαίους, καὶ μάλιστα τὸν τῆς τιμωμένης βασιλέα προπάτορα· καὶ παρ' αὐτῶν πυθόμενοι, οἷς οὗτοι καταρτίζουσι τὴν ἱερολογίαν, κατὰ τρόπον ἐκείνων ἀποδῶμεν τὸν ἔπαινον; Οἶμαι δὴ αὐτοὺς, οἷς πρόσθεν ἀνύμνουν, τούτοις καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ὑμνοῦντας προσάγειν τὴν εὐφημίαν· ἐπεὶ μηδ' ἦν ἐκ τῶν ἡμετέρων τὰ τότε ἠχούμενα, κἂν ἐν τοῖς ἡμετέροις ἐκρούετο· ἀλλ' οὐρανόθεν ὑπῆχουν οἱ ᾄδοντες. Εἰκὸς οὖν καὶ σήμερον αὐτοὺς ἐκείναις ταῖς προλαβούσαις φθογγαῖς, ἅτε δὴ οὐρανίαις τὴν Θεομήτορα τιμᾷν παραγενομένην ἐν οὐρανοῖς, ἃς καὶ ἡμῖν παραληπτέον. Ἔξεστι γὰρ, καὶ οὐδεὶς κίνδυνος εἰς τὴν αὐτὴν χρείαν ταύτας παραλαμβάνειν. Ἀλλὰ μικρὸν ὁ λόγος παῤῥησιάζεσθω, καὶ μὴ μόνον τοῦτο, τὴν εὐφημίαν, καθάπερ οὐδὲν ἄλλο θαῤῥεῖν, ἐπόμενος πληρούτω, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ προσιὼν τῇ εὐφημουμένῃ προσομιλείτω.

Age et nos mundus inferior, a quibus, quamvis discesserit, haud tamen beneficentiam abstulit ; quin ab alto, sui patrocinii alis fovet; quod nostri muneris est, præstemus, ac Virginis translationem honore prosequamur : cœlorumque sublimia transcendentem, pro virili nostra , quantoque ornatu possumus, deducamus, atque a gravi ac detrahente materia, quantum attollit spiritus, translati, cum spiritibus cœlitibus in altum subvehamur. Quibus B autem acclamationibus triumphum prosequemur, quave ratione honorem debitum offeremus? An ex altissima cœlorum regione coryphæos advocabimus, ac maxime illius, quæ in laudis argumentum proponitur, avum Regem ? atque ubi ab eis audierimus, quibus ipsi modis elogia concinnent aptentque, illorum nos more laudum præconia reddemus ? Arbitror equidem ipsos, quibus prius celebrabant, iisdem encomiorum generibus, etiamnum uti : nam neque nostratia erant, quæ tunc personabant , tametsi inter nostrates psallerentur : sed ii, cœlitus instincti ac impulsi canebant. Fas itaque est, ac rationi consentaneum, ut iidem hodierna luce, pristinis illis laudum concentibus, ceu cœlestibus, Dei Matris in cœlos adventum honorent : quos et nobis usurpari oportet. Licet enim, nec ullum est periculum C ut ejusmodi usurpemus laudes. Verum oratio paululum sit liberior ; nec solum faustam illam acclamationem, ac si nullum aliud præconiorum exemplum sequi ausit, usurpet ; verum etiam ipsam adiens, quæ præconio celebratur, cum illa cominus agat.

Τί σοι ὁ τὰ μεγαλεῖα ποιήσας μέγας Υἱὸς, ὑπερευλογημένη σήμερον ποιεῖ; Τί γίνεται; Τί τὸ ὁρώμενον; Ἢ τὴν κιβωτόν σε τοῦ ἁγιάσματος· τὸν εὐπρεπῆ νυμφῶνα· τὸν θειότατον θρόνον εἰς τὸ θεῖον ἑαυτοῦ ἀνάκτορον μετατίθησι· τὴν ἐξ ἧς λαβὼν τὴν σαρκίνην στολὴν μετ' ἀνθρώπων ἐπολιτεύσατο, ἐν ὑψίστοις φέρει συνδιατρίβειν τῶν σαρκίνων ἀναλαμβάνων· καί σοι πάρεισι λειτουργοῦντες, πᾶσα ἡ ἐκείνῳ λειτουργοῦσα τάξις· ἀγγέλων δῆμοι· προφητῶν χορεῖαι· οἱ ὡραῖοι τοῦ σοῦ ὡραίου Παιδὸς μαθηταί· τὰ τῶν καλλινίκων μαρτύρων συστήματα· D ἅπασα παρθένος ψυχὴ, καὶ πρὸς τὴν νυμφικὴν ἀπόλεκτος παστάδα σοῦ τοῦ τῆς παρθενίας ἀγάλματος προῖασιν ἐν εὐφροσύνῃ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐχρῆν ἀνασχοῦσαν θνητῆς γεωργίας ἀκολούθως σε τῇ βλάστῃ πρὸς τὰ θεῖα συγκομισθῆναι ταμεῖα, λειτουργεῖς νόμῳ θνητῶν, καὶ ὁμιλεῖς, ὦ τοῦ ἡλίου φαεινότερα, τῷ σκυθρωπῷ προσιόντι θανάτῳ· πλὴν τῆς ἀῤῥήτου φαιδρότητος ἡ παρουσία, οὐδὲν συγχωρεῖ τῇ σκυθρωπότητι ἐνοχλεῖν· χειρῶν μὲν ἐκείνων, αἷς πάντα συνέχεται, τὴν πανάμωμον δεχομένων ψυχήν· τοῦ ἁ καθαροῦ, καὶ ἀσπίλου σώματος ἐν καθαρωτάτοις

Quid vero is, qui magna tibi magnus Filius fecit[a], o ter benedicta, tibi hodie facit ? Quidnam rerum evenit ? Quid istud quod cernimus ? Sane arcam te sanctificationis, honestissimum thalamum, divinissimum thronum in divinum suum transfert templum : eam, ex qua carne sumpta inter homines versatus est, ad sublimia cœli transfert, ex hoc mortali statu eductam ; tibique omnis ordo illi ministrantium satellitio adest : angelorum turmæ, prophetarum chori, speciosum discipulorum agmen speciosi Filii tui, insignium victorum martyrum exercitus, omnes animæ virgines, Sponsique thalamo destinata cohors, tibi, quæ virginitatis imago, vivumque simulacrum exsistas, in exsultatione obsequio præit. Quoniam enim te mortalitatis messe succisam, consequenter una cum germine in divina horrea ferri oportebat, mortalium legi obsequeris, ac cum tristi ac atra morte, tu sole illustrior, congrederis, quanquam ineffabilis claritatis præsentia, nihil mortis illam severitudinem, molestam esse sinit : cum illæ quidem manus, quibus omnia continentur, intemeratissimam susciperent animam;

[a] Luc. I, 49.

mundum autem ac immaculatum corpus, in purissima loca transferretur. Quod Deum carne indutum gestasses, Dei ipsa manibus gestaris, ubi exuisses carnem. Maternum obsequium tuo, sine Patre, Filio detuleras, cum ille mundum ingrederetur : nunc mundum ipsa egrediens, ejus vicissim obsequio foveris, omni cœlitum choro, ac tripudio præeunte, moreque supplicantium honorem habente : quemadmodum et prius, haud ita pridem ex Annæ utero in lucem suscepta, virgineo agmine, supplicantium ritu, in unum coacto honorabaris. Verum tunc, aliud quiddam erat, quod fiebat, aliaque ratione corpore præsentem, virgines corporibus amictæ stipabant, ac deducebant; apte nimirum et consentanee corpori. Nunc vero, cum excesseris corpore, virginum animæ corporeis vinculis exsolutæ, longe honorificentius deducunt.

A μεθισταμένου χωρίοις. Ὅτι ἐβάστασας Θεὸν σάρκα ἡμφιεσμένον, βαστάζῃ Θεοῦ παλάμαις ἀπαμφιασαμένη τὴν σάρκα. Προσενήνοχας δορυφορίαν μητρικὴν πρὸς κόσμον εἰσιόντι τῷ ἀπάτορί σου Υἱῷ· ἀντιδορυφορῇ κόσμου ἐξιοῦσα, πάσης τῆς περὶ αὐτὸν χοροστασίας προπορευομένης, καὶ τῇ λιτανείᾳ τιμώσης, ὥσπερ καὶ πρόσθεν ἐθίμῳ λιτανευομένη ἄρτι τῶν τῆς Ἄννης λαγόνων εἰς βίον προκύπτουσα. Ἀλλὰ τότε μὲν ἄλλο τὸ γινόμενον, καὶ ἄλλως ἐλιτάνευον παροῦσαν ἐν σώματι, μετὰ σώματος τιμῶσαι παρθένοι, καὶ τῷ καιρῷ συμβαίνοντα προπομπεύουσαι· νῦν δ' ἐκδημούσης, ἔκδημοι τῆς σαρκίνης πέδης, αἱ παρθένων ψυχαὶ, ἐντιμοτέραν ποιοῦσι τὴν προπομπήν.

Verum quid ais, o sacratissime deductionis hujus coryphæe, qui et tunc velut coguatus, quanquam longe morabaris a sæculi via, in filiæ tamen honorem pariter occurristi, ac spirituum more, cum iis qui materia constant, diem festum lætus agitabas : nunc autem maxime, illi congruentissime statui, in quo versaris, ea cernens quæ peraguntur, filiæ honorem celebras, ac gratularis, gloriamque omnium oculis expositam perspicue laudibus extollis. Haud vero jam intra carnis velum contemplans deprædicas, quod tunc in laudes effusus præstabas, propiusque contextam in fimbriis aureis [2] stolam considerans; summa tamen voluptate ob filiæ decorem perfunderis, universoque sacratissimo choro signum laudationis inchoandæ edis. An dignaberis ut et nostro choro adveniens, laudis nobis ac prædicationis modum ordinemque præscribas, adjuvesque alacritatem eorum qui filiæ tuæ, quasi munus festo competens, orationem offerre cogitant? An abnues neque adduceris, ut qui jam immortales sedes incolis, ad nos descendas, quibus istæ mortalitatis sedes obtigerunt, et quos fata his locis debita exercent? Haud enimvero recusat; adest, ac opus aggreditur, operamque suam nobiscum jungit, nihil moleste ferens, ut ejus nos vocibus ac oraculis abutamur oratione conficienda : quibus tanquam oppositissimis, capitis loco addemus verbum gaudii plenissimum, quod integerrimus ille pronubus usurpavit, sicque communi studio Virgini præconia contexemus. Dicamus igitur ei, vel potius totius chori ductor ac auspex dicat : Ave, arca, per quam Deus, reparando per te a lapsu manuum suarum figmento [3] (ob cujus ruinam intimis visceribus angebatur), ac cum ea ratione erexisset, requiescens, in suam surrexit requiem. Ave, mons pinguis [4], cujus pinguedinem videns naturæ cultor et sator, ex te omnium bonorum abundantiam nobis produxit. Ave, per quam ex mortalibus lumbis supra æternum thronum [5], æternum regnaturus Rex collocatur. Ave, quam compluens vitæ pluvia [6], universos fines terræ, cum ex lethali siccitate in

B Ἀλλὰ τί φῄς, ὦ τῆς ἱερωτάτης προπομπῆς κορυφαῖε, ὃς καὶ τότε οἷα δὴ συγγενὴς, εἰ καὶ ὁδοῦ τῆς ἐν βίῳ πόῤῥω διέτριβες, ὅμως εἰς τιμὴν συνέτρεχες τῆς θυγατρὸς, καὶ ἀΰλως συνεπανηγύριζες τοῖς ἐνύλοις. Καὶ νῦν μάλιστα οἰκείως τῆς ἐχούσης σε καταστάσεως ὁρῶν τὰ γινόμενα, συγκροτεῖς τῇ θυγατρὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν δόξαν ὁρωμένην προφανῶς ἐπαινεῖς. Ἀλλ' οὐκ ἔσωθεν αὐτὴν τοῦ παραπετάσματος σαρκὸς οὖσαν θεωρῶν ἀνυμνεῖς, ὥσπερ τότε ἐποίεις ὑμνῶν, καὶ τὴν ἐν τοῖς χρυσοῖς τῶν ἀρετῶν κροσσωτοῖς ἐξυφασμένην στολὴν ἐγγύθεν κατανοῶν, ὑπερηδύνῃ μὲν τῇ εὐπρεπείᾳ τῆς θυγατρὸς, προανακρωνεῖς δὲ τῇ ἱερωτάτῃ χορείᾳ τὸ ἐνδόσιμον. Ἆρ' ἔστιν, ὅπως καὶ ἡμῖν ἀξιώσεις παρελθὼν διατάξαι τὴν εὐφημίαν, καὶ συνεπιλήψῃ τῆς προθυμίας, βουλομένοις τῇ θυγατρὶ ὥσπερ τι δῶρον ἑόρτιον προσενηνοχέναι τὸν λόγον; Ἢ παραιτήσῃ, καὶ οὐκ ἐθέλεις αὐτὸς ταῖς ἀχηράτοις ἐνδιατρίβων λήξεσι πρὸς ἡμᾶς κατιέναι, οὓς αἱ κάτω περιφέρουσι κῆρες; Ἀλλ' οὔμενουν παραιτεῖται· πάρεστι δὲ, καὶ συμμετέχει τοῦ πράγματος, καὶ συγκατασκευάζει τὸ ἔργον, οὐδέν τι νεμεσῶν, τοῖς ἐκείνου φθέγμασιν ἀποχρωμένοις ἡμῖν, εἰς τὴν τοῦ λόγου κατασκευήν· οἷς οὖσι προσφορωτάτοις κεφαλὴν ἐπιθέντες τὴν τοῦ καλοῦ νυμφευτοῦ φωνὴν τῆς χαρᾶς, κοινῇ τῇ παρθένῳ ποιῶμεν τὸν ἔπαινον. Εἴπωμεν τοίνυν αὐτῇ· μᾶλλον δ' ὁ ταῦτα προανυμνήσας λεγέτω· Χαῖρε, ἡ κιβωτὸς, δι' ἧς ὁ Θεὸς ἐν τῷ διὰ σοῦ ἀναστῆσαι τὸ πλάσμα τοῦ πτώματος, ἐφ' ᾧ κειμένῳ τὰ τῆς στοργῆς ἐτρύχετο σπλάγχνα, κἀντεῦθεν ἀνεστηκότος ἀναπαυσάμενος, εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀνέστη ἀνάπαυσιν. Χαῖρε, τὸ ποῖον ὄρος, οὗ τὴν πιότητα κατιδὼν ὁ τῆς φύσεως γεωργὸς, ἐκ σοῦ ἡμῖν ἐγεώργησε τὴν ἀφθονέαν τῶν ἀγαθῶν. Χαῖρε, δι' ἧς ὀσφύος θνητῆς ἐπὶ τὸν αἰώνιον θρόνον αἰωνίως καθίσων, ἐνίδρυται Βασιλεύς. Χαῖρε, ἐν ᾗ ὕσας ὁ τῆς ζωῆς ὑετὸς, αὐχμῷ κινδυνεύοντα θανάτου τὰ πέρατα διεσώσατο. Χαῖρε, ὁ δεξιώτατος τόμος τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου γραφῆς (ἐπισυνήφθω γὰρ τοῖς προπατορικοῖς ἱερολογήμασι, καὶ ἃ, τῷ αὐτῷ πνεύματι χειλέων ἑτέρων ἱερολογήθη, τῇ αὐτῇ προσαναρμόζοντα χορείᾳ), δι' οὗ τετυχωμένοις ἡμῖν τῷ

[2] Psal. XLIV, 14. [3] Psal. CXXXI, 8. [4] Psal. LXVII, 16. [5] Psal. CXXXI, 11. [6] Psal. LXXI 6.

βαρεῖ τῆς δουλείας ζυγῷ, ἀναφαίρετος ἐγράφη ἐλευθερία. Χαῖρε, Ῥάβδος, ἐξ ἧς τοῦ ζωηροῦ ἄνθους τῆς εὐλογίας ἐξανθηκότος, ἡ φθοροποιὸς ἀπεφθάρη κατάρα. Χαῖρε, ἡ τὸν ἄστεκτον ἄνθρακα περισχοῦσα λαβίς, δι' οὗ τῆς ῥυπαρᾶς ἁμαρτίας, ἐν τῇ χειλέων προσψαύσει ἐκκαθαιρόμεθα. Χαῖρε, ἡ τὸν καινῶς καὶ ὑπερφυῶς γεωργηθέντα ἄρτον φέρουσα τράπεζα· οὗ τραφέντες οἱ τῇ γεωργίᾳ τῆς ἀκάνθης λιμῷ ἀπολλύμενοι, τοῦ κινδύνου διασεσώσμεθα. Χαῖρε, πύλη, ἡ μόνῳ τῷ Βασιλεῖ, εἰς τὴν εἴσοδον τῆς καθ' ἡμᾶς ἀφωρισμένη ζωοπλαστίας, τῶν κλείθρων σοι τῆς σεπτῆς παρθενίας ἀκινήτων μεμενηκότων. Χαῖρε, πλάτιον, ἐξ οὗ ἐν ταπεινῷ σχήματι προεληλυθὼς ὁ Βασιλεὺς, καὶ τὸν ἀνῃρημένον τὸ καθ' ἡμῶν κράτος θάνατον ἀνελὼν, τὸ τῆς ἐκείνου τυραννίδος ὀδυνηρὸν, καὶ ἐπίκονον, εἰς ἀνάπαυσιν ἡμειψεν· ᾗ καὶ αὐτῇ σήμερον προσομιλοῦσα, πρὸς τὴν διὰ σοῦ κεχορηγημένην διαβαίνεις ἀθανασίαν.

A periculum venissent, incolumes servavit. Ave, elegantissimus Dei Verbi scripturæ tomus [7] (addamus enim avitis, ac Davidicis elogiis alia, eodem spiritu a prophetis aliis fusa ac decantata, nec a præsenti choro aliena) per quem, cum gravi servitutis jugo tereremur, inviolabilis nobis libertas scripta est. Ave, Virga, ex qua, cum tanquam vitalis flos, benedictio efflоruisset [8], mox maledictio, interitus effectrix, interiit [9]. Ave, forceps, carbonem illum importabilem complexa, quo a peccati sordibus, labiorum contactu emundamur. Ave, mensa, quæ panem illum novo ac naturæ inaudito modo confectum gestas; quo sustentati, qui spinarum messe proventuque, fame enecabamur, ex tanto discrimine evasimus. Ave, porta, quæ soli Regi ingressuro ad nobis similem induendum naturam destinata es [10], claustris venerandæ tuæ virginitatis immotis. Ave, palatium, ex quo humili habitu progressus Rex, erectam contra nos mortis potentiam sustulit : durissimamque ipsius ac molestissimam tyrannidem, in requiem commutavit : ad quam tu quoque hodierna die recepta, ad immortalitatem per te mundo concessam, proveheris.

B

Πολλαὶ θυγατέρες ἐποίησαν δύναμιν (προσκείσθω καὶ τοῦτο τοῖς ἐγκωμίοις τὸ μέρος, ἐπείπερ οὐδαμῇ ἐτέρωθι συμβαίνει τῶν ῥημάτων τὸ ἀληθὲς), *πολλαὶ ἐκτήσαντο πλοῦτον*· κρατεῖ δ' ἁπάντων, ἡ παρὰ πάντας ὑπερδεδοξασμένη. Οὔκουν ἐν τῷ κάλλει αὐτῆς ψευδομένη ἀρέσκεια. Διὰ τοῦτο καταστὰς εἰς ἀρέσκειαν αὐτῆς ὁ Θεὸς, ἐκ πασῶν γενεῶν μητέρα ἐκλέγεται· καὶ τῶν ἐκείνης αἱμάτων μορφοποιούμενος, εἰς τὸ ἀρχαῖον τὴν διαῤῥυεῖσαν τοῦ πλάσματος ἀνακαινίζει μορφήν. Τῷ ὄντι μόνη ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη, ἡ μόνη τῇ προμήτορι, καὶ τοῖς ἐξ αὐτῆς βοηθήσασα· τῇ μὲν, οἷς διπλῆν οὖσαν τὴν κατήφειαν, ἑαυτῇ, καὶ τοῖς τέκνοις λυμηναμένῃ, διελύσατο· τοῖς δὲ δι' ὧν τούς τε κατόχους ὄντας τῷ κακῷ, ἀπελυτρώσατο· καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα οὐκ εἶασε κατασχεθῆναι τῇ συμφορᾷ· οὐκ ἔτι κεχωρηκυίας ἐπὶ τὸ πρόσθεν τῆς πρώην τὸ πλάσμα καταμομένης ἀρᾶς· ἀλλ' εἰς ἀνάῤῥουν στραφέντος τοῦ κακοῦ ῥεύματος, ἐπιστάσης τῆς εὐλογημένης· οὐδ' ἔτι κρατουμένων ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἀφύκτοις τοῦ θανάτου λίνοις, ἀλλὰ χρωμένων αὐτῷ διαβατηρίῳ πρὸς τὴν ζωὴν, τοῦτο δὴ τὸ ἐπὶ τῇ εὐλογημένῃ ἀρτίως πανηγυριζόμενον· ἦν διὰ θανάτου πρὸς ἑαυτὸν διαβιβάζων ὁ Βασιλεὺς, καὶ Υἱὸς, τῆς ἰδίας δόξης τῇ μετοχῇ, παρὰ πᾶσαν κτίσιν ἐνδοξοτέραν δεικνύει· ἀντισηκῶν οὕτω τὴν ἐξ αὐτῆς μετοχὴν, ᾗ παραπλησίως ἡμῖν ἐμορφώθη, ὁ τοῦ Πατρὸς ἀναλλοίωτος χαρακτὴρ· σαρκὸς καὶ αἵματος ἡμῖν παραπλησίως μετεσχηκώς· καὶ μητρικῆς θεραπείας, τῇ πρὸς αὐτὸν παῤῥησίᾳ, καὶ τῇ ἐγγύτητι ἀντιθεραπεύων· δι' ἣν, ὡς μὴ ῥαγεῖσα κόσμου, μηδ' ἀφ' ἡμῶν μακρυνθεῖσα, οὐκ ἐζημίωσε τὸν κόσμον τῆς ἰδίας ὁμιλίας· ἀλλ' ὧν ἐπ' ὠφελείᾳ κοινῇ τῆς εἰς βίον εἰσόδου μετέλαχε, τούτων, καὶ παροδεύσασα, κοινὴν ἐργάζεται διηνεκῶς τὴν ὠφέλειαν. Συνδιατρίβει καὶ ἔτι περινοστοῦσα, τοῖς κάτω· μᾶλλον δὲ νῦν πανταχοῦ φθάνει ὁ ἔμψυ-

Multæ filiæ fecerunt virtutem (addatur et hoc reliquis encomiis, quandoquidem nusquam alibi ejus veritas constat) *multæ acquisierunt divitias* [11] : at major omnibus est, quæ apud omnes celebratur. Haudquaquam fallax ejus pulchritudinis gratia : quamobrem Deus, ejus specie ac pulchritudine captus, ex omnibus unam hanc sibi matrem delegit; exque ejus sanguinibus humanam assumens formam, figmenti formam quæ difluxerat, in pristinum statum instaurat. Vere sola in mulieribus benedicta, quæ sola primæ parenti, ejusque posteris opem tulit : illi quidem, qua duplicem calamitatem, cujus illa sibi ac filiis auctrix fuerat, exsolvit : hos vero, qua a malis, quibus obnoxii tenebantur, redemit; nec est passa ut posteri, in eadem mala denuo incurrerent, ut nimirum maledictio, secundum eum cursum, quo humanum depascebatur genus, haud ultra procedat : sed retro actus sit, ac conversus mali impetus, ejus præsentia, quæ benedicta exsistit, ut nec amplius homines inevitabilibus mortis casibus teneantur, sed utantur ea tanquam transitu ad vitam; hoc plane, quod in benedictæ hisce solemniis, festive recolimus : quam Rex Filiusque, mortis interventu ad se traducens, qua propriæ gloriæ facit participem, majori supra creata omnia, gloria auget : ea ratione vicem rependens ejus ex ipsa participationis, qua Patris immutabilis character, similem nobis formam accepit : more nostro, effectus particeps carnis et sanguinis, proque materna ipsa impensa cura, agendi libertate apud ipsum donatam, sibi proximam locans, quo munere, tanquam minime a mundo abscissa aut nobis subducta, nihil mundus ejus ergo consuetudinis jacturæ fecit : nam quibus ut prodesset in hunc mundum venit, iisdem jam quoque in cœlum translata, conducibilia pro-

C

D

[7] Isa. VIII. 1. [8] Num. XVII, 8. [9] Isa. VI, 6. [10] Ezech. XLIV, 1. [11] Prov. XXX, 29.

faciant, vel hoc Patri eripiant? Si enim Spiritus (16) ex Filio esset, cur non et ex se ipso esset, cum omne, quod Patris et Filii est, Spiritus etiam sit? Sed ulterius id etiam consequitur, non solum non esse ex Filio, verum etiam neque ex Patre. Qui enim ex se ipso habet esse, quanam alia indiget causa? Rursus si æquipotens (17) Spiritus est, quomodo et Filius ex eo non est, sicut is est ex Filio? aut enim non ejusdem virtutis est, utpote accipiens, et non dans, aut si vere est, necesse est, ut Filius etiam aliquid habeat ex Spiritu, sicuti Spiritui aliquid ipse dat. Cur autem hoc (18) tantum Spiritui aufertis, nempe quod ex se ipso sit, non auferentes alia, quæ Filio insunt, et Patri? Nam vel alia quoque ipsi adimenda sunt, ut blasphemia magis pateat, vel neque id adimendum, quod ex se ipso sit. Quænam enim hæc de uno tantum privatio? Deinde Spiritus (19) ex Patre et Filio procedens, et a persona Patris per proprietatem suam distinctus, quomodo minor non erit Filio, cum hic esse habeat a Patre, ille vero, alia causa superaddita, etiam a Filio? Quod si quæcumque Filius habet, a Patre accipit, ab eo etiam accipiet, quod ex ipso procedat Spiritus. Cur ergo dandum est Filio, quod ex ipso procedat Spiritus, Spiritui vero neque illud dandum, ut ex se ipso procedat, neque illud, ut generationis Filii particeps sit? Rursus si major (20) est Pater, quia Filii causa est, major erit et Filius, cum causa Spiritus sit. Patet ergo, Spiritus personam imminui, Filio quidem in unam causam relato, Spiritu vero in duas. Quod si ex hoc major Spiritu statuitur Filius, major etiam in sanctum Spiritum, quam in Filium, blasphemia censenda est. Hoc enim ipsum Servator noster docuit, nempe blasphemiam in Spiritum sanctum neque in hoc sæculo remitti, neque in futuro [15].

προβολῆς, ἢ ἵνα καὶ τὸν Πατέρα τοῦτο ἀφαιρήσωνται; Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, πῶς οὐκ ἂν εἴη καὶ ἐξ ἑαυτοῦ, ἐπειδὴ πᾶν ὅπερ ἐστὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, τοῦτο καὶ Πνεύματος; Εἶτα τί; Συμβαίνει μὴ μόνον μὴ εἶναι ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀλλὰ μηδὲ ἐκ τοῦ Πατρός. Ὃ γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι, τούτῳ τί δέοι ἑτέρωθεν αἰτίας; Ἔτι εἰ ὁμοδύναμον τὸ Πνεῦμα, πῶς οὐχὶ καὶ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα; Ἢ γὰρ οὐχ ὁμοδύναμον αὐτῷ, λαμβάνον, οὐ διδοῦν, ἢ εἴπερ ὁμοδύναμον, ἔξοι τι καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος, ὥσπερ τῷ Πνεύματι δίδωσιν αὐτός. Πῶς δὲ καὶ τούτου μόνου στερεῖτε τὸ Πνεῦμα τοῦ εἶναι ἐξ ἑαυτοῦ, μηδὲν τῶν ἄλλων ἀφαιρούμενοι, ἃ Πατρὶ πρόσεστι καὶ Υἱῷ; Ἢ γὰρ καὶ ἑτέρων στερεῖτ' ἄν, ἵνα ᾖ περιφανεστέρα ἡ ὕβρις, ἢ εἰ μὴ ἄλλων, μηδὲ τοῦ εἶναι ἐξ ἑαυτοῦ. Τίς γὰρ ἐπὶ μόνου τούτου ἡ ἀποκλήρωσις; Εἶτα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα προϊόν, καὶ προσθήκῃ ἰδιότητος τῆς Πατρικῆς ὑποστάσεως διακρινόμενον, πῶς οὐκ ἔλαττον συμφυΐας καὶ οἰκειότητος τοῦ Υἱοῦ ἕξει πρὸς τὸν Πατέρα, εἴπερ ὁ μὲν Υἱὸς ἐκ Πατρὸς ἔχει τὸ εἶναι, τῷ δὲ καὶ τοῦ Υἱοῦ αἰτίου προστίθεται; Εἰ δὲ καὶ πάντα ὅσα ἔχει ὁ Υἱὸς, ἐκ τοῦ Πατρὸς λαμβάνει, ἐκεῖθεν ἂν εἴη καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι. Τίς οὖν ἡ φιλοτιμία, δοῦναι μὲν Υἱῷ ἐκείνου προϊέναι τὸ Πνεῦμα, τῷ Πνεύματι δὲ μὴ δοῦναι, μήτε τὴν ἑαυτοῦ ἐκπόρευσιν, μήτε μὴν τῆς τοῦ Υἱοῦ μετέχειν γεννήσεως; Καὶ εἰ μείζων ὁ Πατὴρ τῷ εἶναι αἴτιος τοῦ Υἱοῦ, μείζων ἂν εἴη καὶ ὁ Υἱὸς τῷ εἶναι αἴτιος τοῦ Πνεύματος. Καὶ πῶς οὐκ ἂν λάθοι ἡ τοῦ Πνεύματος σμικρυνομένη ὑπόστασις, τοῦ μὲν Υἱοῦ πρὸς ἓν αἴτιον ἀναφερομένου, τοῦ Πνεύματος δὲ πρὸς δύο τὴν ἀναφορὰν ἔχοντος; Καὶ εἰ ἐκ ταύτης τῆς ἀκολουθίας μείζων τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱὸς, πῶς ἡ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλασφημία μὴ μείζων τῆς εἰς τὸν Υἱὸν βλασφημίας; Τοῦτο γὰρ ἐδίδαξεν ὁ Σωτὴρ τὴν εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημίαν καὶ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ἄφυκτον εἶναι δίκης εἰπών.

[15] Matth. XII, 32.

NOTÆ.

arguatur. Græci Patres adhibent passim, personarum ordinem respicientes; nec de Patre tantum, sed et de Filio. Hinc in Florentini Concilii decreto, quem Græci αἰτίαν, Latini *principium* dicunt. Filium etiam Spiritu sancto majorem (ratione scilicet causæ, seu principii) Græci vocant. Vide *Græciam orthodoxam* tom. II, pag. 748, qua locutione minime utuntur Latini, apud quos durius sonat. Liceat propterea animadvertere, quam injuria insimulemur a Photianis, tanquam sancti Spiritus dignitati non consulentes, cum ex his pateat, de ea multo magis anxios ac sollicitos nos esse, quam Græcos. At qui *causam* recipiunt, *concausam* etiam, ut hic Leo loquitur, videntur posse recipere. Nunquam tamen Patres συναίτιον dixerunt Filium, tum quod minus congruat, ubi causa est una, tum quod Pater causa sit προκαταρκτική, *primaria*, *primigenia*, *originalis*. Quod esse accipiant a Patre Filius, et Spiritus, Catholici Græci dicunt, sed Filius γεννητῶς, Spiritus ἐκπορευτῶς.

(16) *Si enim Spiritus.* Fallaces istæ illationes in mendaci supposito nituntur, nota septima jam everso et disjecto.

(17) *Rursus si æquipotens.* Arguit: Eadem Spiritus virtute potentiaque pollet ac Filius, ergo si Spiritum Filius emittit, et Spiritus Filium emittet. At ego similiter arguam: Æquipotentes sunt Pater et Filius; ergo si Pater Filium generat, et Filius Patrem. Ridiculæ ratiocinationes: nempe generatio, spiratio, productio, non potentiæ sunt opera, sed personalium proprietatum.

(18) *Cur autem hoc.* Errores cumulat auctor hoc loco. Nec Spiritus enim, nec Filius sunt a se, sed a Patre.

(19) *Deinde Spiritus.* At Pater Filiusque, si eos ut sancti Spiritus principium consideres, unum sunt; unus siquidem spiritus, et una spiratio. Quæ sequuntur, jam diluta sunt. In generatione Filii nullus Spiritui sancto locus, cum exeat a personali proprietate Patris, quia Spiritus Filium supponit, cum sit Spiritus non Patris tantum, sed et Filii: Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. Galat. IV, 6. Quid clarius?

(20) *Rursus si major.* Quoad essentiam et naturam Spiritus Filio est æqualis, ordine et origine minor: at sicut duas habere causas non consequitur, ita nec duos habere majores. Cætera satis refutata sunt.

Ἀλλ' ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, καὶ ποῦ τὸ τῆς μοναρχίας εὐσεβές; πῶς δὲ οὐ πολυαρχία χώραν λάβοι; τί γὰρ κωλύσοι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, καὶ τὸ Πνεῦμα ἑτέρου αἴτιον εἶναι, καὶ ἐκεῖνο πάλιν ἑτέρου; καὶ οὕτω πάλιν τὸ πολύαρχον ἀνακύψει. Ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται, καὶ πῶς ὁ τὸν Πατέρα γινώσκων, καθὼς ἐκεῖνος τὸν Υἱὸν γινώσκει, *Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας*, φησὶν, *ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται;* Ἀλλ' ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα· τὴν αὐτὴν πρόοδον, ἢ τοῦ Πατρὸς ἑτέραν; Ἀλλ' εἰ μὲν τὴν αὐτὴν, τί δεῖ τῆς ἀμφοτέρων προβολῆς. Ὑπαρχούσης ταύτης; εἰ δὲ ἑτέραν μὲν Πατρὸς, ἑτέραν δὲ Υἱοῦ, ἀλλὰ τὸ ἐξῆς σιωπάσθω. Τί δέ; τίς μᾶλλον αἴτιος, ὁ Πατὴρ, ἢ ὁ Υἱός; Ἀλλ' εἰ μὲν ὁ Πατὴρ, πῶς τὸ μᾶλλον ἔχων, τοῦ ἥττονος ἐνδέησεν; εἰ δὲ ὁ Υἱὸς, οὐ μόνον ὡς ἔοικεν τῆς αἰτίας τοῦ Πνεύματος κοινωνεῖ τῷ Πατρὶ, ἀλλὰ καὶ μόνος αὐτὸς ἀντὶ τοῦ Πατρὸς τοῦ Πνεύματος αἴτιος. Εἶτα εἰ ἐκπορεύεται τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, πῶς οὐκ ἐξ ἑαυτοῦ τοῦτο δίδωσιν ὁ Υἱός; καὶ πῶς πάντα λαμβάνει παρὰ τοῦ Πατρός; καὶ τίνα τρόπον οὐ δίδωσι

Ex Patre igitur et ex Filio Spiritus? ubinam unius principii religio? nonne pluralitas principiorum locum inveniet? quid enim hoc modo prohibet, (21) Spiritum quoque alterius causam esse, istumque iterum alterius? ex quo pluralitas principiorum rursus excitatur. Ex Patre, et ex Filio Spiritus procedit? quomodo ergo qui Patrem agnoscit, sicut ille Filium novit, *spiritum veritatis*, inquit, *qui a Patre procedit* (22) [16]? Ex Filio procedit Spiritus? peto, per eamdem ne (23) processionem, an per aliam? si per eamdem, quid indiget processione ab ambobus illa posita? si vero alia est Patris processio, et alia Filii, sileatur, quæso, quod inde consequitur. Quid enim? uter magis causa est, Pater, an Filius? si Pater, quomodo qui major est, minoris indiget? si Filius, jam sequitur, non tantum causam esse simul cum Patre, sed ipsum solum loco Patris Spiritus causam esse. Præterea (24) si a Filio Spiritus procedit, quomodo hoc non dat Filius ex se ipso? et quomodo omnia accipit a Patre? Dices, hoc ex Patre habet, et ab eo accipit tanquam

[16] Joan. x, 15; xv, 26.

NOTÆ.

(21) *Quid enim prohibet.* Hæc est Leonis argumentatio: Si præter Patrem est qui causet, seu producat, non modo producet Filius, sed et Spiritus, et producet iterum, qui a Spiritu producitur. Quid hoc autem est, nisi in principiorum pluralitatem delabi? Ita oppugnanti respondemus: ideo Filium emittere Spiritum, quia virtutem spirativam a Patre habet, Spiritum autem alium Spiritum spirare non posse, quia virtus spirativa in ipso Spiritu sancto terminum habuit suum: sicuti Filius alium Filium non potest gignere, quia virtus generans in ipso Filio effectum et complementum obtinuit.

(22) *Qui a Patre procedit.* Misere hoc Joannis loco exsultant Photiani, ac si quod Christus hic non exprimit, negaret, et nulla alia, quibus hoc dogma explanaretur, in sacris paginis documenta haberentur. Pro negatione silentium accipiendum non esse is Matthæi locus, quem Leo noster attulit paulo ante, satis ostendit: Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός: *Nemo novit Patrem, nisi Filius.* In eo enim Spiritus sanctus non modo non memoratur, sed videri possit minus circumspectis, a Patris agnitione excludi: quod tamen ipsi Græci nequaquam inferunt; quin ex adverso hac oratione ipsa pro sancti Spiritus notione strenue auctor pugnat.

(23) *Per eamdemne.* Per eamdem procul dubio; nam ad spirationem efficiendam ambo requiruntur. Ineptissima est instantia subsequens, uter eorum magis sit causa, ubi ex ambobus fit causa una. Mirum est, in quam frivola delabi cogantur, qui hanc hæresim student protegere.

(24) *Præterea.* Iterat jam dicta, et abunde confutata. Filius nihil ex se dat, cum nihil ex se habeat. Spiritus essentiam recipiens vim etiam causæ recipit, sed quam personæ et Trinitatis ratio patitur, nempe erga externa.

Atque hæc tandem argumenta sunt, quæ in hanc quæstionem sapiens ille, uti volunt, imperator magno ingenii conatu collegit: in qua si nominis sui rationem minus videbitur implevisse, non ipsi quidem, sed desperatæ destitutæque omni ratione atque auctoritate causæ imputemus. Subsistant hic, si erunt, qui perlegant, Græci Græciam incolentes, seseque colligentes, agnoscant aliquando, quam inanibus, quam sophisticis captiunculis, et ratiocinationibus primi illi orroris coryphæi, religionis facie ac nomine, cupiditates atque odia prætexentes, eo inclytam gentem adegerint, ut cum religione famam, imperium, aliisque olim traditas jam pene amiserit litteras.

Panagiotes meus Sinopensis, vir ingenio et doctrina præstans, Schismaticis opinionibus præventus apprime, atque intime præoccupatus Venetias appulit. Græcis tunc præerat Tipaldus episcopus, doctus profecto, et catholicorum omnium dogmatum defensor eximius. Is Panagioten inflexit et ad rectam sententiam eduxit; quin acerrimum Latinorum dogmatum propugnatorem reddidit; id vero nequaquam disputando, aut loquendo assecutus est, sed unice Græcos antiquos Patres tradendo, utque eos attente perlegertet jubens, et, quinam præcipue ex eorum libris evolvendi essent, indicans atque ostendens. Dialecticis profecto tricis ita involvi et hoc, et quædam alia dogmata possunt, ut ingenio minus perspicaci præditis vix emergere liceat: verum Scripturæ, et veterum Patrum dilucidis verbis emicat statim rei veritas, atque effulget. Doctiores etiam magnumque nomen inter recentes Græcos consecuti, Bessario, Allatius, Arcudius, Papadopulus consulantur. Vox *Filioque* immerito additio dicitur, cum mera explicatio sit: si rem novam induceret, tunc vere additio dicenda esset. At non desunt inter schismaticos, qui Latinos quarti et quinti sæculi Patres non ut posteriores de S. Spiritus processione locutos esse, contendant. Adeant hi, quæso, adeant saltem S. Augustini, quem ipsi quoque revereri non abnuunt, libros de Trinitate. Reperient in xv. *In illa summa Trinitate, quæ Deus est, intervalla temporum nulla sunt, per quæ possit ostendi, aut saltem requiri; utrum prius de Patre natus sit Filius, et posteu de ambobus processerit Spiritus sanctus; quoniam Scriptura sancta Spiritum eum dicit amborum.* Deinde: *De utroque autem procedere sic docetur.* Et paulo post: *Qui potest intelligere sine tempore generationem Filii de Patre, intelligat sine tempore processionem Spiritus sancti de utroque.* Et rursus: *Intelligat, sicut habet Pater in semetipso, ut de illo procedat Spiritus sanctus, sic dedisse Filio, ut de illo procedat idem Spiritus sanctus.* Eadem videbunt in tractatu xcix de Evangelio S. Joannis.

a causa : at quomodo ipse quoque causato pariter a se Spiritui hoc non dat, ut causa sit ? ut sicut ipse causandi privilegio gaudet, ita Spiritus hoc honore minime destituatur ? Neque enim dicent, hoc Patrem prohibere, cum ex eorum sententia id quoque communicet Pater, quod sibi soli peculiare est.

A καὶ αὐτὸς τῷ ἐξ αὐτοῦ αἰτιατῷ τῷ Πνεύματι γίνεσθαι αἰτίῳ, ἵνα ὥσπερ ἐκεῖνος τὸ τοῦ ἰδίου αἰτίου ἔχει προνόμιον, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα μὴ ἄμοιρον ᾖ τῆς τοιαύτης τιμῆς ; Οὐ γὰρ δή γε τὸν Πατέρα κωλύειν ἄν τις εἴπῃ. Πῶς γὰρ ὄγε τὸ μόνον ἴδιον αὐτοῦ κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον κοινοποιησάμενος ;

At hæc quidem extra viam, ut dici solet, ad novitatem arguendam. Vos autem melioribus cogitationibus præditi, libertatem ne abjiciatis, et corruptionis servitutem nolite iterum subire, illius imperium, qui in libertatem vos asseruit detrectantes. At repugnant illi. Agant quod ipsis lubet : perversitatem quidem sententiæ suæ tunc intelligent, cum infandæ blasphemiæ rationem reddentes ineluctabilis circumsistet furor. At nos adoptione illustres, et adoptantis cultum probe callentes, tanquam filii Dei, consubstantialem ejus Spiritum veneremur ; lumen verum orbem illuminans, rectum et ad rectitudinem salutis in obliquis perditionis viis errantes ducens, bonitatem largiens, beneficia effundens, et fontem sanctitatis incomprehensibilem, quem participantes spirituales intelligentiæ statim sanctificantur : quamvis ob voluntatis malitiam tenebrosus, impurusque evaserit, quia a Hierarchia Cœlesti abscissus est. Cæterum creaturæ reliquæ pulchritudinis ejus, et sanctitatis communicatione decorantur. Hinc enim est, ut omnia valde bona sint, et vocentur, a Patre quidem per Filium creata, communicatione autem sancti Spiritus ad perfectionem erecta [17]. Quæ etiam si superveniens peccatum fœdaverit, denuo a Spiritu sancto ornata, meliori quam antea conditione renovata sunt : prius enim corruptioni fuerunt obnoxia, nunc vero superiori conditione gaudent.

Ταῦτα μὲν ὁδοῦ, φασὶ, πάρεργον εἰς ἔλεγχον τῆς νεωτεροποιίας. Ὑμεῖς δὲ τῶν ἀμεινόνων γενόμενοι λογισμῶν, μὴ τὴν ἐλευθερίαν ἀποδύεσθε, μηδὲ πρὸς τὴν δουλείαν τῆς φθορᾶς ἐλεεινῶς ὑποστρέφετε, οἷς ἔξαρνοι γίνεσθε τῆς δεσποτείας τοῦ δεσποτικῶς ἐλευθεροῦντος. Ἀλλ' οὐ βούλονται · ἐχέτωσαν ὡς προτιμῶσιν · οἱ μὲν εἴσονται τῶν ἐπινοιῶν τὴν δεινότητα, ἐπειδὰν αὐτοὺς τὰ ἀναπόδραστα δεινὰ περιστῇ, λόγον ὑπέχοντας τῆς εἰς τὸ Πνεῦμα ἀσυγχωρήτου βλασφημίας · οἱ δὲ τῇ υἱοθεσίᾳ καλῶς διαπρέποντες, ἐν τῷ καλῶς τὴν τιμὴν εἰδέναι τοῦ υἱοθετήσαντος, οἷα δὴ τέκνα Θεοῦ, τὸ συμφυὲς αὐτοῦ Πνεῦμα θειάζωμεν, τὸ ἀληθινὸν φῶς, τὸ φωτίσαν τὰ πέρατα, τὸ εὐθὲς καὶ πρὸς εὐθύτητα σωτηρίας καθοδηγῆσαν τοὺς πλανωμένους ἐν τρίβοις σκολιαῖς ἀπωλείας, τὸ βρύον τὴν ἀγαθότητα, καὶ τοῖς μετασχοῦσι τὸ ἀγαθύνεσθαι χαριζόμενον, τὴν ἀκατάληπτον πηγὴν τῆς ἁγιότητος, οὗ μεταλαβοῦσαι τοῦ ἁγιασμοῦ ἁγιάζονται μὲν ἄρτι παριοῦσαι πρὸς γένεσιν αἱ νοεραὶ δυνάμεις · εἰ καὶ διὰ σκαιότητα προαιρέσεως ὁ τῆς ἁγίας καὶ φωτοειδοῦς ἀπερράγης τάξεως, βέβηλός τε ἅμα καὶ σκότος ἐγένετο · καλλωπίζεται δὲ τὰ μεταλήψει τῆς καλλονῆς τοῦ ἁγιασμοῦ τὰ λοιπὰ σύνδουλα κτίσματα · οὕτω γὰρ ἅπαντα λίαν καλὰ ἔστι τε καὶ εἴρηται, δημιουργηθέντα μὲν παρὰ Πατρὸς δι' Υἱοῦ, τελειουργηθέντα δὲ τῇ ἁγίᾳ τοῦ Πνεύματος μεταδόσει. Ἃ καὶ διὰ τὴν ἐπεισελθοῦσαν ἁμαρτίαν ἀπρεπῆ τῇ φθορᾷ γεγονότα, πάλιν ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος κατακοσμεῖται, ἀμείνονι καταστάσει τῆς προτέρας ἀνακαινιζόμενα · εἴγε μετ' ἐκείνην μὲν συνετρίβη, μετὰ δὲ ταύτης ἀνώτερα συντριβῆς τὰ ἔργα.

Intelligis, inter servos computandum Spiritum non esse, per quem ad præstantiorem anteriori statum homo eductus est. Non enim amplius a corruptione metuendum, quam incorruptione per Spiritum sanctum inducta profligavit Verbum, et abolevit : idemque ob tantam victoriam paterno throno, a quo nunquam divulsus fuerat, insidens, consocium Paraclitum misit ; per quem cum ejus gloria patefieret, tum ad suam creatura manuduceretur : pariterque ut disjectis jam a splendore Patris impietatis tenebris, a consubstantiali quoque, et illuminante Spiritu obscuri illustrarentur [18]. Venit ergo in linguis igneis corporali simul specie, et divina : hac quidem ut divinitatem ostenderet, *Deus* enim *noster ignis consumens est* [19] ; illa vero, ut congenito Verbo rem congeneam ageret, corporaliter apparens, postquam ab eo corpus assumptum fuerat. In linguis venit, apto futuris rebus ænigmate ; ut antea in Christi baptismate sub specie columbæ apparuit, diluvii peccatorum finem

Ὁρᾷς ὅπως οὐ δοῦλον τὸ Πνεῦμα, τὸ τὴν κτίσιν εὐπρεπεστέραν ποιῆσαν, ἧς μετειλήχει πρότερον καταστάσεως. Οὐ γὰρ ἔτι φθορὰ κατὰ ταύτης χωρεῖ, τῷ ἀναιρέτῃ Λόγῳ προσομιλήσασα καὶ καταποθεῖσα, καὶ δι' αὐτοῦ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι ἀφθαρσίας ἐγκαινισθείσης. Ὡς ἐπὶ τροπαίῳ τοσούτῳ πρὸς τὸν οὗ μὴ διέστη θρόνον πατρῷον καθίσας, καὶ σύνθρονον Παράκλητον ἐξαπέστειλεν, ἅμα μὲν τὴν ἐκείνου δόξαν τρανῶσαν, ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν τὸ πλάσμα χειραγωγῆσαν, καὶ ἵνα ἐν τῷ τοῦ Πατρὸς ἀπαυγάσματι τῆς σκοτομήνης τῆς ἀσεβείας ἐκκεχωρηκυίας, ἤδη καὶ ἐν τῷ ὁμοουσίῳ αὐτοῦ φωτιστικῷ Πνεύματι καταυγασθῶσιν οἱ ἀλαμπεῖς. Φοιτᾷ δὲ ἐν γλώσσαις πυρίναις σωματικῶς ὁμοῦ καὶ θεϊκῶς, τῷ μὲν, ἵνα τὴν θειότητα γνωρίσῃ · *Πῦρ* γὰρ *ὁ Θεὸς ἡμῶν καταναλίσκον* · τῷ δὲ τῷ συγγενεῖ Λόγῳ πρᾶγμα τελῶν συγγενὲς, καὶ ποιούμενον τὴν παρουσίαν ἐν σώματι, ὥσπερ ἐκεῖνος ὤφθη μετὰ σώματος. Ἐν γλώσσαις δὲ ἐν οἰκείῳ τῶν ἐσομένων πραγμάτων αἰνίγματι · ὥσπερ πρότερον ἐν τῷ βαπτίσματι περι-

[17] Gen. 4, 31. [18] Hebr. 1, 3. [19] Hebr. XII, 29.

στερᾷς ὠπτάνετο εἶδει τὴν λῆξιν τῆς ἁμαρτίας; κατακλυσμοῦ ἀπαγγέλλοντι, εἰ καὶ ταύτῃ πρὸς τὸν θεῖον Λόγον τῶν τελουμένων ἀναφέρεται ἡ αἰτία, δεικνύντος τοῦ φανέντος εἴδους. Ὅτι τοῦ Λόγου ἔργον ἡ τοῦ Πνεύματος κάθοδος. Τάχα δὲ καὶ ἵνα τοῖς μαθηταῖς τὴν τῶν ἐπηγγελμένων ἐκπλήρωσιν ποιήσῃ, ὡς συμπαρὼν ὁ Λόγος ποιῶν ὁρᾶτο. Καὶ διδοὺς αὐτοῖς ὥσπερ τὸ πρότερον συμπαρὼν ἐδίδου τὸ Πνεῦμα, ἄλλοτε μὲν ῥήματι μόνῳ, ἄλλοτε δὲ ἐμφυσῶν τὸ δώρημα, αἰνιγματιζομένης τῆς οὐχ ὁρωμένης αὐτοῖς παρουσίας τοῦ Διδασκάλου, δι' ὧν ἐν γλωσσῶν σημείῳ τῆς θείας ἐπληροῦντο δυνάμεως. Καὶ μηδεὶς ἐπιδραμέτω δυσσεβὴς καὶ ἀνόητος, καὶ ὡς θηράματι τοῖς εἰρημένοις ἀνασοβείσθω, μηδὲ ὀργανικήν τινα χρείαν πληροῦν ὁριζέτω τὸ Πνεῦμα, ἐκ τῆς ἐν ἡμῖν τοῦ Λόγου καὶ τῆς γλώσσης σφαλλόμενος διοικήσεως. Ἡ οὕτω γ' ἂν οὐ μετὰ τῶν κτισμάτων τάξῃ τὸ Πνεῦμα, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν σωμάτων· καὶ προσέτι ἄνω καὶ κάτω φύρειν τὸ πᾶν τῆς εὐσεβείας ἀπονενοήσεται. Τί δ' ἡ βιαία πνοὴ, ἡ τὴν σωστικὴν ταραχὴν τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ τῆς ἀθείας πλωΐζομένων κατσμηνύει, καλῶς ταραττομένων, καὶ πρὸς τὸν σωτηριώδη τῆς θεογνωσίας λιμένα καταγομένων ὑπὸ τῶν ἐπιστημόνων κυβερνητῶν, οἷς ἐφιδρυόμενον δωρεῖται τὴν ἐπιστήμην;

A nuntiantis. Ita vero in divinum Verbum harum rerum causa refertur; ea forma connotante, Verbi opus esse sancti Spiritus descensum [20]. Fortasse etiam, quæ discipulis promiserat, mens fuit perficere; ac sicut cum ipsis degens Spiritum eis impertierat, modo verbo tantum, modo etiam inspiratione, ita nunc præstat, occultata Magistri præsentia, ob quam sub linguarum figura divina virtute replentur. Nec impius aliquis occurrat, aut demens, qui conturbetur ex dictis, et errore ab usu linguæ, et loquelæ nostræ desumpto, organicum officium quoddam Spiritum perficere opinetur: nam hoc modo non inter creaturas tantum, sed et inter corpora Spiritum collocaret, atque insuper pietatem, ac religionem omnem susdeque verteret. Quid enim aliud vehemens spiritus indicat, quam salutarem illorum turbationem, qui in incredulitatis pelago navigant, et a sapientibus nautis, quibus insidens scientiam largitur, in portum cognitionis Dei perducuntur?

Τί λέγεις, ὦ τῶν θαυμασίων συκοφάντα, καὶ τῇ ἀπονοίᾳ ἐκ μέθης δημιουργῶν τὰ παράδοξα; χλεύην ποιῇ τὰ ὑπερφυῆ; καὶ τοὺς ἐμφορηθέντας τοῦ Πνεύματος ἐκ τῆς σῆς εὐθηνούσης ἀναισθησίας τὸ γλεῦκος προφέρων μεθύσκεις; ὡς λίαν σὺ νηφαλίως ἔχεις, ὃς ἐφ' οἷς ὁρᾷς τὴν πρότερον σοὶ μόνῳ παροῦσαν χάριν τοῦ Πνεύματος ἐπὶ πᾶσαν χορηγουμένην σάρκα, μὴ τρόπον περιβολῆς ταύτης περιεχόμενος, μηδὲ μετανοίᾳ τὴν προλαβοῦσαν θεομαχίαν διδοὺς, ἵνα μὴ θείων δωρεῶν πλουτούντων ἑτέρων, οἳ μέχρι νῦν πένητες καθεστήκεσαν, σὺ ὁ πάλαι ταύταις πλουτῶν, ἔρημος καταληφθείης καὶ ἄπορος. Ἤδη γάρ σοι πρὸς ἀνάῤῥουν χωρεῖ τὰ πρώην καλὰ, καὶ σοῦ πᾶσα μὲν ἐκδημεῖ δωρεὰ, πᾶν δ' ἀφαιρεῖται τίμιον, ἀντὶ δὲ τῆς πρότερον περιουσίας τῶν θείων ἰσχάτη σε περιστοιχεῖ ἀπορία. Εἰς τοῦτο γάρ σε φέρει ὃν ἐξ ἀρχῆς οὐ λήγεις φθόνον ἐγκυμονῶν, καὶ κατὰ τῆς σῆς διεξοιδῶν σωτηρίας· ὑφ' οὗ καὶ νῦν στενοχωρούμενος, καὶ ῥῆξαι πάλιν τὴν συνήθη τῆς θεομαχίας ὠδῖνα βιαζόμενος, προάγγελον τῆς τῶν παλαμναίων χειρῶν ἐπιχειρήσεως, τὴν τῶν δυσσεβῶν χειλέων λοιδορίαν προπέμπεις, ἀλλὰ κατὰ σεαυτοῦ παρατάξῃ. Οὐ γὰρ ἔτι τοὺς τοῦ Εὐαγγελίου φοβήσεις προμάχους, οὐδὲ τῆς σῆς ἀπονοίας ὄψει λόγον ποιουμένους, ἀλλὰ τῆς ἀρτίως κατελθούσης ἐπ' αὐτοὺς πυρίνης δυνάμεως ὑποπλησθέντες, καὶ νηπίων ἀγῶνα τὸν σὸν ἀγῶνα ποιούμενοι, καταπρήσουσι μὲν ἐπιπλέον σε πυρπολούμενον τῇ μανίᾳ, τῆς δ' εὐσεβείας τὸ φέγγος ἁπανταχῇ ἀναλάμψουσι. Γλεύκους εἰσὶ μεμεστωμένοι; Πυνθάνου τῶν ἐκ στόματος ἐκείνων τῇ διδασκαλίᾳ σωφρονιζομένων, οἳ καθάπερ ἡδίστῳ ῥέοντι νάματι τῷ ἐκεῖθεν δροσίζονται πόματι· καὶ νῦν μὲν ὡς ὁρᾷς δῆμους ἀρύονται, μικρὸν δ' ὕστερον ὄψει

Quid loqueris, o calumniator miraculorum Dei, incredibilia ebrietati præ amentia tribuens? risum excitant, quæ naturam superant? et Spiritu sancto repletis mustum insensate exprobras [21], et ebrios facis? An quidem sobrie te habes, qui cum videas Spiritus gratiam tibi soli olim datam in omnem gentem diffundi, mysterium non intelligis, nec pœnitentia deicidium redimis; ne, cœlesti munere ditatis cæteris, qui usque in hoc tempus inopia premebantur, tu solus, qui olim eo fruebaris, ad egestatem damneris atque ad orbitatem? Tibi jam præpostere procedunt omnia; aufertur honor, dona evanescunt, et pro anteriori rerum divinarum affluentia extrema pauperies te circumsistit. Ad hoc te adegit, qua prægnans semper fuisti, ac etiamnum es, invidia, vel in tuam ipsam salutem insurgens. Ab ea nunc quoque excruciatus, et perpetuam deicidii synderesim novis sceleribus abrumpere cupiens, prænuntias homicidarum manuum scelestæ vocis contumelias emittis. At in te ipsum aciem instruis: non enim in posterum Evangelium propugnantes deterrebis, sed dementiam tuam floccifacientes, et ignea virtute super ipsos collapsa repleti, impetum tuum tanquam puerorum certamen despicient, fideique lumen ubique diffundentes, te rabie jam percitum et incensum, vehementius adurent. Ergone vino saturati sunt? eos percontare, qui ab eorum doctrina, tanquam a perenni rivo irrorati, jam resipuerunt. Et nunc quidem, quam cernis, turbam expiscantur; brevi vero inundabitur universus orbis, verborumque fluctibus submergetur impietas. Talia præstat ad hominum emendationem ebrietas hæc. O Deo inimicam amen-

[20] Act. II, 2. [21] ibid. 31.

tiam resipiscere nolentem, nec quiescere, ac Salvatorem nostrum agnoscere!

τοσαῦτα ἡ παροῦσα ἐπὶ σωφρονισμῷ τοῦ πλάσματος μέθη. Ὦ τῆς θεομάχου μέθης οὐ βουλομένης λῆξαι, οὐδ' ἀνανῆψαι, ὥστε ἐπιγνῶναι τὸν ἐληλυθότα σῶσαι Δεσπότην!

Verum eos, qui ob invidiam sensus amiserunt, atque ex eo prodigiorum horum intelligentia destituuntur, stupiditate sua perire sinamus. Nos vero a Spiritu sancto vivificati, sancteque immutati, cum recto sermone, tum piis gestis honorem illum, quo gaudet maxime, Deo exhibeamus. Mortuis affectuum operibus vacui simus; vivificam virtutum efficaciam operantem reddamus; fœdam peccati faciem rejiciamus, divinam pulchritudinem assumamus. Abstulit Unigenitus intermedium inimicitiarum parietem; Deus Pater pacem iniit, Paraclitus nos adoptans suos fecit; tuta nobis et firma fiat hæc affinitas. Qui autem fiet? adoptantis bonitatem æmulando. Filios esse testemur moribus; invicem agamus, ut benignus Pater nobiscum egit; humanitatem exhibeamus, qui tantam humanitatem invenimus; ne crudeliter viscera exasperes, qui non misericordia tantum, qua indigebas, dignus es factus, sed Filii fiducia a clementi Domino recepta limites omnes excessisti. Noli superbia efferri, qui summo loco sedes, præstasque cæteris, nec majori debito obstrictus, cum plus acceperis, pro beneficio, quo devinctus es, injuriam rependas. Illum sequere, qui ut abjectum te ac depressum extolleret, ab immensa altitudine se demisit. Opes illas, quæ beneficiis afficiendi cæteros debitum tibi creant, noli in eorum contumeliam convertere. Jesu misericordiam imitare, *qui non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit* [22], ut te misericordem faceret. Eorum, quæ nobis debentur, exactores ne simus inexorabiles. Ideo enim plurima remittuntur nobis, ne ab aliis nimia severitate exigamus. Dominum bonum æmulemur, non servum malum, qui domini erga se clementiam non imitatus, nec eam erga conservum adhibens, pium dominum severum fecit, et postquam quæ sibi debebantur, aspere exegerat, omnia quæ debebat, et ab ipso exacta sunt. Exemplum malum ne sequamur, ab eo periculo nobis caventes. *Dimittite*, inquit enim, qui sanguine suo nobis gratiam fecit, *et dimittemini, et estote misericordes, sicut et Pater vester cælestis misericors est* [23]. Pauperem pasce propter eum, qui, ut te pasceret, esurivit; nudum indue; eorum te misereat, qui ab eadem manu, sed non eadem conditione, creati sunt: quo minus aliorum indiges miseratione (si tamen quisquam est, qui in hoc vitæ mari tam feliciter naviget) eo magis in alios miserationem exerce. Imaginem tibi parem ne despicias abjectam, aut negligas. Ille siquidem Dei imaginem similiter præsefert, quamvis tu magnifice in thalamis degas, ille vero sub dio; quin pulchriorem fortasse et archetypo similiorem, ut nudus Lazarus,

[22] Phil. II 6. [23] Luc. VI, 37.

A τῆς βλύσεως πληρούμενα πάντα τὰ πέρατα, κατακλυζομένης τῆς δυσσεβείας τοῖς λογικοῖς χεύμασι·

Ἀλλὰ γὰρ οἱ τὰς αἰσθήσεις τοῦ φθόνου τῷ πάθει νενεκρωμένοι, καὶ διὰ τοῦτο τῶν τελουμένων θαυμασίων ἀφῃρημένοι τὴν σύνεσιν, ἔῤῥειν μετὰ τῆς οἰκείας ἀναισθησίας ἀφείσθωσαν. Ἡμεῖς δὲ τῷ παναγίῳ ζωοποιηθέντες Πνεύματι, ἱερῶς ἀλλοιωθέντες, ὥσπερ λόγοις θεοπρεπέσι, οὕτω καὶ θείαις πράξεσι τὴν τιμὴν ἐκπληρῶμεν αὐτῷ, ᾗ διαφερόντως χαίρει τιμώμενος ὁ Θεός· σχολάσωμεν ἀπὸ τῶν νεκρῶν τῶν παθῶν ἔργων. Ἔμπρακτον τὴν ζωοποιὸν ἐνέργειαν τῶν ἀρετῶν σχῶμεν. Ἀμείψωμεν τὴν ἀσχήμονα τῆς
B ἁμαρτίας μορφήν· μορφωθῶμεν τὴν θεοειδῆ καλλονήν. Ἔλυσε τῆς ἔχθρας τὸ μεσότοιχον ὁ Μονογενής μεσιτεύσας. Κατήλλακται ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ. Προσῳκείωσεν υἱοθετῶν ὁ Παράκλητος. Γενέσθω ἡμῖν ἀσφαλὴς ἡ οἰκείωσις. Πῶς οὖν γενήσεται; Μιμησώμεθα τὴν τοῦ πεποιηκότος οἰκείους χρηστότητα. Μὴ ψευσώμεθα τὴν υἱότητα διὰ τῆς τῶν τρόπων μορφώσεως. Ἐκεῖνα πρὸς ἀλλήλους ποιῶμεν, ἃ πρὸς ἡμᾶς ὁ οἰκτίρμων Πατὴρ ἐπεδείξατο. Μεταδῶμεν φιλανθρωπίας οἱ πολλῆς τυχόντες φιλανθρωπίας· μὴ κλείσῃς ἀσυμπαθῶς τὰ σπλάγχνα ὁ μὴ μόνον συμπαθείας ἧς ἔχρῃζες ἠξιωμένος, ἀλλὰ καὶ ἐπ-
C ἐκεινα τετυχηκὼς συμπαθείας ἐν τῷ παῤῥησίαν Υἱοῦ πρὸς φιλάνθρωπον Δεσπότην λαβεῖν· μὴ κατεπαρθῇς ὁ τιμὴν τῶν ἄλλων ὑπερτέραν λαβών. Μηδ' ὀφείλων οἷς παρὰ Θεοῦ πλέον εἴληφας πλέον αἰδεῖσθαι, σὺ δὲ διότι μᾶλλον εὐεργεσίας τετύχηκας, διὰ τοῦτο ἐξυβρίζεις. Μίμησαι τὸν ἐξ ἀπείρου ὕψους καταβεβηκότα, ἵνα τὴν σὴν ἀδοξίαν τιμήσῃ· μὴ τὴν ἐφ' ᾧ περιέπειν ᾖ σοι τοὺς ἀσθενεστέρους ὑπόθεσιν, ἀφορμὴν ποιήσῃ τοῦ κατ' ἐκείνων προπηλακισμοῦ· μίμησαι τὸ Ἰησοῦ συμπαθὲς, *Ὃς οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγησάμενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἐκένωσεν ἑαυτὸν*, ἵνα σοι μεταδῷ συμπαθείας. Μὴ τῶν εἰς ἡμᾶς χρεῶν ἀπαραίτητοι γενώμεθα λογισταὶ, οἱ ἀπείρων ὅσων ἀφειμένοι, ἵνα μὴ ἀπαραιτήτως ἃ κεχρεωστήκαμεν εἰσπραχθῶμεν. Τὸν ἀγαθὸν δεσπότην, ἀλλὰ μὴ τὸν πονηρὸν δοῦλον ζηλώσωμεν· ὃς τὴν πρὸς αὐτὸν τοῦ
D δεσπότου γνώμην οὐ μιμησάμενος ἐν τῇ πρὸς τὸν σύνδουλον συμπαθείᾳ, τὸν ἔλεων αὐστηρὸν ὠφθῆναι ἐποίησε· καὶ ἐπεὶ ἀπαραίτητον ἐποιεῖτο τὴν εἴσπραξιν τῶν ὀφειλομένων αὐτῷ, πᾶσαν καὶ αὐτὸς εἰσεπράχθη τὴν ὀφειλήν. Μὴ μιμήσωμεν τὸ πονηρὸν ὑπόδειγμα, ἵνα μὴ εἰς ἀνάγκην ὁμοίας καταστῶμεν εἰσπράξεως. Ἄφετε γὰρ, φησὶν ὁ χαρισάμενος ἡμῖν ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι, *καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν· καὶ γίνεσθε οἰκτίρμονες ὥσπερ καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτίρμων ἐστί*. Θρέψον πένητα διὰ τὸν ἵνα σε θρέψῃ πεινήσαντα. Περίβαλε γυμνόν· συμπάθησον ἐφ' οἷς ὁρᾷς τὸν ὁμοίως σοὶ τῇ αὐτῇ δημιουργηθέντα παλάμῃ οὐχ ὁμοίως ἀνέσεως ἀπολαύοντα. Μᾶλλον δὲ ὅσον αὐτὸς οὐ χρῄζεις ἑτέρων συμπαθείας, εἴ γέ τις οὕτως εὐπλοῆσαι τεθάῤῥηκε

τοῦ βίου τῇ ἁλμῇ, τοσοῦτον συμπαθείας ἑτέροις μετάδος· μὴ παρίδῃς, μηδὲ καταφρονήσῃς τῆς σοι ὁμοτίμου ἐρριμμένης εἰκόνος. Εἰκών ἐστι καὶ οὗτός σοι παραπλησίως Θεοῦ, εἰ καὶ ὁ μὲν ἐν ὑπαίθρῳ ἔρριπται, σὺ δὲ ἐν θαλάμοις πολυωρεῖ. Καὶ ἴσως γε ὁμοιότερον τὸ τοῦ ἀρχετύπου κάλλος ἔχουσα. Καὶ τοῦ λόγου μαρτύριον ὁ γυμνὸς Λάζαρος, καὶ ὁ τὴν βύσσον ἐνδεδυσκόμενος. Οὕτω διασωσώμεθα τὴν πρὸς τὸν Πατέρα οἰκειότητα. Τοιούτοις χαρακτῆρσι διαμορφώσαντες ἑαυτοὺς, μὴ ψευσώμεθα τὴν υἱότητα· Οὕτω τοὺς ἀδελφοὺς ἡμᾶς προσλαβόμενον καὶ ἀποκαταλλάξαντα Υἱὸν θεραπεύσωμεν· οὕτω τὸν κεκομικότα τῆς καταλλαγῆς τὸ ἐχέγγυον Παράκλητον τιμήσωμεν, τῇ ἑαυτῶν τιμῇ καὶ θεραπείᾳ καὶ σωτηρίᾳ, δι' ἣν ἅπαντα οἰκονομεῖται καὶ πράττεται.

et qui bysso amiciebatur, testantur. Ita nos ipsos conformantes, affinitatem cum Patre servemus, nec a filiorum dignitate deficiamus unquam. Reconciliatori Filio, et nos tanquam fratres excipienti, tunc, ut par est, famulabimur: tunc Paraclitum reconciliationis pignus deferentem colemus, non sine honore nostro, ac salute, propter quam omnia peracta sunt.

Ἀλλ', ὦ σύνθρονε τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Λόγῳ Παράκλητε, τοσοῦτον μὲν τὴν σὴν ἐπιδημίαν τιμῶν ὁ λόγος ἐχέτω. Σὺ δ' ἡμῖν τῷ σῷ ἡγεμονικῷ τὸν ἡγεμόνα νοῦν στηρίζοις, μηδὲ τὴν σωτόμαιναν ἐᾷς αὐτοῦ καταχεῖσθαι, μηδὲ τὴν ἐνέργειαν σφάλλειν ἐν παντὶ μὲν κατὰ τὸν βίον ἐπιχειρήματι, μάλιστα δὲ ἐν τῇ κυβερνήσει τῆς κοσμικῆς ὁλκάδος, ἣν ἡμῖν ἐνεχείρισας. Ὦ νοῦ, καὶ σοφία, καὶ Πνεῦμα πανάγιον, ἡ μία φύσις, ἡ ἄτμητος βασιλεία, ἧς τὸ κράτος αἰώνιον, δίδου πρὸς τὸν ὄγκον τῶν ἐγχειρισθέντων καὶ τῶν ἐπινοιῶν τὴν ἀντίληψιν, ἄγων σὺν ἡμῖν καὶ διέπων ὧν τὴν ἐπιστασίαν ἐπέτρεψας, ἵνα δεξιῶς ὑφ' ἡμῶν ὁ σὸς περιούσιος λαὸς ἐπιτροπευόμενος, καὶ τῶν ἐνταῦθα συμπιπτόντων σκαιῶν μὴ πειρῶν τῶν πραγμάτων, καὶ τῆς ἐκεῖθεν μετάσχοι τῶν δεξιῶν ἀπολαύσεως, ἧς ἀπολαύσαιμεν ἅπαντες τῇ σῇ χάριτι καὶ χρηστότητι, κἀκεῖ τὴν σὴν δοξάζοντες θεαρχίαν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Atque hæc, o consubstantialis Patri et Filio Paraclite, in adventus tui honorem dicta sint. Tu autem intellectum nostrum ductu tuo rege, et confirma; tenebris a te olim disjectis illum circumfundi nunquam permittas, nec in iis, quæ in dies agit, aberrare; præcipue vero in mundanæ navis, quam nobis commisisti, regimine. O mens, o sapientia, o sancte Spiritus, natura una, regnum indivisibile, cujus potentia indefficiens est, mentis vim largire pro rerum mole, eosque, quorum nobis curam tradidisti, nobiscum rege; ut populus tuus per nos directus cum adversa, quæ hic eveniunt, declinet, tum ad cœlestem felicitatem perveniat, quam utinam consequamur omnes gratia et benignitate tua, ut illic supremam divinitatem tuam laudibus perenniter cumulemus.

ΛΟΓΟΣ ΙΔ'.

Ὁμιλία εἰς τὴν κοίμησιν τῆς παναγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας· ὅτε ἀπὸ τῶν ἐπιγείων καὶ ἐπικήρων, ἐν ταῖς φασιροτάταις καὶ ἀκηράτοις λήξεσι τῶν οὐρανῶν μετέστη. **Μηνὸς Αὐγούστου ιε'.**

ORATIO XIV.

Homilia in sacrosanctæ Deiparæ, semperque virginis Mariæ obdormitionem: quando e terrenis caducisque, in illustrissimas et immortales cœlorum sedes translata est. **Augusti mensis 15.**

(Combef. *Auctar.* col. 1734.)

Μητρὸς Θεοῦ ἑορτὴν τιμῶμεν. Ποία γλῶσσα τὴν τιμὴν ἐξισώσει, πρὸς τὴν ἀξίαν οὐκ ἐνδέουσα τῆς εὐφημουμένης; Δεσποτικὴ καὶ νῦν ἐκτελεῖται πανήγυρις· ἡ γὰρ πάντων δεσπόζουσα χορηγεῖ τὴν ὑπόθεσιν. Τίς λόγος τῷ μεγέθει ταύτης συνεκταθήσεται; Εἰ γὰρ καὶ ἐπ' ἄλλων, δι' ἀρετὴν εὐδοκίμων, ὧν ἡ ἀξία, τοσοῦτον ἔχει τὸ ἔλαττον, ὅσον εἰκὸς; Δεσπότου ἠλαττῶσθαι δοῦλον, ὅμως ἡ τοῦ λόγου εὐφημία κατόπιν ἔρχεται, τί χρὴ τοῦτον παθεῖν, τῇ τῶν ἀρετῶν ἀκρότητι προσιόντα; Πλὴν εἰ καὶ μὴ ἐλπὶς, ὅσον ἄξιον, ὑπηχῆσαι, ἀλλ' ἡμεῖς γε παρέχομεν ἑαυτοὺς εἰς τιμὴν, τῆς δι' ἣν ἑορτάζειν ἠξιώμεθα λελυτρωμένοι τῆς ἀνέορτου κατηφείας καὶ σκυθρωπότητος· παρέξει δὲ τὸν λόγον, ὁποῖον καὶ ἡλίκον ἂν βούληται, ὁ χρηματίσαι ταύτης Υἱὸς εὐδοκήσας Λόγος. Ἀλλὰ τί τὸ τελούμενον; Τί δὲ πανηγυρίζομεν;

Dei Matris festum diem honoramus. At quæ qualisve lingua, illius quæ celebratur honorem, pro ipsius dignitate ac meritis exæquabit? Et vero jam quoque Dominica dies, ac solemnitas agitur. Quæ etenim omnium Domina est, in præsenti argumentum suppeditat. Quænam oratio sua magnitudine ac granditate illius par erit magnitudini ac granditati? Etenim si in aliis ob virtutem illustribus, probatisque personis, quorum dignitas et præstantia tanto est minor, quanto servus Domino est inferior; quid ei necessum est evenire, qui ad omnium virtutum culmen accedit? Cæterum licet dignitatis tantæ dicendo adæquandæ, nulla spes suppetat, nihilominus ejus nos honori decantando impendamus, cujus beneficio hunc festum diem obimus, liberati a non festa, nihilque jucunditatis habente, tristitia. Præbebit vero, suggeretque orationem, qualem quantamque voluerit, Verbum, cui placuit, ac visum est ut ejus Filius esset. At, quæ est festi hujus celebritas? Quid conventu hoc publice celebramus?

Ἡ πρώην ἐκδημοῦσα τῶν ὅρων τῆς φύσεως ἐν τῷ κρεῖττον ἢ κατὰ βούλημα κύειν τῆς φύσεως, νῦν καθὼς ὁ ἐκείνης βούλεται νόμος, τῆς ἐνύλου ζωῆς, ἐκδημεῖ πρὸς τὴν ἄϋλον. Τῆς μόνης κεχαριτωμένης,

Quæ pridem naturæ terminos meliori quam pro naturæ ratione conceptu excessisset, nunc quemadmodum naturæ ejusdem lex exigit, a materiali ac mortali in corpore vita ad immaterialem ac statu

immortali proficiscitur. Ilius ad perpetuum gaudium transitum celebramus, quæ sola gratia plena exsistit. Carne itaque, quoad fieri potest, excedentes, ac spiritu immutati, cum gloria excessum prædicemus, digneque iis quæ peraguntur compositos animos ostendamus. Universi fines terræ in gaudio jubilent, ut exsultatio jubilationis sit propria. Cœlum gaudii sit particeps, splendidiori collustratam flore ; portasque ad cœli honoratioris susceptionem pandens. Cœlestes omnes ordines laudibus prosequantur. Gabriel, laudationis auspex accedat ; quippe qui præ angelis aliis, immaculatis illibatisque, connubiis subservire soleat. Auspicatur vero, gaudii ultro verba inclamans, quod Matrem Domini introduci videant in Filii regiam. Etenim Dei illud capax tabernaculum, ab iis tabernaculis emigrans, quæ dissolvuntur ac intereunt, ad ea quæ manent, atque consistunt transfertur ; fluxamque ac labilem vitam, nihil fluxa ac labili commutat. E terris ad cœlos transvehitur, quæ mortalibus facta est scala, qua ad cœlos ascendant. O miraculum ! cum tristi morte commercium habet, qui tremendi cum ea commercii liberationem humano contulit generi : ac sepulcri sinus tabificos subit, ex cujus virginali utero integritas ac incorruptio exsistit : obscurisque cavitatibus, ac ventre terræ hospitatur, quæ illos, qui in tenebrosis misere degebant angustiis, in lucidissimis mansionibus requie donavit. Quidnam hoc rei est ? An vult hæc rerum œconomia ac dispositio, ut ipsa quoque, quæ instaurationis humanæ communis causa esset, communi hominum hinc e vivis excedentium consuetudine, emigret, ne rerum omnium innovatio, naturam necessitudine ac affinitate sua privet ? Quamobrem Filii, cui castis manibus vehiculo fuerat, divinis manibus, sincerissimum ac purissimum spiritum tradens, atque a temporali discedens vita, æterna cœlorum regna obtinet, et ad omnis expertes umbræ sedes commigrat, Dei illa splendoribus celebrata domus, quam passis portis cœlum suscipit, ac susceptione, decentioris ac honestioris status accessione claresci. Cum enim jam, tot spiritalium ac immortalium populis, tamque multis ex mortalium genere in illam ascriptis civitatem, ut cum Matre regina perpetuum ævum agitent ; ejus Regi ac Filio communiter laudes decantantibus, mirabili concentu circumsonet ; necesse est ut longe priori amœnior ac delectabilior ejus constitutio facta sit. Hinc angelorum ordo, duce Gabriele, faustis prosequitur ominibus atque laudibus. Inde beatorum prophetarum agmen, cujus olim laudem, in ejus eminus intendens gloriam, meditabatur ; eamdem nunc reverenter adiens, lætæ modulantiæ ei meditata carmina pangit. Alia demum ex parte cum discipulorum cœtu infiniti martyrum exercitus, reverentia, ac timore jubilant. O quam beata quæ illic peraguntur ! O quantus qualisque honos, perpetuæ virgini Matri in cœlis defertur ! ubi nimirum, Filium videns in divum medio, quos ille deitate donavit,

A πρὸς τὴν ἄληκτον χαρὰν, τὴν μετάβασιν ἑορτάζομεν. Ἔκδημοι τοίνυν, ὡς οἷόν τε, τῆς σαρκὸς, καὶ τῷ πνεύματι ἀλλοιωθέντες, δοξάσωμεν τὴν ἐκδημίαν, καὶ πρέπουσαν τοῖς τελουμένοις τὴν κατάστασιν ἐνδειξώμεθα. Πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς ἐν χαρμονῇ ἀλαλαξάτω, ἵν' οἰκεῖος ὁ ἀλαλαγμὸς τῆς ἀγαλλιάσεως ᾖ. Οὐρανὸς κοινωνείτω τῆς χαρμοσύνης, φαιδροτέρῳ ἄνθει περιλαμπόμενος, καὶ πρὸς ὑποδοχὴν οὐρανοῦ τοῦ ἐντιμοτέρου ἐξανοιγόμενος. Πᾶς ὁ ἐν αὐτῷ παρευφημείτω διάκοσμος. Γαβριὴλ ἐξαρχέτω τῆς εὐφημίας, ἅτε δὴ, πρὸ τῶν ἄλλων συνήθης ὢν ἐν τῷ λειτουργηκέναι τοῖς ἀχράντοις νυμφεύμασι· μᾶλλον δὲ ἐξάρχει ἐπιφθεγγόμενος τὰ ῥήματα τῆς χαρᾶς, οἷς ὁρᾷ τοῦ Δεσπότου Μητέρα εἰς τὰ τοῦ Υἱοῦ ἐγκατοικιζομένην βασίλεια. Ἡ γὰρ θεοχώρητος σκηνὴ B τῶν λυομένων ἀπαίρουσα σκηνωμάτων, πρὸς τὰ μένοντα μετοικίζεται, καὶ τοῦ ῥέοντος βίου, ἀμείβει τὸν ἄρευστον. Γῆθεν πρὸς οὐρανοὺς διαπορθμευομένη, ἡ διαβατήριον τοῖς ἐν γῇ γενομένη πρὸς τὰ οὐράνια· ὦ τοῦ θαύματος ! τῷ ἀμειδεῖ θανάτῳ προσομιλεῖ, ἡ τῆς φρικτῆς ἐκείνου ὁμιλίας τὴν ἀπαλλαγὴν τῷ γένει παρασχομένη· καὶ λαγόνες κρύπτουσι φθοροποιοὶ, ἧς ἐξεφάνη λαγόνων ἡ ἀφθαρσία, καὶ ἀφεγγέσι ξενίζεται κενεῶσιν, ἡ τοὺς ἐν ἀλαμπεῖ ταλαιπωρουμένους στενοχωρίᾳ, φαεινοτάταις ἐν λήξεσιν ἀναπαύσασα. Τί τοῦτο ; Ἡ βούλεται ἡ τοῦ πράγματος οἰκονομία, τὴν κοινὴν τῆς τοῦ πλάσματος ἀναπλάσεως αἰτίαν, τῇ κοινῇ τῶν ἀνθρώπων τῆς ἐντεῦθεν ἀναχωρήσεως συνηθείᾳ, καὶ αὐτὴν ἀπαίρειν, C ἵνα μὴ τὸ πάντα καινοτομεῖν, τὴν φύσιν τῆς συγγενείας χωρίζηται ; Ταύτῃ ἄρα τοῦ παλάμαις ἀγναῖς ἐποχησαμένου Υἱοῦ, χερσὶ θεϊκαῖς τὴν πανακήρατον ἐποχεῖσθαι δοῦσα ψυχὴν, τῶν προσκαίρων ἐπανισταμένη, τὰς αἰωνίους καταλαμβάνει διατριβὰς, καὶ πρὸς τὴν ἄσχιον μεταποιεῖται λῆξιν, ἡ τοῦ Θεοῦ τεῖς λαμπρότησι δεδοξασμένος οἶκος, ἣν ὑποδέχεται πύλας οὐρανὸς ἀναπετάσας· προσθήκην δεχόμενος εὐπρεπεστέρας καταστάσεως τῇ ταύτης ὑποδοχῇ. Ἄρτι τῶν ἐκεῖ ἑορταζόντων, ὅσοι τε ὅῆμοι ἄῦλοι καὶ ἀθάνατοι, καὶ ὅσοι τοῦ θνητοῦ γένους ἐκείνοις συνεπολιτογραφήθησαν ἐπὶ τῇ συνδιαιτήσει τῆς βασιλίδος μητρὸς, τῷ βασιλεῖ καὶ Υἱῷ κοινῶς ᾀδόντων τὴν εὐφημίαν, τῇ θαυμαστῇ περιηχούμενος συμφωνίᾳ, τερπνοτέραν D ἢ πρόσθεν, καὶ οὕτος ἔοικε δέχεσθαι κατάστασιν. Ἐκεῖθεν ἡ τῶν ἀγγέλων τάξις ὑπευφημεῖ, ὑπὸ ταξιάρχῃ τεττομένη τῷ Γαβριήλ. Ἐντεῦθεν ὁ τῶν μακαρίων προφητῶν σύλλογος. Ἧς πόρρωθεν τῇ δόξῃ ἐνατενίζων, προεμελέτα τὸν ἔπαινον, ταύτῃ προσιὼν εὐλαβῶς, τὰ τερπνὰ ὑπηχεῖ μελετήματα. Ἑτέρωθεν μετὰ τοῦ θιάσου τῶν μαθητῶν, τὰ μυρία τῶν μαρτύρων στρατεύματα αἰδοῖ ἀλαλάζει καὶ φόβῳ. Ὦ τῶν ἐκεῖ τελουμένων ! Ὦ τῆς ἐν οὐρανοῖς τῇ ἀειπαρθένῳ Μητρὶ κροτουμένης τιμῆς ! Ἔνθα, τὸν Υἱὸν ὁρῶσα ἐν μέσῳ θεῶν οὓς ἐθέωσε, δεδοξασμένον, καὶ τὸ μεγαλεῖον ἑαυτῆς ὅσον καταμανθάνουσα, οἷς τοσούτου Υἱοῦ ἐχρημάτισε μήτηρ, τῶν παναχράντων ὠδίνων ἑαυτὴν μακαρίζουσα, χαίρει· καὶ τὸν ἄπειρον ἐν μεγαλωσύνῃ τόκον, ὃν πρότερον σαρκικῶς πτωχεύσαντα θαυμάζουσα ἐμεγάλυνεν, ἐν

τῷ πλούτῳ τῆς οἰκείας θεότητος διαπρέποντα μεγαλύνει. Ταῦτα μὲν ὁ ἄνω κόσμος ἔχει πραγματευόμενα.

A gloria magnificatum, suamque amplitudinem ac majestatem intelligens, quod tanti Filii exstiterit mater, beatam se ab immaculatissimo gratulans partu, impensiori gaudio fruitur : prolemque infinita majestate clarum, quam prius carne pauperem effectam suspiciens magnificabat ; in suæ deitatis opulentia spectatissimam magnificat ac deprædicat. Atque hæc quidem superior ille mundus agitat.

Φέρε δὴ ἡμεῖς ὁ κάτω κόσμος, ὧν ἀπάρασα οὐ συναπῆρε τὴν εὐεργεσίαν, ἀφ' ὕψους δὲ περιέπει τῆς προστασίας τῇ πτέρυγι, τὰ ἡμῖν ἐπιβάλλοντα συντελῶμεν, καὶ τὴν μετάθεσιν τῆς Παρθένου τιμῶμεν· καὶ πρὸς τὰ ὑπερκόσμια χωρούσης αὐτῆς προπομπεύωμεν, ὡς οἷόν ἐστιν ὑπερκοσμίως· καὶ τῆς βαρυνούσης, καὶ κατασπώσης ὕλης, ἐφ' ὅσον αἴρει τὸ πνεῦμα, μετατιθέμενοι, καὶ τοῖς ἀΰλοις συνεπαιρόμενοι. Τίσιν οὖν πομπικαῖς εὐφημίαις χρησώμεθα; Καὶ πῶς κατὰ τρόπον προσενεχθήσεται ἡ τιμή; Ἢ καλῶμεν ἐκ τῶν ὑψίστων κορυφαίους, καὶ μάλιστα τὸν τῆς τιμωμένης βασιλέα προπάτορα· καὶ παρ' αὐτῶν πυθόμενοι, οἷς οὗτοι καταρτίζουσι τὴν ἱερολογίαν, κατὰ τρόπον ἐκείνων ἀποδῶμεν τὸν ἔπαινον; Οἶμαι δὴ αὐτοὺς, οἷς πρόσθεν ἀνύμνουν, τούτοις καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ὑμνοῦντας προσάγειν τὴν εὐφημίαν· ἐκεῖ μηδ' ἦν ἐκ τῶν ἡμετέρων τὰ τότε ἠχούμενα, κἂν ἐν τοῖς ἡμετέροις ἐκρούετο· ἀλλ' οὐρανόθεν ὑπῆχουν οἱ ᾄδοντες. Εἰκὸς οὖν καὶ σήμερον αὐτοὺς ἐκείναις ταῖς προλαβούσαις φθογγαῖς, ἅτε δὴ οὐρανίαις τὴν Θεομήτορα τιμᾷν παραγενομένην ἐν οὐρανοῖς, ἃς καὶ ἡμῖν παραληπτέον. Ἔξεστι γὰρ, καὶ οὐδεὶς κίνδυνος εἰς τὴν αὐτὴν χρείαν ταύτας παραλαμβάνειν. Ἀλλὰ μικρὸν ὁ λόγος παῤῥησιαζέσθω, καὶ μὴ μόνον τοῦτο, τὴν εὐφημίαν, καθάπερ οὐδὲν ἄλλο θαῤῥεῖν, ἐπόμενος πληρούτῳ, ἀλλὰ καὶ αὐτῇ προσιὼν τῇ εὐφημουμένῃ προσομιλείτω.

Age et nos mundus inferior, a quibus, quamvis discesserit, haud tamen beneficentiam abstulit ; quin ab alto, sui patrocinii alis fovet; quod nostri muneris est, præstemus, ac Virginis translationem honore prosequamur : cœlorumque sublimia transcendentem, pro virili nostra, quantoque ornatu possumus, deducamus, atque a gravi ac detrahente materia, quantum attollit spiritus, translati, cum spiritibus cœlitibus in altum subvehamur. Quibus autem acclamationibus triumphum prosequemur, quave ratione honorem debitum offeremus? An ex altissima cœlorum regione coryphæos advocabimus, ac maxime illius, quæ in laudis argumentum proponitur, avum Regem ? atque ubi ab eis audierimus, quibus ipsi modis elogia concinnent aptentque, illorum nos more laudum præconia reddemus ? Arbitror equidem ipsos, quibus prius celebrabant, iisdem encomiorum generibus, etiamnum uti : nam neque nostratia erant, quæ tunc personabant, tametsi inter nostrates psallerentur : sed ii, cœlitus instincti ac impulsi canebant. Fas itaque est, ac rationi consentaneum, ut iidem hodierna luce, pristinis illis laudum concentibus, ceu cœlestibus, Dei Matris in cœlos adventum honorent : quos et nobis usurpari oportet. Licet enim, nec ullum est periculum ut ejusmodi usurpemus laudes. Verum oratio paululum sit liberior ; nec solum faustam illam acclamationem, ac si nullum aliud præconiorum exemplum sequi ausit, usurpet ; verum etiam ipsam adiens, quæ præconio celebratur, cum illa cominus agat.

Τί σοι ὁ τὰ μεγαλεῖα ποιήσας μέγας Υἱὸς, ὑπερευλογημένη σήμερον ποιεῖ; Τί γίνεται; Τί τὸ ὁρώμενον; Ἢ τὴν κιβωτόν σε τοῦ ἁγιάσματος· τὸν εὐπρεπῆ νυμφῶνα· τὸν θειότατον θρόνον εἰς τὸ θεῖον ἑαυτοῦ ἀνάκτορον μετατίθησι· τὴν ἐξ ἧς λαβὼν τὴν σαρκίνην στολὴν μετ' ἀνθρώπων ἐπολιτεύσατο, ἐν ὑψίστοις φέρει συνδιατρίβειν τῶν σαρκίνων ἀναλαμβάνων· καί σοι πάρεισι λειτουργοῦντες, πᾶσα ἡ ἐκείνῳ λειτουργοῦσα τάξις· ἀγγέλων δῆμοι· προφητῶν χορεῖαι· οἱ ὡραῖοι τοῦ σοῦ ὡραίου Παιδὸς μαθηταί· τὰ τῶν καλλινίκων μαρτύρων συστήματα· ἅπασα παρθένος ψυχὴ, καὶ πρὸς τὴν νυμφικὴν ἀπόλεκτος παστάδα σοῦ τοῦ τῆς παρθενίας ἀγάλματος προῖασιν ἐν εὐφροσύνῃ. Ἐπειδὴ γὰρ ἐχρῆν ἀνασχοῦσαν θνητῆς γεωργίας ἀκολούθως σε τῇ βλάστῃ πρὸς τὰ θεῖα συγκομισθῆναι ταμεῖα, λειτουργεῖς νόμῳ θνητῶν, καὶ ὁμιλεῖς, ὦ τοῦ ἡλίου φαεινότερα, τῷ σκυθρωπῷ προσιόντι θανάτῳ· πλὴν τῆς ἀῤῥήτου φαιδρότητος ἡ παρουσία, οὐδὲν συγχωρεῖ τῇ σκυθρωπότητι ἐνοχλεῖν· χειρῶν μὲν ἐκείνων, αἷς πάντα συνέχεται, τὴν πανάμωμον δεχομένων ψυχήν· τοῦ ἀκαθαρσίας, καὶ ἀσπίλου σώματος ἐν καθαρωτάτοις

Quid vero is, qui magna tibi magnus Filius fecit[24.1], o ter benedicta, tibi hodie facit ? Quidnam rerum evenit ? Quid istud quod cernimus ? Sane arcam te sanctificationis, honestissimum thalamum, divinissimum thronum in divinum suum transfert templum : eam, ex qua carne sumpta inter homines versatus est, ad sublimia cœli transfert, ex hoc mortali statu eductam ; tibique omnis ordo illi ministrantium satellitio adest : angelorum turmæ, prophetarum chori, speciosum discipulorum agmen speciosi Filii tui, insignium victorum martyrum exercitus, omnes animæ virgines, Sponsique thalamo destinata cohors, tibi, quæ virginitatis imago, vivumque simulacrum exsistas, in exsultatione obsequio præit. Quoniam enim te mortalitatis messe succisam, consequenter una cum germine in divina horrea ferri oportebat, mortalium legi obsequeris, ac cum tristi ac atra morte, tu sole illustrior, congrederis, quanquam ineffabilis claritatis præsentia, nihil mortis illam severitudinem, molestam esse sinit : cum illæ quidem manus, quibus omnia continentur, intemeratissimam susciperent animam;

[24.1] Luc. I, 49.

mundum autem ac immaculatum corpus, in purissima loca transferretur. Quod Deum carne indutum gestasses, Dei ipsa manibus gestaris, ubi exuisses carnem. Maternum obsequium tuo, sine Patre, Filio detuleras, cum ille mundum ingrederetur : nunc mundum ipsa egrediens, ejus vicissim obsequio foveris, omni cœlitum choro, ac tripudio præeunte, moreque supplicantium honorem habente : quemadmodum et prius, haud ita pridem ex Annæ utero in lucem suscepta, virgineo agmine, supplicantium ritu, in unum coacto honorabaris. Verum tunc, aliud quiddam erat, quod fiebat, aliaque ratione corpore præsentem, virgines corporibus amictæ stipabant, ac deducebant ; apte nimirum et consentanee corpori. Nunc vero, cum excesseris corpore, virginum animæ corporeis vinculis exsolutæ, longe honorificentius deducunt.

A μεθισταμένου χωρίοις. Ὅτι ἐβάστασας Θεὸν σάρκα ἠμφιεσμένον, βαστάζῃ Θεοῦ παλάμαις ἀπαμφιασαμένη τὴν σάρκα. Προσενήνοχας δορυφορίαν μητρικὴν πρὸς κόσμον εἰσιόντι τῷ ἀπάτορί σου Υἱῷ· ἀντιδορυφορῇ κόσμου ἐξιοῦσα, πάσης τῆς περὶ αὐτὸν χοροστασίας προπορευομένης, καὶ τῇ λιτανείᾳ τιμώσης, ὥσπερ καὶ πρόσθεν ἐθίμῳ λιτανευομένη ἄρτι τῶν τῆς Ἄννης λαγόνων εἰς βίον προκύπτουσα. Ἀλλὰ τότε μὲν ἄλλο τὸ γινόμενον, καὶ ἄλλως ἐλιτάνευον παροῦσαν ἐν σώματι, μετὰ σώματος τιμῶσαι παρθένοι, καὶ τῷ καιρῷ συμβαίνοντα προπομπεύουσαι· νῦν δ' ἐκδημούσης, ἔκδημοι τῆς σαρκίνης πέδης, αἱ παρθένων ψυχαὶ, ἐντιμοτέραν ποιοῦσι τὴν προπομπήν.

Verum quid ais, o sacratissime deductionis hujus coryphæe, qui et tunc velut cognatus, quanquam longe morabaris a sæculi via, in filiæ tamen honorem pariter occurristi, ac spirituum more, cum iis qui materia constant, diem festum lætus agitabas : nunc autem maxime, illi congruentissime statui, in quo versaris, ea cernens quæ peraguntur, filiæ honorem celebras, ac gratularis, gloriamque omnium oculis expositam perspicue laudibus extollis. Haud vero jam intra carnis velum contemplans deprædicas, quod tunc in laudes effusus præstabas, propiusque contextam in fimbriis aureis [a] stolam considerans ; summa tamen voluptate ob filiæ decorem perfunderis, universoque sacratissimo choro signum laudationis inchoandæ edis. An dignaberis ut et nostro choro adveniens, laudis nobis ac prædicationis modum ordinemque præscribas, adjuvesque alacritatem eorum qui filiæ tuæ, quasi munus festo competens, orationem offerre cogitant ? An abnues neque adduceris, ut qui jam immortales sedes incolis, ad nos descendas, quibus istæ mortalitatis sedes obtigerunt, et quos fata his locis debita exercent ? Haud enimvero recusat ; adest, ac opus aggreditur, operamque suam nobiscum jungit, nihil moleste ferens, ut ejus nos vocibus ac oraculis abutamur oratione conficienda : quibus tanquam oppositissimis, capitis loco addemus verbum gaudii plenissimum, quod integerrimus ille pronubus usurpavit, sicque communi studio Virgini præconia contexemus. Dicamus igitur ei, vel potius totius chori ductor ac auspex dicat : Ave, arca, per quam Deus, reparando per te a lapsu manuum suarum figmento [b] (ob cujus ruinam intimis visceribus angebatur), ac cum ea ratione erexisset, requiescens, in suam surrexit requiem. Ave, mons pinguis [c], cujus pinguedinem videns naturæ cultor et sator, ex te omnium bonorum abundantiam nobis produxit. Ave, per quam ex mortalibus lumbis supra æternum thronum [d], æternum regnaturus Rex collocatur. Ave, quam compluens vitæ pluvia [e], universos fines terræ, cum ex lethali siccitate in

B Ἀλλὰ τί φῄς, ὦ τῆς ἱερωτάτης προπομπῆς κορυφαῖε, ὃς καὶ τότε οἷα δὴ συγγενὴς, εἰ καὶ ὁδοῦ τῆς ἐν βίῳ πόῤῥω διέτριβες, ὅμως εἰς τιμὴν συνέτρεχες τῆς θυγατρὸς, καὶ ἀΰλως συνεπανηγύριζες τοῖς ἐνύλοις. Καὶ νῦν μάλιστα οἰκείως τῆς ἐχούσης σε καταστάσεως ὁρῶν τὰ γινόμενα, συγκροτεῖς τῇ θυγατρὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν δόξαν ὁρωμένην προφανῶς ἐπαινεῖς. Ἀλλ' οὐκ ἔσωθεν αὐτὴν τοῦ παραπετάσματος σαρκὸς οὖσαν θεωρῶν ἀνυμνεῖς, ὥσπερ τότε ἐποίεις ὑμνῶν, καὶ τὴν ἐν τοῖς χρυσοῖς τῶν ἀρετῶν κροσσωτοῖς ἐξυφασμένην στολὴν ἐγγύθεν κατανοῶν, ὑπερηδύνῃ μὲν τῇ εὐπρεπείᾳ τῆς θυγατρὸς, προαναφωνεῖς δὲ τῇ ἱερωτάτῃ χορείᾳ τὸ ἐνδόσιμον. Ἆρ' ἔστιν, ὅπως καὶ ἡμῖν ἀξιώσεις παρελθὼν διατάξαι τὴν εὐφημίαν, καὶ συνεπιλήψῃ τῆς προθυμίας, βουλομένοις τῇ θυγατρὶ ὥσπερ τι δῶρον ἑόρτιον προσενηνοχέναι τὸν λόγον; Ἢ παραιτήσῃ, καὶ οὐκ ἐθέλεις αὐτὸς ταῖς ἀκηράτοις ἐνδιατρίβων λήξεσι πρὸς ἡμᾶς κατιέναι, οὓς αἱ κάτω περιφέρουσι κῆρες; Ἀλλ' οὔμενουν παραιτεῖται· πάρεστι δὲ, καὶ συμμετέχει τοῦ πράγματος, καὶ συγκατασκευάζει τὸ ἔργον, οὐδέν τι νεμεσῶν, τοῖς ἐκείνου φθέγμασιν ἀποχρωμένοις ἡμῖν, εἰς τὴν τοῦ λόγου κατασκευήν· οἷς οὖσι προσφορωτάτοις κεφαλὴν ἐπιθέντες τὴν τοῦ καλοῦ νυμφευτοῦ φωνὴν τῆς χαρᾶς, κοινῇ τῇ παρθένῳ ποιῶμεν τὸν ἔπαινον. Εἴπωμεν τοίνυν αὐτῇ· μᾶλλον δ' ὁ ταῦτα προανυμνήσας λεγέτω· Χαῖρε, ἡ κιβωτὸς, δι' ἧς ὁ Θεὸς ἐν τῷ διὰ σοῦ ἀναστῆσαι τὸ πλάσμα τοῦ πτώματος, ἐφ' ᾧ κειμένῳ τὰ τῆς στοργῆς ἐτρύχετο σπλάγχνα, κἀντεῦθεν ἀνεστηκότος ἀναπαυσάμενος, εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀνέστη ἀνάπαυσιν. Χαῖρε, τὸ ποῖον ὄρος, οὗ τὴν πιότητα κατιδὼν ὁ τῆς φύσεως γεωργὸς, ἐκ σοῦ ἡμῖν ἐγεώργησε τὴν ἀφθονέαν τῶν ἀγαθῶν. Χαῖρε, δι' ἧς ὀσφύος θνητῆς ἐπὶ τὸν αἰώνιον θρόνον αἰωνίως καθίσων, ἐνίδρυται Βασιλεύς. Χαῖρε, ἐν ᾗ ὕσας ὁ τῆς ζωῆς ὑετὸς, αὐχμῷ κινδυνεύοντα θανάτου τὰ πέρατα διεσώσατο. Χαῖρε, ὁ δεξιώτατος τόμος τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου γραφῆς (ἐπισυνήφθω γὰρ τοῖς προπατορικοῖς ἱερολογήμασι, καὶ ἃ, τῷ αὐτῷ πνεύματι χειλέων ἑτέρων ἱερολογήθη, τῇ αὐτῇ προσαναρμόζοντα χορείᾳ), δι' οὗ τετρυχωμένοις ἡμῖν τῷ

[a] Psal. XLIV, 14. [b] Psal. CXXXI, 8. [c] Psal. LXVII, 16. [d] Psal. CXXXI, 11. [e] Psal. LXXI 6.

βαρεῖ τῆς δουλείας ζυγῷ, ἀναφαίρετος ἐγράφη ἐλευθερία. Χαῖρε, Ῥάβδος, ἐξ ἧς τοῦ ζωηροῦ ἄνθους τῆς εὐλογίας ἐξανθηκότος, ἡ φθοροποιὸς ἀπεφθάρη κατάρα. Χαῖρε, ἡ τὸν ἄστεκτον ἄνθρακα περισχοῦσα λαβίς, δι' οὗ τῆς ῥυπαρᾶς ἁμαρτίας, ἐν τῇ χειλέων προσψαύσει ἐκκαθαιρόμεθα. Χαῖρε, ἡ τὸν καινῶς καὶ ὑπερφυῶς γεωργηθέντα ἄρτον φέρουσα τράπεζα· οὗ τραφέντες οἱ τῇ γεωργίᾳ τῆς ἀκάνθης λιμῷ ἀπολλύμενοι, τοῦ κινδύνου διασεσώσμεθα. Χαῖρε, πύλη, ἡ μόνῳ τῷ Βασιλεῖ, εἰς τὴν εἴσοδον τῆς καθ' ἡμᾶς ἀφωρισμένη ζωοπλαστίας, τῶν κλείθρων σοι τῆς σεπτῆς παρθενίας ἀκινήτων μεμενηκότων. Χαῖρε, καλάτιον, ἐξ οὗ ἐν ταπεινῷ σχήματι προεληλυθὼς ὁ Βασιλεὺς, καὶ τὸν ἀνῃρημένον τὸ καθ' ἡμῶν κράτος θάνατον ἀνελών, τὸ τῆς ἐκείνου τυραννίδος ὀδυνηρὸν, καὶ ἐπίπονον, εἰς ἀνάπαυσιν ἡμειψεν· ᾗ καὶ αὐτὴ σήμερον προσομιλοῦσα, πρὸς τὴν διὰ σοῦ κεχορηγημένην διαβαίνεις ἀθανασίαν.

A periculum venissent, incolumes servavit. Ave, elegantissimus Dei Verbi scripturæ tomus [7] (addamus enim avitis, ac Davidicis elogiis alia, eodem spiritu a prophetis aliis fusa ac decantata, nec a præsenti choro aliena) per quem, cum gravi servitutis jugo tereremur, inviolabilis nobis libertas scripta est. Ave, Virga, ex qua, cum tanquam vitalis flos, benedictio efloruisset [8], mox maledictio, interitus effectrix, interiit [9]. Ave, forceps, carbonem illum importabilem complexa, quo a peccati sordibus, labiorum contactu emundamur. Ave, mensa, quæ panem illum novo ac naturæ inaudito modo confectum gestas; quo sustentati, qui spinarum messe proventuque, fame enecabamur, ex tanto discrimine evasimus. Ave, porta, quæ soli Regi ingressuro ad nobis similem induendum naturam destinata es [10], claustris venerandæ tuæ virginitatis immotis. Ave, palatium, ex quo humili habitu progressus Rex, erectam contra nos mortis potentiam sustulit : durissimamque ipsius ac molestissimam tyrannidem, in requiem commutavit : ad quam tu quoque hodierna die recepta, ad immortalitatem per te mundo concessam, proveheris.

B

Πολλαὶ θυγατέρες ἐποίησαν δύναμιν (προσκείσθω καὶ τοῦτο τοῖς ἐγκωμίοις τὸ μέρος, ἐπείπερ οὐδαμῇ ἐτέρωθι συμβαίνει τῶν ῥημάτων τὸ ἀληθὲς), *πολλαὶ ἐκτήσαντο πλοῦτον*· κρατεῖ δ' ἁπάντων, ἡ παρὰ πάντας ὑπερδεδοξασμένη. Οὔκουν ἐν τῷ κάλλει αὐτῆς ψευδομένη ἀρέσκεια. Διὰ τοῦτο καταστὰς εἰς ἀρέσκειαν αὐτῆς ὁ Θεὸς, ἐκ πασῶν γενεῶν μητέρα ἐκλέγεται· καὶ τῶν ἐκείνης αἱμάτων μορφοποιούμενος, εἰς τὸ ἀρχαῖον τὴν διαῤῥυεῖσαν τοῦ πλάσματος ἀνακαινίζει μορφήν. Τῷ ὄντι μόνη ἐν γυναιξὶν εὐλογημένη, ἡ μόνη τῇ προμήτορι, καὶ τοῖς ἐξ αὐτῆς βοηθήσασα· τῇ μὲν, οἷς διπλῆν οὖσαν τὴν κατήφειαν, ἑαυτῇ, καὶ τοῖς τέκνοις λυμηναμένῃ, διελύσατο· τοῖς δὲ δι' ὧν τούς τε κατόχους ὄντας τῷ κακῷ, ἀπελυτρώσατο· καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα οὐκ εἶασε κατασχεθῆναι τῇ συμφορᾷ· οὐκ ἔτι κεχωρηκυίας ἐπὶ τὸ πρόσθεν τῆς πρώην τὸ πλάσμα καταμομένης ἀρᾶς· ἀλλ' εἰς ἀνάῤῥουν στραφέντος τοῦ κακοῦ ῥεύματος, ἐπιστάσης τῆς εὐλογημένης· οὐδ' ἔτι κρατουμένων ἀνθρώπων ἐν τοῖς ἀφύκτοις τοῦ θανάτου λίνοις, ἀλλὰ χρωμένων αὐτῷ διαβατηρίῳ πρὸς τὴν ζωὴν, τοῦτο δὴ τὸ ἐπὶ τῇ εὐλογημένῃ ἀρτίως πανηγυριζόμενον· ἣν διὰ θανάτου πρὸς ἑαυτὸν διαβιβάζων ὁ Βασιλεὺς, καὶ Υἱὸς, τῆς ἰδίας δόξης τῇ μετοχῇ, παρὰ πᾶσαν κτίσιν ἐνδοξοτέραν δεικνύει· ἀντισηκῶν οὕτω τὴν ἐξ αὐτῆς μετοχὴν, ᾗ παραπλησίως ἡμῖν ἐμορφώθη, ὁ τοῦ Πατρὸς ἀναλλοίωτος χαρακτὴρ· σαρκὸς καὶ αἵματος ἡμῖν παραπλησίως μετεσχηκώς· καὶ μητρικῆς θεραπείας, τῇ πρὸς αὐτὸν παῤῥησίᾳ, καὶ τῇ ἐγγύτητι ἀντιθεραπεύων· δι' ἣν, ὡς μὴ ῥαγεῖσα κόσμου, μηδ' ἀφ' ἡμῶν μακρυνθεῖσα, οὐκ ἐζημίωσε τὸν κόσμον τῆς ἰδίας ὁμιλίας· ἀλλ' ὧν ἐπ' ὠφελείᾳ κοινῇ τῆς εἰς βίον εἰσόδου μετέλαχε, τούτων, καὶ παροδεύσασα, κοινὴν ἐργάζεται διηνεκῶς τὴν ὠφέλειαν. Συνδιατρίβει καὶ ἔτι περινοστοῦσα, τοῖς κάτω· μᾶλλον δὲ νῦν πανταχοῦ φθάνει ὁ ἐμψυ-

Multæ filiæ fecerunt virtutem (addatur et hoc reliquis encomiis, quandoquidem nusquam alibi ejus veritas constat) *multæ acquisierunt divitias* [11] : at major omnibus est, quæ apud omnes celebratur. Haudquaquam fallax ejus pulchritudinis gratia : quamobrem Deus, ejus specie ac pulchritudine captus, ex omnibus unam hanc sibi matrem delegit; exque ejus sanguinibus humanam assumens formam, figmenti formam quæ difluxerat, in pristinum statum instaurat. Vere sola in mulieribus benedicta, quæ sola primæ parenti, ejusque posteris opem tulit : illi quidem, qua duplicem calamitatem, cujus illa sibi ac filiis auctrix fuerat, exsolvit : hos vero, qua a malis, quibus obnoxii tenebantur, redemit; nec est passa ut posteri, in eadem mala denuo incurrerent, ut nimirum maledictio, secundum eum cursum, quo humanum depascebatur genus, haud ultra procedat : sed retro actus sit, ac conversus mali impetus, ejus præsentia, quæ benedicta exsistit, ut nec amplius homines inevitabilibus mortis casibus teneantur, sed utantur ea tanquam transitu ad vitam; hoc plane, quod in benedictæ hisce solemniis, festive recolimus : quam Rex Filiusque, mortis interventu ad se traducens, qua propriæ gloriæ facit participem, majori supra creata omnia, gloria auget : ea ratione vicem rependens ejus ex ipsa participationis, qua Patris immutabilis character, similem nobis formam accepit : more nostro, effectus particeps carnis et sanguinis, proque materna ipsa impensa cura, agendi libertate apud ipsum donatam, sibi proximam locans, quo munere, tanquam minime a mundo abscissa aut nobis subducta, nihil mundus ejus ergo consuetudinis jacturæ fecit : nam quibus ut prodesset in hunc mundum venit, iisdem jam quoque in cœlum translata, conducibilia pro-

C

D

[7] Isa. VIII. 1. [8] Num. XVII, 8. [9] Isa. VI, 6. [10] Ezech. XLIV, 1. [11] Prov. XXX, 29.

curare nunquam desinit. Hactenus in terris commoratur, nostra circumlustrans : quin magis jam ubique adest animatum cœlum, omnesque similiter fovens, beneficentiæ stillas pluit; arentemque vitam nostram, a peccati æstuantibus flammis, irriguam facit. Nunc omnes adit; quippe via faciliori, maternoque affectu cognatos invisens, præsto est promptissime ut incommoda depellat; pro universorum stans salute, pro omnibus immaculatissimas extendens manus, quibus universorum salus vecta est.

Idcirco os omne plenum est laudis, qua ejus celebrentur magnalia, atque a cunctis ætatibus beata prædicatur [12] : quam etiam prædicationem jam olim proferri eminus intuens, magnificabat in exsultatione rerum adeo mirabilium effectorem. Seth, o beatissima, reipsa exhibita sunt verissima tua illa oracula. Ecce enim omnes nationes præconia tua celebrantes, beatam te acclamant, omni quidem id tempore; potissimum autem in præsenti, quo ad Filium translata ac inseparabili illi consortio adhærens, non cessas in terra positis opem ferre. Beatam te dicunt omnes fines terræ, quod res ineffabiles tuo ministerio sint peractæ; qua nimirum Altissimi brachium, per te suam potentiam notam fecit, cum illud altiori supra rationem modo ex te carnem sumens, sua humilitate, tum excelsum illum in superbia dejecit, tum humiles exaltavit. Beatam te dicunt, qui donec exorta esset, tua illa sine semine spica esurientes; ea exorta, omni abunde bonorum copia recreati sunt. Habebat quidem antiquus Israel, arcam tui imaginem adjutricem, si quando rebus adversis urgeretur et ut quandoque inopiam levaret : verum erant, quæ gerebantur, reipsa imaginis atque figuræ, iis longe inferiora, quæ per te præstantur. Quocirca neque semper opem ab ea impetrabant, sed tum, cum pio erant in Deum animo, neque a recta divinorum semita aberrabant, salutem consequebantur. At si quid commisissent, seque reos culpæ alicujus, divinorum præceptorum transgressione constituissent, non solum nihil auxilii depellendo periculo suppeditabatur; sed et ipsa arca una cum ipsis periclitabatur [13]. Quare aliquando accidit, ut ab alienigenis caperetur, cum populi scelera grandiora essent, quam quod ea præstaretur auxilium, tropæumque adversus gentem, in manus hostium cederet : atque adeo ipsa captiva abducitur, etsi illic quoque Deus, ejus consulens majestati, morbi plaga eos qui cepissent ulciscitur : diique, quos inani illi cultu venerabantur, id lucri ex tantis illis spoliis reportarunt ut corruerent, non valentes iis consistere basibus quibus locati erant : in terram allisi, ac comminuti, simul atque arca ad illos invecta esset. Verum tua haud ita habent, nec tali auxilio novum populum tueris ac protegis : quin et prius iis qui

[12] Luc. I, 47. [13] I Reg. IV, 4 seq.

χος οὐρανός· ὁμοίως ἅπαντας περιέπουσα, καὶ τῆς εὐεργεσίας ὗουσα τὰς ῥανίδας, καὶ λύουσα τὴν αὐχμηρὰν τῆς ἡμετέρας ζωῆς κατάστασιν, ἣν ἡ φλογώδης ἁμαρτία συνίστησι. Νῦν ἐπὶ πάντας διήκει, ἑτοιμοτέρας οὔσης τῆς πορείας, καὶ συμπαθῶς ἐπισκεπτομένη τοὺς συγγενεῖς, πρὸς τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν ὀχληρῶν, ἑτοιμοτάτη βοήθεια γίνεται, πάντων ὑπὲρ σωτηρίας ἑστῶσα· πάντων ὑπεραπλοῦσα πανα-
χράντους παλάμας, αἷς ἡ τῶν ὅλων ἐπωχήσατο σωτηρία.

Διὰ τοῦτο πλῆρες ἅπαν στόμα τῆς αἰνέσεως τῶν αὐτῆς μεγαλείων, καὶ ὑποδέχεται παρὰ πασῶν γενεῶν τὸν μακαρισμόν· ὃν καὶ πρὶν θεωμένη πόρρωθεν προφερόμενον, ἐμεγάλυνεν ἐν ἀγαλλιάσει τῶν θαυ-
μαστῶν μεγαλείων τὸν ποιητήν. Ἀλλὰ παρέστηκεν, ὦ μακαρία, ἐπὶ τῶν πραγμάτων, τὰ σὰ παναληθῆ ῥήματα. Ἴδε γὰρ πᾶσα φυλὴ, τὰς σὰς αἰνέσεις ποιουμένη, τὸν μακαρισμόν σοι προσάγει· μάλιστα μὲν ἐν παντὶ καιρῷ· διαφερόντως δ' ἐν τῷ παρόντι· ἐν ᾧ πρὸς τὸν Υἱὸν μετεσκηνωμένη, καὶ ἀδιάστατον λαχοῦσα τὴν πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν, οὐ λήγεις ἐν γῇ διαπεραίνουσα τὰς ἀντιλήψεις. Μακαρίζουσι δή σε τὰ πέρατα, διὰ σοῦ πραγμάτων ἀπορρήτων πε-
πραγμένων ἐν τῷ, διὰ σοῦ τὸν τοῦ Ὑψίστου βραχίονα, τὸ οἰκεῖον γνωρίσαι κράτος· ἐκ σοῦ ὑπὲρ λόγον σωματωθέντος, καὶ τῇ ἑαυτοῦ ταπεινώσει, τὸν μὲν ὑψηλὸν ἐν ὑπερηφανείᾳ καταβεβληκότος· τοὺς δὲ ταπεινοὺς ἀνυψώσαντος. Μεγαλύνουσί σε, οἱ μέχρι τοῦ σοῦ ἀσπόρου πεινήσαντες στάχυος· ἐκείνου δὲ τῇ φυῇ, ἀφθόνως τοῖς ἀγαθοῖς ἐντρυφήσαντες. Ἦν μὲν οὖν Ἰσραὴλ τῷ γηραιῷ τῆς σῆς δόξης εἰκὼν, κιβωτὸς ἐπίκουρος ἐλαττουμένοις, καὶ ἔνιοτε ἐνδεὲς ἀναπληροῦσα· ἀλλ' ἦν εἰκόνος, ὡς ἀληθῶς τὰ γινόμενα· καὶ πολὺ τῶν διὰ σοῦ γινομένων λειπόμενα. Διὰ τοῦτο οὐ βοηθείας ἀεὶ παρ' αὐτῆς ἠξιοῦντο· ἀλλ' ὀρθῶς μὲν τὰ πρὸς Θεὸν διακειμένοις, καὶ μὴ τῆς εὐθείας τῶν θεσπισμάτων τρίβου ἀπο-
πλανωμένοις, ἅπηντα ἡ σωτηρία. Δίκης δ' ἐνόχοις αὐτοῖς γεγενημένης, οἷς κατωλιγώρουν τῶν προσταγμάτων· οὐ μόνον οὐ παρῆν ἡ ἐπικουρία τὸν κίνδυνον ἐπαμύνουσα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ τούτοις συνεκινδύνευεν. Οὕτω ποτὲ ἁλώσιμος τοῖς ἀλλοφύλοις ἐδείκνυτο, τῶν τοῦ λαοῦ πταισμάτων ἐπικρατησάντων τῆς ὑπ' αὐτῆς χορηγουμένης ἀντιλήψεως· καὶ πρὸς τὴν χεῖρα τῶν πολεμίων τὸ κατὰ τοῦ ἔθνους χωρεῖ τρόπαιον· αὐτὴ δορυάλωτος γίνεται, εἰ καὶ Θεὸς κἀκεῖ τὸ τίμιον αὐτῇ διασώζων, νόσου πληγῇ τοὺς αἰχμαλωτεύσαντας τιμωρεῖται· καὶ οἱ φαύλως ὑπ' ἐκείνων τιμώμενοι θεοί, κέρδος τῆς τοσαύτης λαφυ-
αγωγίας τὴν σφῶν λαμβάνουσι πτῶσιν, οὐ δυνηθέν-
τες ἐπὶ τῆς ἰδίας ἵστασθαι βάσεως· ἀλλ' εἰς γῆν συντριβόμενοι, ὁμοῦ τῇ τῆς κιβωτοῦ παρ' αὐτοὺς εἰσελεύσει. Ἀλλ' οὐχὶ τὰ σὰ τοιαῦτα, οὐδὲ τοσαύτης τῷ νέῳ λαῷ παρὰ σοῦ μέτεστιν ἀντιλήψεως· ἀλλὰ καὶ πρότερον παντελῶς οὖσι καταπεπολεμωμένοις ὑπὸ τῶν κακῶν, ἐπήμυνας· καὶ νῦν οὐχὶ μόνον ἐπ'

εὐθείας τῶν ἐνταλμάτων ὁδοῦ βαδίζειν προαιρουμέ- A
νων ἡ παρὰ σοῦ βοήθεια συνέπεται, ἀλλὰ καὶ πρὸς
τὴν ἐναντίαν ἐκτρεπομένοις, καὶ ταύτῃ ἐνδίκως ἂν
ὄφλουσι ποινήν, εὑρίσκῃ ἀποχρῶσα, καὶ τῆς δίκης
τοὺς ἐνόχους ἐξαιρουμένη.

Reveretur enim Deus sacratissimam Arcam suam, benignumque se exhibet iis, qui benignitate indigni sunt; pœnaque solvit, ac justitiæ lancem declinat, alioque vertit, tui ratione velut personarum acceptator factus, ac manuum extensionem reveritus, quæ ipsi vehiculum fuerunt. Nec enim patitur ut sublatas despiciat; inflectitur ad misericordiam, ac debita clementer remittit, sua dignans placabilitate, quibus merito pœna irroganda erat. Ergo ubi tu præsens es, nulla adversariis superat loquendi fiducia; nullum tristia locum inveniunt, ubi tui splendoris lætitia affulget. Cum enim a principio in hunc mundum veneris, ut læto magis statu componeres, eamdem semper retines voluptatem, nec unquam beneficia nobis præstare cessas.

Δυσωπεῖται γὰρ σε Θεὸς τὴν πανιερωτάτην αὐτοῦ Κιβωτὸν, καὶ χρηστεύεται, πρὸς τοὺς οὐκ ὄντας ἀξίους χρηστότητος· καὶ τῆς δίκης ἀφίησι, παραλίνων τὰ τῆς δίκης ζυγὰ, προσωπολήπτης διὰ τὴν σὴν ἀξίαν γενόμενος, καὶ τῶν χειρῶν τὴν ἔκτασιν εὐλαβούμενος, αἳ τούτῳ γεγόνασιν ὄχημα. Οὐ γὰρ ἀνέχεται παρορᾷν αὐτὰς αἰρομένας· πρὸς ἔλεος διακλᾶται, καὶ λύει συμπαθῶς τὰ χρέα, τῆς παρ' αὐτοῦ ἀξιῶν εὐμενείας, ἀνθ' ἧς ἦν ἄξιον ὑποσχεῖν τιμωρίας. Οὐκ οὖν ὅπῃ σὴ παρουσία, τῶν ἐναντίων B
ἡ ὁμιλία λαμβάνει τὴν παῤῥησίαν· οὐδ' εὑρίσκει χώραν τὰ σκυθρωπὰ τῆς σῆς ἐπιχωριαζούσης φαιδρότητος. Ἀπ' ἀρχῆς γὰρ εἰς κόσμον παριοῦσα, ἐπὶ φαιδροτέρᾳ τούτου καταστάσει, τὴν αὐτὴν ἀεὶ διασώζεις προαίρεσιν, τῆς τῶν δεξιῶν χορηγίας οὐ λήγουσα.

Erat Israelitis quoque candelabrum, septenario luminum fulgore conspicuum; et urna, in qua manna servabatur; et virga, virginitatis tuæ præconium, quasi florem emittens; et id genus alia, quibus natio illa merito super omnes nationes sese efferebat. Verum recesserunt hæc omnia, cum inclyto eorum nomine ac majestate. Cum enim te adumbrarent, adventu fulgoris tui abdita sunt. Tu vero, tanquam perpetuo lumine collustratum candelabrum lucens a peccati tenebrosa morte eruisti, pariter atque eruis. Mundum totum tuarum virtutum floribus bene olentem efficis. Ferens salutis florem, eumdem vitali ex te confecto pane alis. A te indesinenter beneficia, quasi ex fonte manant, jugique illa bonorum scaturigine, calamitatum, quas patimur, impressionem ac cursum cohibes. Dissipantur tristitiæ nubila, dum nitore tuo serenas vitam. Fugantur morbi: periculorum terror in securitatem commutatur: nihil non adest bonorum, ut ipsa velis: nullumque malum quod non propulsetur, modo opem tuleris. Annuit enim in omnibus, ac per te omnia largitur, qui, ut beneficio singulari figmentum suum afficeret, in hanc te vitam nasci concessit; ex quo nimirum ad interminabilem illam transmittens vitam, communis festi gaudia præbuisti, tum iis quos vita illa in portum receptos, alta fruentes tranquillitate habet: tum iis, quos ista instabilibus et reciprocis quasi fluctibus, hactenus circumagitat. Ut enim illorum pariter, ac nostra Domina, ab utrisque laudaris.

Ἦν αὐτοῖς καὶ λυχνία φώτων ἑβδομάδι περιαυγαζομένη, καὶ στάμνος τοῦ μάννα ταμεῖον· καὶ ῥάβδος τῆς σῆς παρθενίας ἀνθοφοροῦσα τὸ κήρυγμα· καὶ τὰ ἄλλα, οἷς μέγα εἰκότως ἐφρόνει τὸ ἔθνος, παρὰ πάντα τὰ ἔθνη. Ἀλλ' ὑπεχώρησε μετὰ τοῦ κλεινοῦ ὀνόματος αὐτῶν, καὶ τῆς σεμνότητος. Σὲ γὰρ σκιαγραφοῦντα, τῇ σῇ ἐκρύβη ἐπιφανείᾳ. Φαίνῃ δὲ ἄρα ἡ ἀείφωτος σὺ λυχνία, τοῦ σκοτεινοῦ καὶ C
ῥυσαμένη, καὶ ῥυομένη θανάτου τῆς ἁμαρτίας. Εὐωδιάζεις τὸν κόσμον τῇ σῇ τῶν καλῶν ἀνθοφορίᾳ. Ἢ τὸ ἄνθος ἀνασχοῦσα τῆς σωτηρίας, τρέφεις τῷ ἐκ σοῦ πεφυραμένῳ ζωηρῷ ἄρτῳ. Πηγάζεις ἀδιαλείπτως τὰς δωρεὰς, καὶ τῇ ἀεννάῳ βλύσει τῶν χρηστοτέρων, τὴν τῶν περιστάσεων φορὰν ἀνακόπτεις. Σκεδάζεται τῆς ἀθυμίας τὰ νέφη, διὰ σοῦ αἰθρίας τὸν βίον ἀγλαΐζούσης. Ἐλαύνεται πάθη, τὸ φοβερὸν τῶν κινδύνων εἰς ἄνεσιν μεταβάλλεται· οὐδὲν, ὃ μὴ παραγίνεται τῶν χρηστῶν, σοῦ βουλομένης· καὶ οὐδὲν ὃ μὴ φεύγει τῶν ἐναντίων, σοῦ ἀμυνούσης· κατανεύει γὰρ ἀεὶ ἐπὶ πᾶσι, καὶ δίδωσι πάντα διὰ σοῦ, ὁ ἐπ' εὐεργεσίᾳ τοῦ πλάσματος, τὴν σὴν εἰς τὸν βίον πάροδον δεδωκὼς, ἐξ οὗ πρὸς τὸν ἀπέραντον διαπεραιουμένη βίον, κοινῇ προ- D
στρέψω πανηγυρίζειν, οὕς τε ἐκεῖνος ἐν βαθείᾳ γαλήνῃ κρεσορμοῦντας ἔχει, καὶ οὓς οὗτος ἀστάτοις ἔτι περιφέρει ταῖς παλιῤῥοίαις. Ὡς γὰρ αὐτῶν τε δεσπόζουσα καὶ ἡμῶν, ὑφ' ἑκατέρας λήξεως ἀνυμνῇ.

At, o Virgo, et mater, quæ virginitatem et partum, res sic diversas, in te conjunctas ostendisti. O protectio, et perfugium, atque anchora, totum iu te mundum tenens conservansque. Hoc ego orationis munus tibi dono, tuæ translationis pro viribus honorandæ gratia: ad cujus solemnitatem, præter spem eorum qui dies vitæ nostræ (quos ipsi

Ἀλλ', ὦ Παρθένε, καὶ Μῆτερ, ἡ παρθενίαν καὶ τόκον, τὰ πολὺ ταῦτα διεστῶτα, ἐπὶ σοὶ δείξασα ἡνωμένα. Ὦ σκέπη, καὶ καταφύγιον, καὶ ἄγκυρα κόσμου ὅλου ἐν ἑαυτῇ κρατοῦσά τε, καὶ περισώζουσα. Αὕτη σοι παρ' ἡμῶν ἡ τοῦ λόγου προσένεξις, τὴν σὴν, ὅσον ἡμῖν ἐξήκει, τιμῶσα μετάστασιν· πρὸς ἣν, παρ' ἐλπίδας τῶν οὐκ εὖ τὰς ἡμετέρας,

non subministrant) perperam metiuntur, vitæ nostræ curriculum durare voluisti. Tu vero vice hujus muneris et oblationis, da nobis, non vitæ longitudinem (non adeo eam amo, neque insatiabili desiderio hujus amaræ navigationis, et quam conjunctam habet, agitationis, teneor) : sed, si ita decretum, nos ex hac vita subducere, largire, ut peccatorum pondere lever. Quod si diutius in carne manendum erit, etsi hoc scio quibusdam ingratum fore, tu concede, ut et ipsis et nobis fructuose gregem pascam ; simulque mecum pasce, duc et educ ne ad aliorum operum rationem supremo illo examine, damnationis reatus propter subditos accedat : sed ut omnes sicut hic, ita et ibi indesinenter festum diem agamus, et collætemur in illa primogenitorum celebritate : in Christo Jesu primogenito tuo Filio ac Domino omnis creaturæ : quem decet gloria, potestas, honor et adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

A

B

οἷον οὐκ εἰσὶ χορηγοὶ, τῆς ἡμῶν βιώσεως ἐπιμετρούντων, τὸν ἡμέτερον βίον διαρκέσαι εὐδόκησας. Σὺ δ' ἡμῖν δοίης ἀντὶ τῆς προσενέξεως, οὐ μῆκος βίου (οὐχ οὕτως ἐρῶ, οὐδ' ἀκορέστως ἔχω τοῦ ἁλμυροῦ τούτου πλοῦ, καὶ τῆς ἐνταῦθα περιφορᾶς), ἀλλ' εἰ κέκριται μεταναστεύειν ἡμᾶς, τοῦ φόρτου τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἐλαφρότητα. Εἰ δὲ καὶ ἔτι, κἂν εἰς ἄχθος ἐνίοις τό γε, παραμένειν δεῖ τῇ σαρκὶ, ἀλλὰ σύ γε παράσχοις λυσιτελῶς αὐτοῖς τε, καὶ ἡμῖν ποιμένειν τὸ ποίμνιον, αὐτὴ καὶ συμποιμένουσα, καὶ συνδιεξάγουσα · ὡς ἂν μὴ ἐπὶ τῇ τῶν ἔργων εἰσπράξει, καὶ ἡ ὑπὲρ ἐκείνων προσέλθοι κατάκρισις · ἀξιοῦσα, πάντας ἅμα κακεῖθεν, ὥσπερ καὶ ἐντεῦθεν ἀλήκτως ἑορτάζειν, καὶ συνευφραίνεσθαι ἐν τῇ πανηγύρει τῶν πρωτοτόκων. Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ σῷ πρωτοτόκῳ Υἱῷ, καὶ Κυρίῳ πάσης τῆς κτίσεως · ᾧ πρέπει δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO XV.

Dominica post Pentecosten, ejusdem imp. Oratio, in universæ terræ sanctos universos, quando generis nostri adversarium, suis in certaminibus prostraverunt, et universalis Dei Ecclesia illos honorat.

ΛΟΓΟΣ ΙΕ'.

Κυριακῇ μετὰ τὴν Πεντηκοστήν. Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τοὺς ἁπανταχοῦ γῆς ἁγίους πάντας · ὅτε τὸν ἀλάστορα τοῦ γένους οἰκείοις ἄθλοις κατέβαλον, καὶ ἡ παγκόσμιος Ἐκκλησία τούτους τιμᾷ.

(Gretser., t. XV, p. 329.)

Antea Spiritus sancti ad homines adventum celebrabamus, Verbo jam ad superas sedes profecto. Nunc festum diem nobis constituunt ministri sermonis, qui variis tormentis corpore suo excruciati sunt, ut animæ stolam intactam custodirent. Heri sacrum diem egimus Paracleto, qui ad apostolos descendit, et per ipsos velut perennibus quibusdam fluviis totum terrarum orbem irrigavit. Hodie recolimus immortales illos flosculos, martyres, inquam, quos terra quidem submisit, at cœlum jam recepit. Sed quæ lingua his decantandis satis est sonora? quæ mens satis idonea? Quod si qua angelis est lingua, eam oportebat horum laudes texere. His enim qui luctam supra naturæ vires luctati sunt, quomodo pro meritis et dignitate censeatur illa laudatio, quam natura instituit? Verum plane credendum est, eximios hos athletas celebrari ab angelis, ea, quam ipsi agunt, solemnitate; sed an ideo æquum erit, ut nos qui in terra degimus, quia dicendo tantam excellentiam æquare non licet, penitus ab horum cultu et honore desistamus, et non potius, quidquid vires ferunt, conferre tentemus? Igitur ad exordium oratione revocata, rem ipsam aggrediamur.

C

D

Πρότερον ἡ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐπανηγυρίζετο πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημία, ἤδη τοῦ Λόγου τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τελεσαμένου. Νῦν ἡμῖν συγκροτοῦσι τῆς ἑορτῆς τὴν ὑπόθεσιν οἱ ὑπηρέται τοῦ λόγου ποικίλαις βασάνων ἰδέαις τὸν δερμάτινον χιτῶνα διαξανθέντες, ἵνα τὸ ἀκέραιον τῇ στολῇ τῆς ψυχῆς συντηρήσωσι · χθὲς τὸν Παράκλητον ἐθειάζομεν, ἐνδημοῦντα τοῖς ἀποστόλοις, καὶ δι' αὐτῶν, ὥσπερ τισὶ ποταμοῖς ἀενάοις τὴν οἰκουμένην ἀρδείας πληροῦντα. Σήμερον, τὰ ἀμάραντα ἄνθη, ἃ γῆ μὲν ἐξανέτειλεν, ὑπεδέξατο δὲ οὐρανὸς, τοὺς μάρτυρας. Ἀλλὰ τίς εὔηχος γλῶσσα; τίς διαρκὴς νοῦς πρὸς εὐφημίαν; εἴ τις ἄρα ἐστὶ γλῶσσα ἀγγέλων, ταύτην ἐχρῆν διαπλέκειν τὴν εὐφημίαν· οἷς γὰρ ὑπὲρ φύσιν, ἡ πάλη, πῶς τούτοις ἀποχρῶν πρὸς τιμὴν ὀφθείη ὁ ἐκ τῆς φύσεως ἔπαινος; ἀλλ' ἄγγελοι πάντως τῇ καθ' ἑαυτοὺς πανηγύρει, τοὺς ὑπερφυεῖς τιμῶσι γεννάδας. Μή ποτε δὲ οὐχ ὅσιον, ἡμᾶς τοὺς ἐν γῇ, ὅτι μὴ τῆς ἀξίας ἐφικνούμεθα, ἤδη παντελῶς κατολιγωρεῖν τῆς τιμῆς, χρῆναι δὲ μᾶλλον συνεισενεγκεῖν, ὅσον ἧκεν εἰς δύναμιν; Οὐκοῦν, ὥσπερ εἰς ἀρχήν τινα καταστήσαντες τὸν λόγον, τοῦ ἔργου ἐπιληψόμεθα.

Itaque cum jam divina cognitio animas irrigaret, aridum prorsus et omnis humoris expers humanum genus vivebat, quin et ab idololatriæ cultusque inanium deorum flamma absumebatur, et quæ a conditore indita erant semina, non poterant naturæ consentaneos, et quales ex probo semine prodire solent, fructus proferre ; sed quidquid succreverat, id peregrinum et alienum erat, et ortus sui manifestiora dabat indicia, quam soleant monstra præbere documenta morbi eorum, a quibus progene-

Ἤδη μὲν οὖν τῆς ἐπαρδούσης θείας γνώσεως τὰς ψυχὰς, ἄνικμον ἦν παντελῶς τὸ ἀνθρώπινον, εἰδωλομανίας δὲ ἐκέκαυτο πυρὶ, τὰ δὲ ἐντεθέντα παρὰ τοῦ δημιουργοῦ σωτηρίας σπέρματα, οὐδ' ἦν ἀνασχεῖν βλάστην γνησίαν τῆς φύσεως, οὐδ' οἷα προέλθοι ἂν σπέρματος ἀγαθοῦ, ἀλλὰ πᾶν, ὅπερ ἐπεφύκει ἀλλότριον, καὶ ξένον ἦν γνωρίσματος οἰκείου πλέον, ἡ νόσῳ [νόσου] τῶν γεννώντων τὰ τέρατα. Δαιμονίων γὰρ ἔτικτε θεραπευτὰς, καὶ οὐ τῆς δημιουργοῦ τῶν ὅλων αἰτίας, ἁπάντων καταλελοιπό-

των μικροῦ δεῖν ἀνθρώπων τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν, καὶ πρὸς ἐκείνους μεταταξαμένων. Ἐπεὶ δ' ὁ ἐξ ἀρχῆς πλάσας δι' οἶκτον τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἔφερε βλέπειν τὴν τοσαύτην ἐπὶ πᾶ χείρω ροπὴν, οὐδὲ τὴν οὕτω πικρὰν τοῦ πλάσματος τυραννίδα, ἀλλ' εὐδόκησεν αὐτὸς γενόμενος ἄνθρωπος, ἐν ὁμοίῳ σχήματι ἐπεμύνειν ἀνθρώποις, ἄρτι μὲν θείου ῥανίσιν αἵματος ἀπεσβέννυτο τῆς εἰδωλομανίας ἡ φλὸξ, ἐδροσίζετο δὲ ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καὶ κατὰ βραχὺ πίνουσα τῶν σταγόνων, ἀνέφερε πρὸς ἑαυτὴν, καὶ καρποὺς ἐνηνόχει, οὐκ ἀλλοτρίους, ἀλλ' ἰοικότας, οἷς ἐξ ἀρχῆς ὁ γεωργήσας, ἡμῖν ἐγκατέθετο σπέρμασι. Καὶ ἤδη μὲν κατεπεφρόνηντο δαίμονες, ἐπανῆει δὲ πρὸς τὸν Κτίστην ἡ τιμὴ καλῶς ἀπὸ τῶν κτισμάτων ἀναχωροῦσα. Τοῦτο οὖν ἐπείπερ ἐγεγόνει, ἠσχαλλεν ἀνώμενον τὸ δαιμόνιον γένος, οὐδ' ἠνείχετο βλέπειν ἐφ' οὕτω χρηστὴν μεταβολὴν ἐπανιόντα τὸν πρὸς τὰ χείρω μετατραπέντα. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς ἀκήρυκτον ἀνῃρέθιστο πόλεμον. Καὶ ἐπειδὴ προβάτων, καὶ βοῶν αἵματα τοὺς βωμοὺς ἐπελελοίπει, ἀνθρωπίνοις αἵμασι φύρεσθαι τὴν γῆν παρεσκεύασε. Καὶ ὅτι σφαγίων ἐνεδεῖτο πλήθους, ἐπὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων ἐχώρει σφαγάς. Ἀλλ' ἦν δαίμοσιν ὄλεθρος, καὶ τῆς αὐτῶν ἰσχύος καθαίρεσις. Ὅσον γὰρ οἱ κρουνοὶ τῶν μαρτυρικῶν αἱμάτων ἐκενοῦντο, τοσοῦτον τῶν ἐπιθωμίων αἱμάτων αἱ ῥοαὶ ἀνεκόπτοντο, ὅσον τοῖς ἐτησίοις τῶν μαρτυρικῶν θυσιῶν ὁ ἀὴρ ἡγιάζετο, ἐπὶ πλέον τῆς κνίσσης τὸ δυσῶδες διεσκεδάννυτο.

rata sunt. Dæmonum enim pariebat cultores, non ejus, qui universa procreavit, omnibus ferme hominibus, ad dæmonum cultum, Deo derelicto, transgressis. Postquam vero is, qui ab initio hominem, misericordia motus, formarat, non tulit, ut ad deteriora semper prolaberetur, et tam duro servitutis jugo figmentum suum opprimeretur; statuit ipsemet opis ferendæ causa, humanam naturam induere, et simili sub imagine inter mortales versari. Et jam guttis divini sanguinis exstinguebatur idololatriæ flamma, et rore cœlesti perfundebatur humana natura, paulatimque stillas combibens, ad seipsam trahebat, fructusque ferebat non peregrinos, sed sibi competentes, quorum semina a primo statim ortu, cœlestis colonus insperserat. Jamque despicatui erant dæmones, honosque a creaturis ablatus Creatori deferebatur. Quod ubi factum, ira exarserunt dæmones, nec tolerandum putarunt, ut quæ ad pessimum statum devoluta fuerant, restituerentur in optimum. Quocirca etiam ad non denuntiatum bellum suscipiendum irritati sunt; et quia ovium et boum sanguis altaria jam reliquerat, curarunt, ut humano sanguine terra misceretur; et quia deerat jam cæsarum hostiarum copia, ad cædes hominum sese converterunt; quæ tamen dæmonibus interitum attulerunt, et potestatem, qua valebant, destruxerunt. Quanto magis enim fontes sanguinis a martyribus profusi aperiebantur, tanto magis fluenta sanguinis in aris immolati inminuebantur, et quanto magis aer sanctificabatur vapore sacrificiorum, quæ martyres offerebant, eo magis aliorum sacrificiorum nidor dissipabatur.

Ἀλλὰ γὰρ ἀπανταχοῦ τῆς εὐσεβείας ἐξαστραπτούσης τὸ φέγγος, καὶ τῆς σκοτομηνίας ἐπελαυνομένης, ἀπανταχοῦ γῆς ὁ ἄρχων τοῦ σκότους διέτρεχε, καὶ δόγμα ἐγράφετο, ἢ δαίμοσι φέρειν τὸ σέβας, ἢ καταφρονοῦντας τοῦ δόγματος, τῷ ζῆν ἀπελαύνεσθαι. Εἵλκετο δὴ οὖν ἐπὶ τὰς σφαγὰς τὰ ἀμώμητα θύματα, παρεδίδοτο τοῖς θηρίοις τοῖς πικροῖς τυράννοις τὰ τοῦ Χριστοῦ πρόβατα· πολύτροπος δ' ἦν αὐτοῖς καὶ ποικίλη, ἡ, ὅπως μετέλθοιεν τοὺς ἁγίους, περίνοια. Τοὺς μὲν γὰρ καὶ πρὶν ὁραθῆναι, ὅτι τὴν ἀληθινὴν ὡμολόγουν ζωὴν, τῷ θανάτῳ παρεδίδουν. Ἔχαιρον δὲ, πρὸς αὐτὸν οἱ γενναῖοι ἀγόμενοι, ὥσπερ εἰς ἱερὸν ἀπιόντες, τελειουμένην αὐτοῖς ὁρῶντες τὴν ἔφεσιν. Καὶ αὐτίκα τῷ ποθουμένῳ καθαρώτερον ὁμιλήσειν προσδοκῶντες, μηδὲν ἔτι τοῦ σαρκίνου παραπετάσματος διατειχίζοντος. Τοῖς δὲ [Οἱ δὲ], ὥσπερ φλογὸς καπνὸν, τὸν θυμὸν ὑπέκρυπτον, καὶ συνδιεπλάττοντο πρὸς τὸ ἥπιον, καὶ κηδομένοις ἐῴκεσαν, καὶ φιλούντων ποιεῖσθαι παραίνεσιν· ἔνθεν μὲν προτιθέντες ἀπόλαυσιν τῶν τοῦ βίου τερπνῶν, ἐκεῖθεν δ' οἰκτίζεσθαι λέγοντες, μὴ κακῶς ἀπόλοιντο· νῦν μὲν φείδεσθαι νεότητος ἄνθους οὕτως ὡρῶς ἀποκειρομένου, νῦν δὲ μὴ ἀφειδεῖν τοῦ τῆς ἀνδρείας χρήματος, ὃ τιμῶν, καὶ στεφάνων, ἀλλ' οὐ τιμωρίας, οὐδ' αἰκισμῶν ἐστιν ἄξιον. Καὶ μὴν ἀγαπᾷν καὶ τὰ ἐκ βασιλέως ἀγαθὰ, ἃ δωρεῖται τοῖς ἐκείνου πειθαρχοῦσι τῷ δόγματι. Ἀποβλέπειν δὲ καὶ εἰς τὸ γλυκὺ τῆς παρούσης ζωῆς, καὶ μὴ καθάπερ ἀπομύσαντας,

Porro cum lux pietatis ubique fulgeret, noctisque caligo pelleretur, ubique locorum princeps tenebrarum circumcursitabat, edictumque exiit, ut aut dæmonibus pietatis cultus tribueretur, aut qui id renuerent, ex vita exterminarentur. Trahebantur ergo ad cædem innoxiæ hostiæ, tradebanturque immanibus belluis, truculentissimis tyrannis, oves Christi, variasque rationes adhibebant, quibus sanctos e medio tollerent. Nonnullos enim trucidabant, etiam antequam constaret, eos veram religionem sequi. Gaudebant autem generosi illi pugiles, quando ad mortem ducebantur, tanquam ad sacrum tabernaculum abeuntes, cum viderent jam desiderium suum perfici, seque e vestigio clarius et prius cum eo, quem desiderabant, versaturos nullo jam amplius carnis velo interjecto. At ergo alios iram, ut flammæ fumum, occultabant, et ad lenitatem sese componebant; et quasi eorum magnam curam gererent, simulabant, et amicas cohortationes instituebant, hinc quidem vitæ hujus jucunditatibus propositis, inde commiseratione, et formidine se angi dicebant, ne male interirent; jam se ætatis flori parcere, ne tam immature demetatur. Jam rogabant, ne adeo nihili penderent ingenitam fortitudinem et invictam dexteram, rem quæ potius digna sit honoribus et coronis, quam suppliciis et pœnis. Et ut imperatoris quoque rationem ducerent, propter munera, donanda iis, qui mandatis ejus morem gererent; utque etiam vitæ hujus

dulcedinem perpenderent, neque clausis oculis ad interitum ruerent. Hæc tyrannorum subdola et malitiosa versutia. His puerilibus commentis tyranni veræ sapientiæ amatores in fraudem impellere studebant. At ex illorum numero alius aliud responsum dabat. Hic clamabat : Nihil eorum, quæ sub aspectum cadunt, me delectat, tota cupiditate ad hoc, ut pro Christo patiar, effusa. Ille vero : Jam occasio adest, ut fortitudinem meam in certaminibus pro rege meo subeundis, demonstrem. Alius : Nunc par est ut, dum flos ævi viget, delicto me sistam, priusquam senio exarescat. Alius animo ad plura diducto, et oratione copiosior talia quædam loquebatur : Sunt quidem pulchra, quæ commemorasti. Pulchra esse, neque nos inficiamur, et a Deo concessa ; ac proinde gratias eidem merito persolvimus. At qua ratione gratias ageremus, si nimia horum cupiditate ab illo sejungeremur? Quomodo mens illa gnara pulchri vocari potest, quæ donum honorat, donantem aspernatur? Pulchra sunt ista ; sed si quis totam suam cogitationem ad ea convertit, et propter eorum amorem, ejus qui vere pulcher est, amorem exstinguit, iste et pessimus sibi ipsi efficitur, et miser ob voluptatem, quam inde capit, et longe adhuc miserior ob pœnas, quas dum rebus modice sensum titillantibus inhiat, sibi asciscit. Nequaquam igitur opportuna est animi vestri in nos benevolentia, neque enim quidquam emolumenti affert. At hæc dulcia sunt, mentemque devinciendi vim habent. Sed pulchritudo animæ est incomparabilis. Non decet, ut quis præstantiore relicto, circa deterius studium et operam ponat. Suavis est præsens vita ; sed neque umbram ejus, quæ nos exspectat, vitæ complectitur. Non finiuntur res nostræ præsentibus. Exspectat nos alia vita, cujus finis nullus. Non abit in nihilum etiam isthæc nostra ex luto ficta effigies, etiamsi perpetuo quasi radatur, multoque minus anima ; sed hanc quidem insolubilis status manet ; huic vero per dissolutionem, quæ cernitur, transitus paratur ad statum indissolubilem. Et animæ quidem, si a vera cognitione non aberret, in beatorum sedibus commoratio jam decreta est ; at si ad contrarium vergat, pœnis sese obnoxiam reddit : corpus autem necessario aut bonis aut malis, quibus ipsa, perfrueretur. Si igitur in præsenti vita pulchritudinem animæ conservemus (conservabimus autem si pietatem non prodamus), hoc ipso etiam corpori meliorem formam et conditionem conciliabimus. Quod si patiamur animam in impietatem prolabi, et huic et illi insidias tetendisse jure optimo feremur. Quid igitur illa nobis affertis, quæ neque altera parte pulchrum respiciunt? Quod si et vobis ea quæ delectant, cordi sunt, quærite viam quæ ad vere delectabilia ducit. Sin minus, nobis autem tota cogitatio nostra ad illa tendit, ne præsentia proponite : nihil nos inde abstrahere potest, sive voluptatem, sive tristitiam pariat. Quid gloriam nobis pollicemini, cujus domini non estis? Quid datis,

A χωρεῖν πρὸς τὸν θάνατον. Ταῦθ' ἡ τυραννικὴ κακεντρέχεια. Τούτοις ἡ παιδαριώδης τῶν τυράννων ἐπίνοια, τῆς ἀληθινῆς σοφίας τοὺς ἐραστὰς ἐπειρᾶτο παραλογίζεσθαι. Τῶν δὲ ἄλλος ἄλλην ἱερὰν ἠφίει φωνήν. Ὁ μὲν γὰρ ἔλεγεν· Οὐδὲν τῶν ὁρωμένων ἐμοὶ τερπνόν, ὅλης τῆς ἐπιθυμίας, εἰς τὸ παθεῖν ὑπὲρ Χριστοῦ κεκενωμένης. Ὁ δὲ, Νῦν ἐπιτήδειον ἥκειν μοι τὸν καιρὸν, τὸ ἀνδρεῖον ἐν τοῖς ὑπὲρ τοῦ ἡμετέρου βασιλέως ἀγῶσιν ἐνδείξασθαι. Καὶ ἄλλος· Νῦν προσῆκεν ἐν ἄνθει τῆς νεότητος ὀφθῆναι τῷ ποθουμένῳ, πρὶν ἢ καταμαρανθῆναι τῷ γήρει. Ἕτερος δὲ ἐπιπλέον κινούμενος τὴν διάνοιαν, καὶ οἷον ῥέων τῷ λόγῳ, τοιαῦτά τινα ἐφθέγγετο· Εἶναι μὲν ταῦτα καλὰ, ἅπερ ἔφης, καλὰ καὶ ἡμεῖς σύνισμεν, καὶ παρὰ Θεοῦ δεδόσθαι μέντοι, ἐφ' ᾧ B χάριν εἰδέναι· πῶς δ' ἂν εἰδείημεν χάριν, εἰ τῷ πόθῳ τούτων ἐκείνου διαζευγνύμεθα; ποῦ δὲ φρενὸς εἰδυίας καλὸν, τὸ μὲν δῶρον ἐθέλειν τιμᾷν, τῆς δὲ τοῦ δεδωκότος τιμῆς κατολιγωρεῖν; καλὰ ταῦτα. Ἀλλ' εἴτις ὅλον τὸν νοῦν πρὸς αὐτὰ στρέφοι, καὶ τούτων ἔρωτι τοῦ ὄντως καλοῦ τὸν ἔρωτα ἀποσβέσοι, οὗτος κάκιστος μὲν ἑαυτῷ, ἄθλιος δὲ τῆς ἀπολαύσεως, ἀθλιώτερος δὲ τῆς ζημίας, ἣν ἐπὶ μικρὰ δελεάζουσιν, ἀντελέξατο· οὐκ οὖν ὑμῖν ἐν καιρῷ τὸ τῆς γνώμης κηδόμενον (οὐ γὰρ κτῆσιν ἀγαθῶν εἰσηγεῖται) ἔχει τι ταῦτα θελκτήριον, καὶ ὑπαγωγὸν, ἀλλὰ τὸ κάλλος ἀσύγκριτον τῆς ψυχῆς. Οὐ δεῖ, τοῦ κρείττονος ἀφεμένους, περὶ τὸ ἧττον τὴν σπουδὴν ἐπιστρέφειν. Γλυκὺς ὁ παρὼν βίος, ἀλλ' οὐδὲ C σκιὰν τῆς ἡμῖν ἀποκειμένης γλυκύτητος ἀναπληροῖ. Οὐ μέχρι τούτων ἔστηκε τὰ ἡμέτερα. Ἐκδέχεται ἡμᾶς ἄλλη ζωὴ, ἧς οὐχ ἅπτεται λύσις. Οὐκ οἴχεται πρὸς τὸ μὴ ὄν, οὐθ' οὗτος ἡμῶν ὁ πήλινος ἀνδριὰς, κἂν ξέηται διαπαντὸς, οὔτε πολλῷ πρότερον ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ τῇ μὲν ἄλυτος ἡ διαμονὴ, τῷ δὲ, διὰ τῆς ὁρωμένης λύσεως, πρὸς τὸ ἄλυτον ἡ μετάβασις· καὶ τῇ μὲν μὴ ἀπολισθούσῃ τῆς ὄντως γνώσεως, ἐν μακαρίᾳ μεταστάσει ἡ διαγωγὴ, ὑπαχθείσῃ δὲ πρὸς τοὐναντίον, λῆξις ἁπάντων τιμωρίας· τῷ δὲ ἀνάγκη συναπολαύειν, ὧν ἂν ἐκείνη δεξιῶν, ἢ φαύλων μετέχοι. Εἰ μὲν οὖν ἐν τῷ παρόντι τὸ κάλλος τηρήσομεν τῆς ψυχῆς (τηροῖτο δ' ἄν, εἰ μὴ προδοίημεν τὴν εὐσέβειαν), ἔσται ἡμῖν, ἔσται καὶ ταῦτα δὴ τὰ τοῦ σώματος ἐν ἀμείνονι διαμειδιόμενα σχήματι. Εἰ D δὲ τῇ ψυχῇ παραχωρήσομεν τὰς τῆς ἀσεβείας κῆρας, λυμήνασθαι, καὶ ταύτῃ, κἀκείνῳ ἐπιβουλεύοντες ἂν ὀφθείημεν. Τί οὖν ἐκεῖνα ἡμῖν εἰσηγεῖσθε, ἃ μηδ' ἑτέρῳ μέρει πρὸς καλὸν ὁρᾷ; Εἰ μὲν καὶ ὑμῖν μέλει τῶν τερπνῶν, ζητήσατε τὴν ὁδὸν, ἣ διαβιβάζει πρὸς τὰ ὄντως τερπνά. Εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' ἡμῖν γε ὅλον τὸ φρόνημα πρὸς ἐκεῖνα μεταθεμένοις, μὴ τὰ παρόντα προτείνετε. Οὐδὲν ἡμᾶς ἐκεῖθεν μεθέλκειν δύναται, οὐχ ὅσα φέρει τέρψιν, οὐχ ὅσα λυπεῖ. Τί δόξαν ἡμῖν ὑπισχνεῖσθε, ἧς οὐκ ἐστὲ κύριοι; τί δίδοτε, ἃ καὶ ὑμᾶς θᾶττον ἀπολείπει; τί δ', ὡς φοβερὸν, τὸν θάνατον ἀπειλεῖτε, ὃς μᾶλλον ὑμῖν ἁπαντᾷ φοβερός; Ἓν ἡμῖν τερπνὸν, τὸ μετὰ Χριστοῦ εἶναι. Ἓν δὲ φοβερὸν, τὸ, ἐκείνου χωρίζεσθαι. Ταῦθ' ὁ μέν τις τῶν ἀθλητῶν, οἷον νιφάδας ἀφιεὶς εἰς ἀφωνίαν

περιέστη τὰς συνηγόρους τῆς πλάνης γλώσσας. Ἕτερος δὲ, τὰ μέλη προὔτεινε πρὸς ἐκτομὴν, καὶ πρὸς τὴν σφαγὴν τὸν αὐχένα ἐδίδου, καὶ μὴ μέλλειν πρὸς τὴν πεῖραν τῶν βασάνων παρεκελεύετο. A quæ vobis ipsis forte desunt? Quid tanquam terrificam mortem minamini, quæ vobis magis formidanda venit? Unum nobis jucundum est, esse cum Christo. Unum formidandum, separari ab ipso. **Hæc unus ex athletarum numero prolocutus, silentium imposuit erroris advocatis. Alius vero membra protendebat, ut amputarentur, et cervicem, ut præcideretur, cunctantesque ad tormenta inferenda excitabat.**

Ἀλλ' ἡ μὲν τῶν προμάχων τῆς ἀληθείας, οὕτως ἀκατάπληκτος παῤῥησία. Ἡ δὲ ποικίλη τῶν δικαστῶν κακόνοια. Τοῖς μὲν εὐθέως ἐπηφίει τὰ δεινὰ, καὶ διὰ τῶν παλαισμάτων ἐλάμβανε δοκιμὴν τῆς τε ἀηττήτου τῶν ἀθλητῶν ἀνδρείας, καὶ τῆς σφῶν ἥττης. Οἱ δὲ καίτοι πρὸς φόνους τεθηγμένοι, καὶ ἥδιστα τοῦ μαρτυρικοῦ ἂν αἵματος πιόντες, ἢ ὕδατος, ἔτι τὸ μειλίχιον ὑπεδείκνυον, καὶ τῶν βασάνων ἀνεῖχον τὴν πεῖραν, καὶ πρὸς λαβὰς λόγων, πράως δοκοῦντες ἔχειν, ἔτι συνεπλέκοντο, Εἰ καὶ ὑμῖν λέγοντες, οὐ βουλομένοις ὁρᾷν τὸ συμφέρον, περισπούδαστός ἐστιν ὁ οὕτω πικρὸς θάνατος, ἀλλ' ἡμᾶς γε οἰκτος εἰσέρχεται, καὶ οὐ βουλόμεθα κακῶς ὑμᾶς ὀλωλέναι. Ἐχρῆν δὲ μᾶλλον, ὥσπερ διακαθᾶραι τῷ ἐκ λόγων φωτὶ τὴν περισχοῦσαν ὑμᾶς πλάνην, ὡς ἂν οὕτω τῆς ἐπικινδύνου δόξης ἀποστάντες, θεούς τε μεθ' ἡμῶν τιμᾶτε, καὶ τῶν βασιλέως ἀγαθῶν κοινωνοίητε. Ἰησοῦς μὲν γὰρ ἐκεῖνος, ὃν ἑαυτοῖς βασιλέα χειροτονεῖτε, τὸν τῶν κακούργων θάνατον ὑποστὰς, οὐκ ἔσχεν αὐτὸν βοηθεῖν. Πῶς οὖν ὑμῖν ἐπαμύνει, ὃς μηδ' αὐτῷ ἤμυνεν; ἢ πῶς τῶν εἰς τιμὴν ἡκόντων τι μεταδῷ, ὁ οὕτως ἀτίμως θανών; ἐπίγνωτε τοὺς εὐεργέτας καὶ σωτῆρας θεούς. Οὐχ ὁρᾶτε, ὅθεν τὰ κάλλιστα παραγίνεται; Ἥλιος οὑτοσὶ τὰ πάντα πληροῖ φωτὸς, πάντα πληροῖ ζωῆς. Ἀγνοεῖτε τούτου τὴν δύναμιν; Οὐ νὺξ, καὶ ἡμέρα τοῖς ἐκείνου ἀκαμάτοις δρόμοις μερίζεται; Οὐ τῶν θαυμασίων ὡρῶν, αἳ ὥσπερ σεμναί τινες κόραι ἀλλήλαις περιχορεύουσιν, οὗτός ἐστιν αἰτιώτατος; Ἆρ' ὀλίγου τινὸς ἄξια ταῦτα, καὶ οὐ θείας τιμῆς; Οὐδὲ σελήνην ἴστε, ὅσα ἀνθρώποις χαρίζεται; ὅσα συμβάλλεται τῷ παντί; Προσφέρειν οὖν δεῖ καὶ ταύτῃ τὸ σέβας· ναὶ μὴν καὶ τοῖς ἄλλοις φωστῆρσιν, ὧν ἡ ἐπιτροπὴ διοικονομεῖ τὰ ἀνθρώπινα· ἐπὶ πᾶσι δὲ, τῷ θεῶν ὑπάτῳ Διὶ, ὃς ἁπάντων εἵληχε τὴν ἀρχήν. B Sed hæc quidem veritatis propugnatorum adeo imperterrita loquendi libertas erat. At judices improbi hos sine mora tormentis subdebant, ipsisque certaminibus experimentum sumebant et de invicto athletarum robore, et de sua clade et victoriæ amissione. Alii vero quamvis cædium cupidi, magisque sanguinis martyrum, quam aquæ sitientes, blanditias adhuc adhibebant, et a cruciatibus abstinebant, et ad tendiculas verborum, quo clementes esse viderentur, sese convertebant. Licet vobis, aiebant, nolentibus cernere id quod conducibile, amara mors expetenda videatur, at nos misericordia vestri tangit; neque vos male perire volumus. Satius autem erat, ut velut orationis lumine eam, quæ vobis circumfusa est, deceptionem expurgaretis, ut sic deserta periculosa persuasione, deos nobiscum coleretis, et bonorum, quæ imperator largitur, participes essetis. Nam Jesus ille, quem vobis regem legitis, maleficorum morte subita, sibi ipse opem ferre nequit. Quomodo igitur vobis succurret, qui sibi non fuit auxilio? Aut quomodo is, qui tam ignominiosam mortem oppetiit, gloriæ aliquid conferet? Agnoscite benefactores et servatores deos. C Nonne videtis, unde pulcherrima quæque fluant? Sol iste omnia implet lumine, omnia implet vita. Num vim ejus ignoratis? An non nox et dies indesinenti ejus cursu distinguitur? An non admirabilium horarum, quæ velut decoræ puellæ choreas sibi mutuo succedentes agitant, iste vel maxime est effector? An hæc exiguo honore, et non divino digna sunt? Nec quanta luna hominibus præstet, nostis? quanta commoda rerum universitati progignat? Oportet ergo, ut et hæc debito cultu colatur, imo et aliis luminaribus, quorum munere humana administrantur, cultus est exhibendus. Præ omnibus autem, divum supremo Jovi, cui imperium in omnes commissum.

Πρὸς ταῦτα οἱ μὲν τῶν μαρτύρων, σιωπῇ τὴν αὐτῶν πλάνην κατέστενον. Οἱ δὲ καὶ δάκρυσι κατελείβοντο, τοῦτο μὲν τοῦ Δημιουργοῦ τὴν ὕβριν οὐ φέροντες ἀδακρυτὶ, τοῦτο δὲ, καὶ τοὺς πλανωμένους τῆς ἀπονοίας οἰκτείροντες. Ἄλλος δέ τις γλῶσσαν πολύφθογγον ἀνακινήσας τῷ Πνεύματι, τῶν λόγων τὸ μάταιον, λόγοις ἀληθείας ἐῤῥάπιζε. Περὶ μὲν τῆς τοῦ ἡμετέρου βασιλέως δυνάμεως λέγων· Ὦ δικαστὰ, ἦν ἔφης τὸν τῶν κακούργων θάνατον ὑπομεῖναι; εἰγε βουλομένῳ σοι ὁ λογισμὸς πρὸς τὸ ὕψος αὐτοῦ τῆς μεγαλειότητος ἐνατενίζειν, ἔγνως ἂν οἷός τίς ἐστι τὴν δύναμιν, καὶ τὸν θάνατον, ὃν χλευάζεις, ἡλίκην ζωὴν προεξένησεν; Ἀλλ' οὐ φίλον ὑμῖν ἀπηλλάχθαι τῆς φίλης πλάνης. Οἷς δὲ περί τε ἡλίου καὶ τῶν ἄλλων συνείρεις, οὐκ ἀγνοοῦμεν τοὺς λό- D His auditis, martyrum nonnulli silentio errorem deplorabant: aliis ubertim lacrymæ manabant, partim quia tantam in Creatorem injuriam absque lacrymis ferre non poterant; partim, quia deceptos istos ob amentiam miserabantur. Alius autem reserata diserta lingua per Spiritum, orationis vanitatem, dicendi veritate castigabat his et similibus verbis: De nostri Regis potentia, o judex, quem ais maleficorum necem subiisse, si tibi collibitum esset paulo attentius cogitare, et in magnitudinem ejus oculos defigere, intelligeres utique ejus vim simulque, qualem vitam, mors, quam rides, pepererit. At non gratum est vobis, ut ab errore grato liberemini. Quod vero de sole et aliis affers, non ignoramus, quos terminos a Creatore præfixos ha-

beant, neque id nos fugit, quanta ab his, tanquam a ministris, creatura hac inferiore superioribus, bona proveniant. Sunt enim nobis oculi ad hoc perspiciendum satis perspicaces. Quocirca existimationem quam merentur de illis habemus, et pulchra hæc fatemur, rerumque pulcherrimarum causas; quidni enim, cum sint optimi opificis effecta? At apud vos, ut honor ipse, quem his defertis, contra omnem est rationem, ita et causa honorandi. Nam quas tandem de illis opiniones concepistis? Siderum enim quædam nunc optima quæque efficiunt. Et nunc quidem cum in hac parte volvuntur, necessariam vim et efficaciam ad res gignendas exserunt; at cum inde abscedunt, simul etiam vis et efficacitas abscedit. At par non est hujusmodi de Deo cogitationem suscipere. Sed mittamus hæc. Cæterum affirmare, ea, quæ animum improbum reddunt, ex eorum constitutione ad animum pervenire fatali quadam necessitate, quomodo non præter summam impietatem omnisque Dei abnegationem, omnium mortalium, qui legibus reguntur, et vestro etiam sensui penitus repugnat? Non enim arbitror eo nequitiæ quemquam processisse, ut Deum bonum esse abnuat. Qua igitur ratione a bono mala provenient? Sin minus, poteris et ignem causam caloris nominare, et lucem tenebrarum. At non fatebitur hoc, cui mens sana. Qua de causa leges fers, quæ improbis pœnas decernunt? Si enim stellarum constitutionibus hujusmodi voluntatis propositum ascribendum est, cur pœnas poscis qui ut maxime voluisset, facinus tamen illud vitare nequivisset? Vides quomodo non tantum de Deo convenienter non sentiatis, sed et vestra dogmata evertatis. At nos quemadmodum dixi, pulcherrima Dei opera esse profitemur; et pulcherrima quæque producere, idque ex commissa functione quam a primo ortu a rerum Conditore acceperunt. Vos vero haud scio, quonam consilio ducti, ei cui honor adimi nequit, honorem abrogare tentatis, et illis, quibus divini honoris nulla communio, quasi eo dignissimis, eumdem impertitis. Quo testimonio permoti, divinis honoribus afficitis? Qualem vero vim et potentiam, quæ divinam naturam testetur, in ipsis intuiti, divinam appellationem eis tribuistis? Splendidus est sol iste, vitalique actione præditus. Eximia hæc sunt, planumque faciunt, solem inter res creatas eximium locum obtinere. Sed tanta non sunt, ut ad divinitatem evehant. An non cernitis, quantis subjaceat affectionibus? Quo jure tales affectus et mutationes Deo assignabis? An non videtis, quomodo actio ejus dispertiatur? At quæ sana mens ullam partitionem in Deo statuit? Diversitas autem temporis, quam cursu suo efficit, quomodo non et ipsa servitutem, quam servit, testatur? Quid enim Deo opus est locorum diversitate, ut jam hoc, jam aliud agat? Quin et per hæc ipsa tantum non vocem edit; sed surdi eam non exaudiunt.

Quam inenarrabilis est ratio, qua sidera sunt

γους, οὓς αὐτοῖς ἔθετο ὁ Δημιουργός· οὐδ' ὅσα χορηγεῖ δι' αὐτῶν, ὡς λειτουργοῖς ἀναβεβηκόσι τὴν ἄλλην ὑποβεβηκυῖαν διατάττων κτίσιν. Ἔνεισι μᾶλλον ἡμῖν ὀφθαλμοὶ τηλαυγέστερον διαβλέποντες. Διὰ τοῦτο καὶ τοὺς προσήκοντας αὐτοῖς ἁρμόζομεν λόγους, καὶ καλὰ μὲν ταῦτά φαμεν, καὶ τῶν καλλίστων παραίτια. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλε τοῦ ἀγαθοῦ ὄντα δημιουργήματα; ὑμῖν δὲ ὥσπερ παράλογος ἡ περὶ ταῦτα τιμή, οὕτω πολὺ τὸ παράλογον ἔχει καὶ ὁ τῆς αἰτίας λόγος. Οἷα γὰρ καὶ δοκεῖ ὑμῖν περὶ τούτων; νῦν οἱ μὲν αὐτῶν τὰ καλὰ φέρουσιν ὑμῖν· νῦν δὲ οἱ αὐτοὶ πάλιν τῶν χειρόνων εἰσὶ δημιουργοί. Καὶ νῦν μὲν ἐν τούτῳ μέρει ἐπιβατεύοντες, ἄμαχον ἔχουσι τόδε τι γενέσθαι ῥοπήν· νῦν δὲ ἐκεῖθεν ἀναχωροῦντες, ἀναχωροῦσαν ἔχουσιν τὴν δύναμιν. Οὐ γὰρ ἄξιον, τοιαύτας περὶ τοῦ Θείου φέρειν τὰς ὑπολήψεις. Ἀλλὰ ἀφείσθω τοῦτο. Τὸ δ' ἐκεῖθεν φάσκειν, ἃ τὴν ψυχὴν κακύνει, ἐπ' αὐτὴν ἥκειν, ὥσπερ τινὶ ἀναγκαίῳ κλήρῳ τῷ αὐτῶν σχήματι, πῶς οὐ παντάπασι, μετὰ τοῦ νοσεῖν ἀθεότητα, καὶ ταῖς ἁπάντων ἀνθρώπων, ὅσοι νόμοις ἄγονται, δόξαις, καὶ ταῖς ὑμῶν αὐτῶν πολεμιωτάτους ἀποφαίνει; Ἀγαθὸν μὲν οὖν εἶναι τὸν Θεὸν, οὐκ ἂν ἐπὶ τοσοῦτον κακίας οἰόμαί τινα ἐλάσαι, μὴ κατάθεσιν δοῦναι. Πῶς οὖν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ γένοιτ' ἂν τὰ κακά; Εἰ μὴ ἄρα σὺ καὶ τὸ πῦρ ψύχους αἴτιον φήσαις, καὶ τὸ φως σκότους. Ἀλλ' οὐχ ὁμολογεῖ τοῦτο ὑγιαίνουσα αἴσθησις. Τί δὲ καὶ γράφεις νόμον δίκας τοῖς φαύλοις ὁρίζοντα; Εἰ γὰρ τοῖς τῶν ἀστέρων σχηματισμοῖς ἀναγκαίως ἡ τοιάδε προαίρεσις συνηνέχθη, τί δίκην οὗτος εἰσπράττεται, ὑπὲρ οὗ καὶ βουληθέντι φυγεῖν τὴν πρᾶξιν, οὐκ ἦν ἄλλως γενέσθαι; Ὁρᾷς, ὅπως μετὰ τοῦ μὴ σώζειν τὴν Θεῷ πρέπουσαν δόξαν, καὶ τὰ ὑμῖν δοκοῦντα, καταλύετε; Ἡμῖν δὲ, ὥσπερ εἴρηται, κάλλιστά τε νομίζεται Θεοῦ δημιουργήματα, καὶ τὰ κάλλιστα ποιεῖν τὴν οἰκείαν πληροῦντα λειτουργίαν, ἣν ἐξ ἀρχῆς διέταξεν ὁ Δημιουργήσας. Ὑμεῖς δὲ, οὐκ οἶδ' ὅ τι δοκοῦν, οὗ μὲν ἀναφαίρετος ἡ τιμὴ, τοῦτον πειρᾶσθε ταύτης ἀποχειροτονεῖν, οἷς δὲ οὐδ' ὁτιοῦν μέτεστι ταύτης, ὡς αὐτοῖς διαφέρουσαν ἀνατίθετε. Τί οὖν ἐχέγγυον λαβόντες, θείας αὐτὰ τιμῆς ἀξιοῦτε; Ποίαν δὲ δύναμιν, ἣ Θεῷ προσμαρτυρεῖται, κατανοήσαντες ἐν αὐτοῖς προσηγορίας μετέδοτε; Λαμπρὸς οὗτος ὁ ἥλιος, καὶ ζωογόνους ἐνιεὶς ἐνεργείας. Ἐξαίρετα ταῦτα, καὶ μαρτυρεῖ κτισμάτων αὐτὸν εἶναι ἐξαίρετον. Ἀλλ' οὐκ εἰς θειότητά ποθεν ἀναβιβάζει. Οὐχ ὁρᾶτε, οἷς ὑποπίπτει πάθεσι; Ποῦ δ' ὅσιον πάθος προσνέμειν Θεῷ; Οὐχ ὁρᾶτε, μεριζομένην αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν; Ποῦ δὲ φρενὸς ὑγιοῦς, μεριστὸν ἐν θείᾳ φύσει νοεῖν; Τὸ δὲ διάφορον τῶν ὡρῶν, ἃς τῷ διαφόρῳ δρόμῳ ποιεῖ, πῶς οὐχὶ καὶ τοῦτο τὴν δουλείαν αὐτοῦ βεβαιοῖ; Τί γὰρ δεῖ Θεῷ τόπων διαφορᾶς, ἵνα νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δ' ἐκεῖνο ποιήσῃ; Ἀλλὰ καὶ διὰ τούτων μονονουχὶ φωνὴν ἀφίησιν· ἐπαΐειν δὲ ἄρα οὐ δύνανται οἱ κωφοί.

Ὡς ἀπόῤῥητος λόγος δημιουργίας αὐτῶν, τὰς δια-

φόρους ἐπιτρέπει μεταβάσεις, εἰς ἐργασίαν τῆς τῶν ὡρῶν εὐταξίας. Θαυμαστόν τι καὶ σελήνη χρῆμα, καὶ χορηγὸς ἀνθρώποις θαυμασίων, λευκαίνουσά τε τὸ σκυθρωπὸν τῆς νυκτὸς, καὶ ἄλλα ἄττα διοικονομουμένη, ἀλλ' ὁμολογεῖ καὶ αὐτὴ τὴν δουλείαν, καὶ σαπῶσα τὴν ἔνδειαν κέκραγεν. Οἷς μὲν λαμβάνουσα μεταδίδωσι τοῦ φωτὸς, οἷς δ' οὐ λαμβάνουσα, οὐκ ἔχει, τί μεταδῷ. Συμπληροῦσί γε μὴν τῷ παντὶ χρείαν καὶ φωστῆρες ἄλλοι. Συμπληροῦσι δ' οὐχ ἧν ὁ μάταιος δίδωσι λόγος, οὐδ' ἧν ἀποκληροῖ τούτοις ἡ πλάνη δεσποτείαν, ἀλλ' ὑπηρετικήν τινα τοῦδε τοῦ παντὸς διακόσμησιν. Μὴ τὴν εὐγένειαν ἀφαιρεῖσθε ἑαυτοὺς, ἣν χειρὶ Θεοῦ πλασθεὶς τετίμηται ἄνθρωπος, καὶ οὕτω κακῶς ἀγαθοὶ δοῦλοι κτισμάτων γίνεσθε, μὴ τῆς προαιρέσεως τὸ ἐλεύθερον καταδουλοῦτε. Τίνα γὰρ ἔχει λόγον, ἄρχειν τῆς ἐν ἡμῖν αὐτεξουσίου ὁρμῆς, ἃ προαιρέσεως ἀμοιρεῖ; Ἀλλ' ἦν ἄρα καὶ τοῦτο ἀκόλουθον, ἐκπεπτωκότας τῆς Θεοῦ οἰκειότητος, καὶ σφῶν αὐτῶν ἐκπεσεῖν. Ἵνα μὴ μόνον Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ ἑαυτῶν ὄντας ἀλλοτριωτάτους, παντάπασιν ἀβοηθήτους ὄντας ἡ πλάνη ἀνδραποδίζοι, πρὸς μηδεμίαν ἔχοντας ἐπιστροφὴν ἀνενεγκεῖν. Οὐκ ἐπέχρη δ', ὡς ἔοικε, τὸ ἐν ἀγνοίᾳ εἶναι μόνον τοῦ ὄντος Θεοῦ, ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πλήθη θεῶν ἐξεύροιτε, οὐδέν τι μέγα φρεσθε διανοηθῆναι. Ὡς καὶ νῦν ἐπιτάττετε θεοὺς τιμᾶν. Δεῖ γὰρ, ὡς ἔοικε, πλήθη θεῶν ἐφιστάνειν ὑμᾶς, ἵνα μὴ τῶν ἐπιτροπευόντων ἀσθενείᾳ κάμοι τὰ πράγματα. Ἀλλὰ κακῶς μὲν τῆς ἀληθοῦς γνώσεως Θεοῦ παρηνέχθητε, πολὺ δὲ χεῖρον τὸ ἐν τῆς θεότητος, εἰς πλῆθος ἀπομερίζετε. Ἀφθονίαν γὰρ θεῶν ἀνευρίσκοντες, εἰς τὸ παντελῶς ἄθεον περιίστασθε. Παντὶ μὲν οἶμαι, τῷ περὶ Θεοῦ ἀδιαστρόφου ἐννοίας σώζοντι χρῆναι ἀνομολογεῖσθαι, ἀπροσδεῆ τε εἶναι τὸν Θεὸν, καὶ ἐπὶ πάντα τὴν αὐτοῦ ἐξαρκεῖν δύναμιν, μηδενὶ πέρατι ὁριζομένην. Εἰ μὲν οὖν τοιαύτη τις ἔννοια ὑμῖν ἐνέσπαρται, τί κοινωνοὺς αὐτῷ τῆς ἐξουσίας προσνέμετε; Μᾶλλον δὲ πῶς οὐ γέλως, κοινωνίαν ἐξουσίας δωρεῖσθαι, οἷς κατ' οὐδὲν ἔσται ταύτης μετέχειν, ἁπάντων ὑπὸ τῷ πρώτῳ περιδεδραγμένων; Εἰ δ' ὅ τί ποτε πρώτην ἀρχὴν οἴεσθε, εἴθ' ὁ ὕπατος ὑμῖν Ζεὺς, εἴτε τις ἄλλος, οὗ διαρκής ἐστι καθ' αὑτὸν, καὶ διὰ τοῦτο, δεῖ κοινωνοὺς λαβεῖν αὐτὸν τῆς ἀρχῆς, πῶς ἂν εἴη Θεὸς, ὃς παραπλησίως ἀνθρώποις οὐκ ἀποχεχώρηκεν ἀσθενείας, ἀλλ' εἰς τὰ δοκοῦντα, δεῖται τοῦ ἐπικουρήσοντος; ἢ πῶς συνάρχειν ἑτέρους ἐγκαθιστῶντες αὐτῷ, οὐχ ἅμα τε τοῦτον τῆς ἀρχῆς ἀφαιρεῖσθε, καὶ οὓς συνάρχειν καθίστασθε; Εἰ μὲν γὰρ πάντες ὁμοίως ἄρξουσι, τί τούτου μᾶλλον, ἢ ἐκείνων ἡ ἀρχή; Εἰ δὲ μὴ πάντες ὁμοίως, πῶς ἐν ᾧ ὑποδεδήκασιν, οὐκ ἐν τῇ τῶν ἀρχομένων εἶεν μερίδι; Ὃ δὲ μὴ ἄρχει, πῶς ἂν εἴη Θεός; Οὕτως ὑμῖν τὸ ἄθεον τῷ πολυθέῳ συνέρχεται· οὐδικαίως οὖν χρὴ εἰς πλῆθος τὸ Θεῖον ἀπομερίζειν, οὐδὲ ἐξ οὗ τοῖς ἄλλοις ἡ μετοχὴ τοῦ ἑνὸς, ἐκεῖθεν γὰρ κάτεισι τὸ ἐν ἐν τοῖς σκεδαστοῖς, τοῦτο ἀποστερεῖν, ὃ δίδωσι τοῖς ἄλλοις. Μὴ τομαῖς τὸ ἑνιαῖον τῆς κυριότητος ὑποβάλλετε. Μηδὲ, τὸ μέν τι ταύτης ὑπερχεῖσθαι, τὸ δ' ὑποδεδηκέναι νομίζοιτε; μηδὲ ἀγελόμενοι τοῦ Κτίστου τὴν προσκύνησιν, τοῖς κτί-

procreata. Variis transitionibus et mutationibus ea instruxit, ut temporis aptissimum ordinem efficiant. Luna itidem res plane est admiranda, rerumque admirabilium suppeditatrix, quæ noctis caliginem illustrat, et id genus alia multa præstat. Sed et ipsa servitutem suam fatetur, et clara voce egestatem suam contestatur, dum lumen, quod accipit, communicat, et, si nihil aliunde sumat, nihil communicat. Alia quoque cœli sidera mundo huic ministerium suum exhibent; quod tamen non consistit in eo modo, quem vana ratio comminiscitur, neque in potestate, quam error eis ascribit, sed in facultate quadam huic rerum universitati subserviendi. Ne vosmetipsos spolietis insita nobilitate, qua Conditor hominem exornavit. Ne tam improbe in creaturarum servitutem concedatis. Neque libertatem arbitrii in servitutem redigite. Qua enim ratione astrui potest, ea quæ libero arbitrio carent, jus et potestatem in nostrum liberum arbitrium habere? At consequens erat ut, postquam a Dei familiaritate et conjunctione exciderant, exciderent quoque a semetipsis, et non solum a Deo, sed a seipsis alienissimi efficerentur, ut omni ope destitutos error magis in captivitatem abriperet, nullo penitus, quo se reciperent, perfugio relicto. Non sufficiebat autem vobis, ut videtur, ignorantia unius et veri Dei, sed nisi ingentem deorum multitudinem excogitaretis, nihil laude dignum vos reperisse existimabatis. Quos etiam ut honoremus imperatis. Oportet enim vos, ut apparet, magnum deorum numerum rebus præficere, ne curatorum et præsidum imbecillitate res male administrentur. Porro prave quidem a vera Dei cognitione abducti estis. Longe vero pejus unitatem Dei in plures secuistis. Nam per introductam deorum copiam in atheismum incurristis. Arbitror namque omnem illum, qui existimationem de Deo competentem custodit, confiteri debere, Deum nullius esse indigum, et potentiam ejus nullis terminis circumscriptam, ad omnia sufficere. Si igitur hujusmodi de Deo notitia mentibus vestris est insita, cur socios potestatis ei adjungitis? Vel potius quomodo ridiculum non est, communionem potestatis largiri his, qui hujus nullo modo possunt esse participes, quippe omnibus sub primo illo rerum parente comprehensis? Quod si aliquo tandem modo primum principium, sive illud sit supremus Jupiter, sive aliud quiddam, virtute sufficiente per se non pollet, et ob id imperii sociis eget, quomodo Deus erit, qui instar hominum a potestatis et virium imbecillitate non est exemptus, sed ad ea, quæ exsequi statuit, adjutoribus opus habet? Et quomodo cum socios imperii ei constituitis, non simul et hunc imperio privatis, et illos, quos ei opitulatores adjungitis? Si enim omnes æqualiter imperent, cur hujus quam illius magis sit imperium? At si omnes non gaudeant æquali imperio, quomodo ea ratione qua sunt minores, non censebuntur in eorum qui subsunt numero? Quomodo Deus est, qui non præest? Ita tandem atheis-

mum nullumque Deum cum deorum multitudine miscetis. Quare nullo modo dividendum est divinum Numen in plura, neque id, unde aliis communio unitatis manat (inde enim ad res, quæ plures et dispersæ sunt, unitas venit) par est privare eo, quod largitur aliis. Neque partitionibus et sectionibus unitatem dominationis subjicite, neque partem ejus superiorem, partem vero inferiorem esse existimate, neque detracto a Creatore debito cultu et adoratione, eam creaturis tribuite. Respicite, o mortales, in cœlum. Discite, quis cœlum extenderit. Quis quasi siderum floribus illud variarit. Quis luminibus illis ordinem præscripserit. Quis universitatem hanc ordinarit. Quis immensitate suæ scientiæ res omnes tam concinne disposuerit : ita ut per ejus elegantissimam dispositionem, quasi per ordinatissimum chorum sapientia Creatoris decantetur, et præstantissima quæque dona homo percipiat. Discite hæc, et repudiato rerum creatarum cultu, discite magnum divinæ dispensationis circa homines mysterium. Quomodo propter salutem hominum Deus homo factus sit. Et quomodo mors, quam vos irrisui et despicatui habetis, sit vitæ causa. Infirmitatis loco dnxistis, quod cruci affixus est. Atqui iusuperabilis est crucis virtus. Simul atque enim crux fixa est, ab eo momento usque ad præsens tempus potestas dæmonum, qui a vobis colebantur, desiit. Illa mors amaritudinem mortis in dulcedinem vertit, quæ et nunc tanquam poculum gustatu valde jucundum, nobis est in optatis, utpote cujus interventu ad vitam transimus, et ut de nobis bene merentem exspectamus, quia ex luteo tabernaculo eductos ad æternas sedes traducit.

A

B

Hæc martyrum quispiam prolocutus invicto animi robore, disertaque et docta facundia tyranni iram accendit, quibus quod responderet, nihil suppetebat. Et ubi tormenta, vociferabatur ? Ubi flagella ? Afferantur rotæ. Inflammentur fornaces. Et his tanquam aurum, aureas vere pietatis imagines, probabant. Quis eorum in perpetiendis cruciatibus constantiam et tolerantiam digne repræsentet ? Præparata erant instrumenta ad cruciatus inferendos apposita. Et læto vultu, quasi medicamen et levamen inde percepturi essent, lictorum manus intuebantur, quasi non tormenta, sed voluptatem ab ipsis exspectarent. Et hi quidem ad ossa usque eos radebant. At illi, sicut plantæ in profundo pinguefactæ, floridiorem fidem ostendebant. Membra illis amputabant ; at martyres laudes Deo decantabant, et quia impietatis caligine circumfusi non erant, speciosiores et fulgidiores apparebant. Illi ungulis lacerabant. Isti vero clamabant : Extenuate carnis molem, et quasi tunicam, quam peccatum crassam effecit. Abradatur his instrumentis malitia, qua divino operi malignus nocuit. Nunc dum ossa carne nudantur, tunica illa, qua ab initio induti eramus, nobis denuo præparetur. Nunc beata illa constitutio et habitudo, quam per voluptatem amisimus, in hac, quæ vobis videtur, tormentorum acerbitate nobis restituitur. Quas regias dignitates et opes libentissime non insumat quis et profundat, ut hunc tam felicem statum recuperet ? At hæc exigua corporis velut expensa, et impensa divina illa dignitas redditur. Quin potius neque expensam

C

D

σμασι ταύτην δίδοτε. Ἀναβλέψατε, ἄνθρωποι, λογισμῷ εἰς τὸν οὐρανόν · καταμάθετε, τίς ὁ τανύσας αὐτόν · τίς ὁ ποικίλας αὐτὸν τῷ ἀστρῴῳ ἄνθει, τίς ὁ διατάξας δρόμον φωστῆρσι, τίς ὁ θέμενος τάξιν τῷ παντὶ, τίς ὁ ἀπείρῳ ἐπιστήμῃ οὕτω τοῖς πᾶσιν ἁρμονίαν θέμενος, δι' ἧς ὥσπερ τεταγμένου χοροῦ ἡ τε σοφία τοῦ Ποιήσαντος ἀναφωνεῖται, καὶ τὰ κάλλιστα πλουτεῖ ἄνθρωπος. Καταμάθετε ταῦτα, καὶ τούτοις ἀνανεύσαντες τῆς τῶν κτισμάτων δουλείας, μάθετε τὸ μέγα τῆς περὶ ἀνθρώπους οἰκονομίας μυστήριον τοῦ Θεοῦ, πῶς μὲν διὰ σωτηρίαν ἀνθρώπου, Θεὸς ἄνθρωπος γίνεται, πῶς δ' ὁ θάνατος, ὃν χλεύην ποιεῖσθε, ζωῆς αἰτιώτατος γέγονεν, ἀσθένεια ὑμῖν ἔδοξε, τὸ, προσηλῶσθαι σταυρῷ, καὶ μὴν ἄμαχος τοῦ σταυροῦ ἡ δύναμις. Ἅμα τε γὰρ σταυρὸς ἐπεπήγει, καὶ τῶν παρ' ὑμῶν σεβομένων δαιμονίων, ἐξ ἐκείνου μέχρι καὶ νῦν, ἡ δύναμις ὑπολήγει · ἐκεῖνος ὁ θάνατος, τὸ πικρὸν τοῦ θανάτου, εἰς γλυκύτητα μετενήνοχεν, ὡς καὶ νῦν ἡμῖν οἷόν τι γλυκὺ πόμα δι' ἐπιθυμίας ἐστὶ, δι' αὐτοῦ πρὸς ζωὴν μεταβαίνουσιν, ὡς εὐεργέτην προσμένομεν αὐτὸν, ὅτι τοῦ πηλίνου μετοικίζων σκήνους, εἰς τὰς οὐρανίους ἐγκατοικίζει σκηνάς.

Εἰπέν τις ταῦτα τῶν μακαρίων, γενναίῳ μὲν παραστήματι, εὐλάλῳ δὲ καὶ σοφῇ τῇ γλώσσῃ, καὶ τοῦ τυράννου ἐξέκαυσε τὸν θυμὸν, οἷς ἀντειπεῖν ἠπόρει. Καὶ ποῦ αἱ στρεβλώσεις, ἐδόα ; Ποῦ δὲ αἱ μάστιγες ; Ἀχθήτωσαν δὲ οἱ τροχοὶ, ἐξαπτέσθωσάν τε καὶ αἱ κάμινοι, καὶ τούτοις ὡσπερεὶ χρυσὸν, τοὺς χρυσοῦς ὄντως ἀνδριάντας τῆς εὐσεβείας ἐδοκίμαζον. Τίς τὴν πρὸς τὰ δεινὰ καρτερίαν αὐτῶν παραστήσει ; Εὐτρέπιστο τὰ βασανιστήρια ὄργανα, καὶ χαίροντι προσώπῳ, καθάπερ πρὸς θεραπείαν τὰς τῶν δημίων χεῖρας ἀπέβλεπον, ὥσπερ οὐ πόνου, ἀλλ' ἡδονῆς ἐξ αὐτῶν οὔσης προσδοκίμου. Καὶ οἱ μὲν ἕξεον μέχρις ὀστέων. Οἱ δὲ, ὥσπερ φυτὰ κατὰ βάθος πιαινόμενα, εὐανθεστέραν τὴν πίστιν ἐδείκνυον. Ἀπέκειρον τὰ μέλη. Οἱ δὲ τὴν εἰς Θεὸν δοξολογίαν, καθάπερ καρποὺς ἀναφέροντες, οἷς ὁ τῆς ἀσεβείας οὐκ ἐπεσκότει γνόφος, ὡραιότεροι ἀνεφαίνοντο. Καὶ οἱ μὲν διεσπάρασσον ὄνυξιν · οἱ δ' ἔλεγον, Λεπτύνατε τὸν τῆς σαρκὸς χιτῶνα, ὃν ἡ ἁμαρτία ἐπάχυνεν. Ἀποξεέσθω διὰ τούτων κακία, ᾗ ὁ πονηρὸς τῷ θείῳ ὑφάσματι ἐλυμήνατο. Νῦν ἡμῖν, δι' ὧν ἀπογυμνοῦνται τῆς σαρκὸς τὰ ὀστᾶ, χιτὼν ἐκεῖνος ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἑτοιμάζεται. Νῦν ἡμῖν τὸ μακάριον τῆς εὐεξίας, ὃ δι' ἡδονῆς ἀπωλέσαμεν, ἐν τῇ δοκούσῃ πικρότητι τῶν βασάνων ἀποκαθίσταται. Πόσα ἂν τις βασιλείας ἀπολέσας ἀξιώματα, ἡδέως ἀνάλωσεν ἂν, ἵνα τοῦτο πάλιν ἀνακτήσηται ; Νῦν ἡμῖν τὸ θεῖον ἀξίωμα τῇ ὀλίγῃ ταύτῃ ἀναλώσει τοῦ σώματος, ἀποδίδοται, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀνάλωσις τοῦτό ἐστιν, ἀλλ' οἷον σπορά τις, εὐανθέστερον ἡμῖν τὸ σῶμα προῖσχουσα. Τί μέγα τοσαύταις ἐνεργείαις κατα-

πλουτισθέντας ἡμᾶς, ὀλίγα ὑπὲρ οὗ τὸ πᾶν ἔχομεν ἀποθέσθαι; Μὴ γὰρ βασάνους ἡγούμεθα τὰς βασάνους ὑμῶν, ἐμπορίαν τὸ πρᾶγμα νομίζομεν. Κείρετε οὖν ἀφειδῶς, ἵνα ἡμῖν ἀναβλαστήσῃ ἀκμαιότερον. Λάμβανε μὴ καθ' ἓν διακόπτων τὰ μέλη, ἀλλ' ὁμοῦ πάντα τέμνε, ὡς ἡμᾶς γε πλέον ἀποτέμνων, πλέον εὐφραίνῃς. Καὶ οἱ μὲν ἔλεγον ταῦτα. Ἕτεροι δὲ τοῦ πνεύματος τὰ ᾄσματα ἔμελπον, ὥσπερ οὐκ ἐν βασάνοις ὄντες, ἀλλ' εὐωχούμενοι. Ἄλλοι διδασκαλίας ἥδιστα νάματα ὤμβριζον, πολλοῖς τῆς δυσσεβείας τὸν αὐχμὸν διαλύοντες. Εἶπες ἂν ἰδών, οὐκ αὐτοὺς, ἀλλ' ἑτέρους τοῖς δεινοῖς ὑποκεῖσθαι.

nominare decet, cum sit instar sementis, quæ corpus nostrum vegetius et floridius submittet. Quid mirum, si tantis donis locupletati, paucula quædam, quibus omnia adipiscimur, deponamus vicissim et elargiamur? Non enim tormenta vestra tormenta ducimus, sed magis bonorum omnium abundantiam. Attondete igitur nos et demetite absque modo, ut eo uberius nobis corpora repullulent. Ne sigillatim membra abscindas, sed simul omnia amputa, ut pluribus amputatis, magis nos exhilares. Et hæc quidem nonnulli ex illo numero ferebant. At alii spiritualia cantica concinebant, quasi non in tormentis, sed in conviviis versarentur. Alii doctrinæ pulcherrimæ et saluberrimæ velut imbrem emittebant, impietatis siccitatem per divini eloquii rorem humectantes. Dixisses, si coram conspicatus esses, non eos, sed alios cruciatibus excarnificari.

Ἐμιμοῦντο δ' ἄρα κωφὴν ἀσπίδα οἱ τύραννοι, ὑπ' εὐδενὸς ἐπᾳδόμενοι· ἀλλὰ πρὸς τοὺς σπαραγμοὺς τῶν ἀθλητῶν θηριούμενοι· ἀλλὰ γὰρ ὁ μέν τις ὡς ἄμπελος εὐκλήματος, ἀποτεμνόμενος, οἷα δὴ βότρυς, τὴν εἰς Θεὸν ἔφερεν εὐχαριστίαν. Ἄλλος δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὀρυσσόμενος, τοιαύτην ἀφίει φωνήν· Προσφερέσθω θυσία ὀφθαλμὸς τῷ φωτί. Καλὸν, τῷ ἀληθινῷ φωτὶ, ὅπερ ἐν ἡμῖν ἔκτισε φῶς, προσφορὰν γενέσθαι. Ἀλλ' εὐπρόσδεκτος εἴη ἐνώπιόν σου, Κύριε, ἡ θυσία ἡμῶν· οὐδὲν ἀπεικὸς, παρ' οὗ τοσούτῳ κάλλει διεστολίσθη ὀφθαλμὸς· ὑπὲρ ἐκείνου τῶν ἰδίων ἐξελθεῖν θαλάμων, οὗ ὡραιότερον θαλαμεύεται. Νῦν μᾶλλον πλουτήσει τὸ φῶς. Νῦν ἀποστίλψουσιν αἱ κόραι λαμπρότερον, πάντων ἐπιπροσθούντων ἀπηλαγμέναι. Καὶ ἄλλοι διέθλων τὰς κεφαλάς. Οἱ δὲ, Ἀντὶ τῶν καλλίστων τῆς φύσεως, ἔλεγον, ἃ ὁ Δημιουργὸς τῇ κεφαλῇ ἐθησαύρισε, τὸν θησαυρὸν τῆς πίστεως τηρήσωμεν ἄσυλον. Μὴ γὰρ, κἂν δοκῇ τοῖς τυράννοις, σκορπιεῖται τῆς κεφαλῆς ἡ ὑπόστασις. Συνάγεται μὲν οὖν πλαστουργῷ δεξιᾷ, καὶ τῶν μυελῶν ἡ τῆξις, ὡς ὁσμὴ εὐωδίας σπουδασθήσεται. Καὶ ὀβελίσκοις ἄλλος ἐπερονᾶτο τὴν ἀκοὴν, ἀλλὰ νῦν τρανότερον ἀκούσειν, ἔλεγεν, τῆς τοῦ δρακοντείου πωρώσεως ἰοῦ, τοῖς ὀβελίσκοις τούτοις διακαθαιρομένης, νῦν εἰς ὑποδοχὴν ἐπιτηδειοτάτη τοῦ ᾄσματος τῶν ἀγγέλων ἡ ἀκοὴ, διὰ τοῦ πυρὸς τούτου τῇ προϊούσῃ τῶν φλογερῶν στομάτων ὑμνολογίᾳ προσοικειουμένη. Ἄλλῳ ἀνασπώμενοι ῥιζῶν ὀδόντες, εὐφροσύνην ἀνέβλυζον, Νῦν δὴ τραφήσομαι λέγοντι τροφὴν ἀγγέλων, καὶ μέχρι τοῦ τὴν οὐ μένουσαν σιτοῦμαι, ἄρτι δώσει τροφὴν ὁ Δεσπότης οὐ κενουμένην, οὐδ' ὀδόντων προσδεομένην. Μή μοι τὸ πρᾶγμα βάσανος λεγέσθω, εὐεργεσίαν ἐγὼ τοῦτό φημι. Καὶ ἄλλων τὰ νῶτα, ἀμύθητον πλῆθος ἔφερε πληγῶν ἐκ βουνεύρων, ἀλλ' ἔχαιρον, Ἀντὶ τῆς πλάλης, λέγοντες, ῥώμης, ἣν ἔθετο τῷ νώτῳ ὁ πλάσας, τοσούτοις συνδέσμοις συστίξας αὐτὸν, ὑπὲρ τῆς ἐκείνου δόξης τὸ μικρὸν τῶν μαστίγων φορτίον φερέτω. Ἄλλοις τὰ σπλάγχνα μέχρις αὐτῶν μυστηρίων τῶν ἐγκάτων ὠρύσσοντο, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον τῆς εὐσεβείας τὸν θεμέλιον ἐνεβάθυνον. Ἕτερος τὴν γλῶτταν ἀπετέμνετο, καὶ τῆς δοξολογίας οὐκ ἔληγεν, ἀλλ' οἷα δὴ δῶρον τὸ κάλλιστον προσφέρων Θεῷ, ἐπευφήμει σεμνυνόμενος. Καί τινες ἐπὶ ξύλου ἐτανύοντο. Ἀλλ' ἦν αὐτοῖς καὶ πρὸ τῶν

Cæterum tyranni imitabantur surdam aspidem, incantamenta illa salutaria repudiantes, quippe ad solos cruciatus invictis athletis inferendos efferati. Sed enim alius, tanquam vitis onusta palmitibus, mutilatus, et botri instar, pressus, Deo debitas agebat gratias. Alius effossis oculis, tales voces mittebat: Offeratur in sacrificium oculus luci. Decet, ut veræ luci lux quam in nobis creavit, hostia fiat. Sed gratum sit in conspectu tuo, Domine, sacrificium nostrum. Inconveniens non est, ut oculus pro eo, a quo tanta pulchritudine exornatus est, propria statione excedat. Nunc ornatiorem sortietur locum. Nunc lumine magis abundabit. Nunc pupillæ splendidius fulgebunt, ab omnibus, quæ luci officiunt, expeditæ. Aliis comminuebantur capita. Illi vero dicebant: Pro pulcherrimis naturæ donis, quæ rerum omnium Parens in capite reposuit, thesaurum fidei intactum custodiemus. Non enim dispergetur capitis substantia, licet tyrannis secus videatur. Colligetur denuo conditoris dextera, ac medullarum corruptio, ut odor suavitatis reputabitur. Alius verubus per aures transfigebatur. At nunc clarius, aiebat, audiam, expurgato per hæc veruta veneno, quod draco instillaverat. Nunc aptissimus est auditus ad excipiendos cantus angelicos, per ignem hunc laudationi ex igneo ore prodeunti assimilatus. Alii radicitus evulsis dentibus, lætitia exsultabant. Nunc, aiebant, nutriar angelorum esca. Hactenus manducabam cibum non manentem; jam dabit Dominus cibum, qui non perit, quique dentibus non eget. Ne cruciatus hæc res vocetur. Beneficium arbitror. Aliorum dorsa innumeris plagis concidebantur; sed Deum laudabant; sed gaudebant. Loco multi roboris, aiebant, quo Creator dorsum instruxit, tot nexibus et vinclis id compungens, pro gloria ejus exiguam hanc flagellorum molestiam ferat. Aliis viscera usque ab intestinorum penetralibus evellebantur; sed eo altiora pietatis fundamenta jaciebant. Alii lingua abscindebatur, nec a divinis laudibus decantandis cessabat; sed quasi pulcherrimum munus Deo offerens, eum celebrare pergebat. Nonnulli in ligno extendebantur. Sed ex hoc ipso etiam ante perceptam coronam, majorem voluptatem percipiebant, quod similes

Domino suo cruciatus paterentur. Alii metæ instar, impuris manibus, per castissima corpora telis transfigebantur ; et vulneribus inde acceptis, tanquam pretiosis lapidibus conspicui decorabantur. Quorumdam suppliciis tyranni fatigati spe omni abjecta, creaturas, quas colebant, ad eos puniendos armabant, et alios quidem undis, alios flammis, alios gelido frigori tradiderunt et exposuerunt. Verum hæc magis eos agnoverunt, quam illi. Agnoscebant enim eos, qui Creatorem honorabant, et plus cultus, quam molestiæ attulerunt. Nam ignis crebro eos qui circumstabant absumens, veneranda eorum corpora intacta conservavit. Quod vero anima evolaret, id non ignis supplicio ascribendum erat, sed majoris cujusdam voluntatis et virtutis, quæ eam excipiebat. Hocque manifestum est, et videre nonnunquam erat, vestem illam martyrum illæsam, quasi in arca conditam, et quasi non fuisset in flamma, ab omni ignis vestigio plane immunem. At vero humida aquæ natura iisdem martyribus ministerium suum non denegabat. Nonnullis enim cum beatam animam Deo tradidissent, erat strati instar, in quo requiescerent, et ab infinitis laboribus respirarent. Aliis autem, qui vitam adhuc agitabant, planam et omnis molestiæ expertem viam præbebat. In hunc modum omnia, miranda mutatione, sanctis famulabantur. At quomodo martyres ad hæc adibant ? Videlicet, ut in incorruptionis lavacrum, læti in undas ingrediebantur, et in fornaces, quasi in thalamos se inferebant, et rigido gelu, velut jucundissima aura recreabantur.

Talis invictorum pugilum erat species. Hac ratione omnia, quæ terrifica videbantur, irridebant. Hoc modo generose fugato errore, pietatis tropæum erexerunt, abjectis omnibus hujus vitæ oblectamentis, et exuta omni naturæ necessitate, in solam mortem pro Christo obeundam intenti. Mactabantur, et qui mactabant, cadebant. Ligabantur, eosque qui ligabant omni agendi efficacitate destituebant. Flagellabantur, et dolor eos qui cædebant, cruciabat. Tormentis excogitandis deficiebant tyranni. Emarcescebant lictorum manus, et ipso sudore suo speciosiorem reddiderunt pietatis speciem. Mœstitiam impietati conciliarunt. Dæmones ejulantes aufugerunt, conculcato eorum in corpore supercilio. In silentium deceptionem mutavit malignus serpens, cum videret, omnes insidiarum machinas in suum caput recidisse.

Jam enim et mulieres alacriter in arenam descendentes, ob primam parentem deceptam, pœnas ab eo reposcebant, capite ejus strenue conculcato, illo, inquam, capite, quod illud malorum agmen progenuit. Nunc excogitatum ab illo mendacium : *Eritis sicut dii* [14], præter omnem spem, veritati consonans, acerbissimis eum cruciatibus torquet. Nam martyres Christo in passionibus suis configurati, etiam divinæ gloriæ configurati sunt. Nunc ab

[14] Gen. III, 5.

στεφάνων μείζων ἡ ἀπόλαυσις. Ὅτι τῷ ὁμοίῳ πάθει ὑπεβέβληντο τοῦ Δεσπότου. Ἕτεροι, καθάπερ σκοπὸς χερσὶν ἀνάγνοις, τὰ ἀγνότατα σώματα βέλεσι διεπείροντο, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν τραύμασιν, ὡς λίθοις πολυτίμοις περιανθιζόμενοι, ὡραΐζοντο. Τοῖς δὲ οἱ τύραννοι πρὸς τὰς βασάνους ἀπαγορεύοντες, ἦν ἐλάτρευον κτίσιν πρὸς τιμωρίαν ἐξώπλιζον. Καὶ οὓς μὲν ὕδατι, οὓς δὲ πυρὶ, καὶ ἑτέρους αἰθρίῳ κρύει παρεδίδοσαν. Ἀλλ' ἦν ἐκείνων ταῦτα μᾶλλον συναίσθησιν ἔχοντα. Ἐπεγίνωσκε γὰρ τοὺς τιμῶντας τὸν Κτίστην, καὶ πλέον ἐτίμα, ἢ κατετόλμα λυπεῖν. Τὸ μὲν γὰρ πῦρ πολλάκις τοὺς ἔξω καταβοσκόμενον, αὐτῶν τὰ σεβάσμια σώματα ἀκέραια διεφύλαττε. Τὸ δὲ ἐκπτῆναι τὴν ψυχὴν, οὐκ ἦν τῆς τοῦ πυρὸς τιμωρίας, ἀλλὰ τῆς ὑποδεδεγμένης αὐτὴν τοῦ κρείττονος εὐδοκίας. Καὶ τοῦτο δῆλον ἀφ' ὧν ἐνίοτε τὴν μαρτυρικὴν ἐσθῆτα, ὥσπερ ἐν κιβωτίῳ, σώαν ἦν καθορᾷν, ἀλλ' οὐκ ἐν φλογὶ καμίνου, παντὸς ἴχνους πυρὸς ἀπαθῆ, ἡ δὲ ὑγρὰ τοῦ ὕδατος φύσις, θεραπευτικῶς ἐδίδου τὰ νῶτα. Τοῖς μὲν γὰρ τὴν μακαρίαν ψυχὴν παραθεμένοις Θεῷ, στρωμνὴ ἀπολαύσεως ἐγένετο, τῶν μυρίων αὐτοὺς καμάτων ὥσπερεὶ διαναπαύουσα. Τοῖς δὲ ἔτι διαπεραιουμένοις τὴν ζωὴν, ὁδός τις λεία, καὶ μηδὲν ἐπίπονον φέρουσα. Ἀλλ' οὕτω μὲν ταῦτα μετεποιεῖτο εἰς θεραπείαν τῶν ἁγίων. Πῶς δὲ οἱ μάρτυρες πρὸς ταῦτα ἐχώρουν ; ὥσπερ εἰς ἀφθαρσίας λουτρὸν, φαιδροὶ πρὸς τὸ ὕδωρ εἰσῆεσαν, ὡς εἰς παστάδας, τὰς καμίνους ἐνέβαινον, καὶ τῷ αἰθρίῳ κρύει, ὡς ἱλαρῷ ἐπαυριζόμενοι ἐγεγάνωντο πνεύματι.

Τοιαύτη ἡ τῶν ἀηττήτων παράστασις ἀγωνιστῶν, οὕτως ἁπάντων φοβερῶν κατεγέλων· οὕτω νεανικῶς τροπούμενοι τὴν πλάνην, τὸ τῆς εὐσεβείας ἅγιστον τρόπαιον, ἅπαντα ῥίψαντες βίου τερπνὰ, ἅπασαν ἀνάγκην φύσεως ἀποθέμενοι, καὶ μόνον τοῦ ὑπὲρ Χριστοῦ θανεῖν ἀντεχόμενοι. Ἐσφάττοντο, καὶ σφάττοντες ἔπιπτον. Ἐδεσμοῦντο, καὶ ἀνενεργήτους ἐδείκνυον τοὺς δεσμεύοντας. Ἐμαστιγοῦντο, καὶ αἱ ὀδύναι τοὺς μαστιγοῦντας ἐλάμβανον. Ἐξηπόρησαν πρὸς τὴν εὕρεσιν τῶν βασάνων οἱ τύραννοι. Ἐξενευρίζοντο τὰς χεῖρας οἱ δήμιοι. Φαιδροτέραν εἰργάσαντο τοῖς ἰδρῶσιν αὐτῶν τῆς εὐσεβείας τὴν ὡραιότητα· τὸ σκυθρωπὸν τῇ δυσσεβείᾳ κατεπράξαντο, δαίμονες ἀπῆεσαν ὀδυρόμενοι τῆς ὀφρύος αὐτῶν ἐν σώματι πατουμένης, μετέβαλεν εἰς σιγὴν τὴν ἀπάτην ὁ πονηρὸς ὄφις, τὸ πᾶν τῆς ἐπιβουλῆς καθορῶν ἐπιστρεφόμενον πρὸς αὐτόν.

Ἤδη γὰρ καὶ γυναῖκες ἀποδυσάμεναι, πρὸς παλαίσματα τῆς προμήτορος, αὐτὸν εἰσέπραττον τὴν ἀπάτην, νεανικῶς τὴν κεφαλὴν πατοῦσαι, κεφαλὴν ἐκείνην, ἣ τὸν ἐσμὸν τῆς πονηρίας ἀπέτεκε. Νῦν τὸ μεμηχανημένον αὐτῷ ψεῦδος, τὸ, *Ἔσεσθε ὡς θεοὶ*, παρὰ πᾶσαν ἐλπίδα πρὸς ἀλήθειαν ἐξελθὸν, δριμυτάταις ἀλγηδόσιν αὐτὸν περιβάλλει. Οἱ γὰρ μάρτυρες συμμορφούμενοι ἐν τοῖς πάθεσι τῷ Χριστῷ, καὶ τῇ θείᾳ δόξῃ συνεμορφώθησαν, νῦν οἷς διεβάσκηνε τῆς

ἀπαθοῦς μακαριότητος, ὑπὸ τούτων περιβάλλεται πάθεσι. Οὐ γὰρ μόνον δι' ὧν, μετὰ πάσης αὐτοῦ τῆς στρατιᾶς συμπλεκόμενος αὐτὸς κατηγχύνετο, ἔπασχεν, ἀλλ' οἷα πάσχει καὶ νῦν, ταῖς ἐκ τάφων προϊούσαις δυνάμεσι. Νῦν τῶν πολυάθλων ὀστῶν ἐκείνων πυρὸς βολίδες πεμπόμεναι, τὰ τούτων καταφλογίζουσι πρόσωπα· καὶ τῆς σαρκὸς τὴν κόνιν, ἣν πολυτρόπως διέξηναν συσφίγγουσαν ψυχὰς ὁρῶντες, καὶ σώματα, αὐτοὶ ἀλύοντες, καὶ παρειμένοι πορεύονται. Ἀλλὰ γὰρ αὕτη τῶν ἀοιδίμων ἡ νίκη. Τοιοῦτον τῆς ἀληθείας τὸ τρόπαιον. Οὕτως οἱ τῆς ἀσεβείας ὑπηρέται σὺν τῷ σφῶν ἄρχοντι, καὶ πρωταγωνιστῇ διαβόλῳ, ὑπὸ τῶν προμάχων τῆς ἀληθείας ἡττήθησαν. Ἐκρότησαν ἐπὶ τούτοις ἄνωθεν ἄγγελοι, εὐφήμησαν καταπεσόντων τῶν ἀλαστόρων, ἐκπλήξει, καὶ χαρᾷ ἐμερίζοντο. Ἔχαιρον ἐφ' οἷς τοῦ βασιλέως ἡ παράταξις, τοὺς ἐχθροὺς ἔργοις, καὶ λόγοις ἐτροπώσατο. Ἐξεκλήττοντο σαρκίνους ὁρῶντες τῶν ἀσωμάτων περιγενομένους· ὁ βασιλεὺς, ὑπὲρ οὗ οἱ ἄθλοι, καὶ τὰ παλαίσματα, τὰ βραβεῖα εὐτρέπιζεν. Ἠνοίγοντο πύλαι τῶν οὐρανῶν, ἀοιδίμους θερμαῖς ἔτι σταγόσι ῥέοντας ὑπεδέχοντο, Παντοκράτορι δεξιουμένους δεξιᾷ.

Ἀλλ', ὦ γενναῖοι τοῦ Χριστοῦ στρατιῶται, τί προσεροῦμεν ὑμᾶς; Ἀνθρώπους; Ἀλλ' ἡ φύσις ἰλιγγᾷ οἰκειοῦσθαι πρὸς τοὺς ἀγῶνας ὑμῶν καὶ τὴν αὐτῆς δύναμιν ἀποσκοποῦσα. Φωστῆρας; Ἀλλὰ ταῖς ὑμετέραις αὐγαῖς τὸ φέγγος αὐτῶν ἀποκρύπτεται. Ἀγγέλους; Ἀλλὰ τὴν καρτερίαν, καὶ τὴν νίκην ἐξέστησαν ἄγγελοι. Εἰς ποίαν οὖν ἄλλην μεταποιηθέντες φύσιν, οὕτω πάντα ὑπερεβάλεσθε; Οὐκ ἐμάλαξαν τὰ θελκτήρια, οὐκ ἐκλάσθητε τοῖς φοβεροῖς. Ποίῳ τοσούτῳ πυρὶ δυνάμεως τὸ πῦρ τῶν πικρῶν βασάνων ἐσβέσατε; Δρόσος ὑμῖν μᾶλλον, ἢ πῦρ ἐλογίζετο, ἢ ὄῆλον, ὡς τῷ πυρὶ τῆς θείας ἀγάπης πυρπολούμενοι, ἐκεῖνο τὸ πῦρ ἐνεργεῖν τὰ οἰκεῖα οὐ συνεχωρεῖτε; ἀλλὰ ἀντὶ μὲν τοῦ φλέγειν, δρόσος ἐγνωρίζετο· Τοῦ δ' ἐν ὑμῖν θείου πυρὸς ὑπέκκαυμα γενόμενον, λαμπροτέραν ἀνῆπτε φλόγα τῆς Χριστοῦ ἀγαπήσεως, οὗ νῦν ὡραίοις ποσὶ τὸν φαιδρὸν νυμφῶνα χοροστατοῦντες, εὐφραίνεσθε ἀντὶ τῶν δριμυτάτων ἑλιγδόνων, ἡδυτάταις ἐντρυφῶντες ἀπολαύσεσιν. Ἀντὶ τοῦ πυρὸς, μετὰ τῶν φλογερῶν συμπαρίστασθε τάξεων. Ἥπου, καὶ τούτων ἐγγυτέρω (τολμήσει γὰρ καὶ τοῦτο εἰπεῖν ὁ λόγος), ὅσον καὶ τῇ ἐκμιμήσει τῶν παθημάτων ἐγγύτεροι, ἀντὶ τῆς ἐν λιμῷ, καὶ δίψει ταλαιπωρίας, ἃ *ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη*, προτίθεται τράπεζα φέρουσα ἀγαθά. Ἀντὶ τῆς ἐν γυμνότητι πήξεως, στολισμὸν φωτὸς περιβάλλεσθε. Ἀντὶ τοῦ σκορπισμοῦ τῶν μελῶν, τὴν ὁλοκληρίαν τῆς ἀρχαίας ἀπελάβετε πλάσεως. Ἀντὶ τῶν κενωθέντων αἱμάτων, τὰς πηγὰς προχεῖτε τῶν ἰαμάτων. Χαίρει ἡ γῆ τοῖς ἡμῶν ἀγωνίσμασιν. Εὐφραίνεται οὐρανὸς, τοιούτοις στεφανίταις χοροστατούμενος. Μετὰ ἀγγέλων εὐφραίνεσθε, καὶ ἡμῶν οὐ χωρίζεσθε. Οἱ ἐν πειρασμοῖς πρὸς ὑμᾶς

A illis, quibus ' beatitudinem invidebat, tormentis subjicitur. Non enim solus devictus et confusione repletus est, cum omnes suas copias in aciem produxit, sed et nunc vi illa, velut igneis jaculis, ex ossibus illis, quæ tot certamina tolerarunt, prodeunte, vultus eorum inflammantur, cumque corporis pulverem, quem ipsi varie carpserunt, et animas et corpora constringentem intuentur, tristes ipsi et desperabundi aufugiunt. Hæc præstantissimorum athletarum victoria. Hujusmodi veritatis est tropæum. Hunc in modum impietatis ministri cum suo duce et principe diabolo a veritatis propugnatoribus devicti sunt. Plausum his dederunt e cœlo angeli, faustis acclamationibus exsultarunt, cum malos genios prostratos cernerent; simulque stu-
B pore et gaudio percellebantur. Gaudebant enim, quod regis acies, et factis et verbis hostem debellasset. Obstupescebant, cum conspicarentur, carne vestitos superiores factos iis qui carne carebant. Rex pro quo pugnabant, præmia parabat. Aperiebantur cœlorum portæ, et illustres illos calido adhuc perfusos sudore, recipiebant, Omnipotenti exceptos dextera.

Sed, o invicti milites Christi, quo nomine vos appellabimus? An homines? At natura nostra horret ad vestra certamina, cum oculos ad vim suam reflectit. An sidera? Sed vestro splendore lumen illorum occultatur. An angelos? At tolerantiam et victoriam vestram angeli obstupuerunt. In quam igi-
C tur aliam naturam transmutati, adeo omnia exceditis? Non emollierunt vos blandimenta; non fracti estis terroribus. Quonam tanto igne ignem acerbissimorum tormentorum exstinxistis? Rorem potius, quam ignem reputabatis. An liquet, vos igne charitatis divinæ inflammatos non concessisse, ut alter ignis ea quæ sunt naturæ suæ consentanea ageret? nec urebat, sed roris instar recreabat. Quin et divinum ignem exsuscitans, longe splendidiorem flammam dilectione Christi accendit. Cujus nunc speciosis pedibus thalamum circumsistentes, exsultatis, loco immanissimorum cruciatuum suavissimis voluptatibus perfusi. Loco ignis assistitis nunc cum flammeis illis ordinibus: imo et his propius (audeo dicere) quanto propius etiam imitatione ad
D passionem Christi accessistis. Loco conflictationis cum fame et siti, proponitur vobis mensa ejusmodi ferens bona, quæ neque *oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt* [18]. Loco nuditatis, stola lucis amicti estis. Loco membrorum disjectorum integram illam primævam hæreditatem adepti estis. Loco effusi sanguinis, fontes curationum funditis. Gaudet terra vestris certaminibus. Lætatur cœlum, cum hujusmodi victoribus corona redimitis ambitur. Cum angelis exsultatis, et a nobis non separamini. Qui tentationibus pressi ad vos confugiunt, paratum remedium inveniunt. Qui tranquillitatis tempore in vobis anchoras figunt,

[18] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 8.

jucunde in vitæ hujus solo consistunt. Qui in bello vos pro propugnaculis habent, ii servantur; qui in pace, illi vestro præsidio bona, quæ nunquam imminuuntur, percipiunt. Multitudini libertatem suppeditatis; nam eos qui sub peccati jugo captivi tenentur, liberatis, erectis jam olim et etiamnum tropæis, et passionum caliginem, ortu diei, quo memoria vestri recolitur, dispellitis. Ecclesiæ unguentum estis, longe fragrantius, quam *quod descendit in barbam Aaron et oram vestimenti* [16]. Sacerdotibus estis ornamentum stolæ, regibus corona gloriæ, toti terrarum orbi conservatores. Per vos misit Pater dilectum Filium, qui præclarum illud et salutiferum tropæum statuit, creaturamque, quam tyrannide sua opprimebat dæmon, ejecto adversario, rursus subjecit Deo et Patri qui propter eximiam confessionem, qua eum *confessi estis coram hominibus* [17], in conspectu Patris consortes regni vos confitens, corona gloriæ condecorat, quia illius est regnum et gloria in sæcula. Amen.

A καταφεύγοντες, ἑτοίμην τὴν λύσιν εὑρίσκουσιν. Οἱ ἐν εὐθυμίᾳ ὑμῖν τὰς ἀγκύρας ῥίψαντες, ἱλαρῶς τὸν βίον ἀποσαλεύουσιν. Οἱ ἐν πολέμοις ὑμᾶς ἔχοντες πύργους, διασώζονται. Οἱ ἐν εἰρήνῃ, ταῖς ὑμῶν ἐπιστασίαις ἀμείωτα τρυγῶσι τὰ ἀγαθά. Ἔχει τὰ πλήθη χορηγοὺς ἐλευθερίας ὑμᾶς. Τοὺς γὰρ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας διωκομένους ἔτι καὶ νῦν ἐγείροντες τρόπαια, τῆς αἰχμαλωσίας ἀπολυτροῦτε, καὶ τῶν παθῶν τὸ σκότος, ταῖς ἀνατολαῖς τῶν ὑμῶν ἱερῶν μνημοσύνων διασκεδάζετε. Ἔχουσι μύρον ὑμᾶς αἱ Ἐκκλησίαι, τοῦ *ἐπὶ τὸν πώγωνα, καὶ τὴν ὥραν Ἀαρὼν καταβαίνοντος* εὐωδέστερον, στολῆς εὐπρέπειαν οἱ ἱερεῖς, διάδημα δόξης οἱ βασιλεῖς, πᾶσα ἡ οἰκουμένη σωτῆρας. Δι' ὑμῶν γὰρ ἐξαπέστειλεν ἀγαπη- B τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, τὸ μέγα καὶ σωτήριον ἦγειρε τρόπαιον, καὶ ἧς ἐτυράννει κτίσεως τὸν ἀλάστορα καθελὼν, καλῶς αὐτὴν πάλιν ὑπέταξε τῷ Θεῷ, καὶ Πατρὶ, ὃς ἀντὶ τῆς καλῆς ὁμολογίας ἣν *ἐνώπιον ἀνθρώπων ὡμολογήσατε*, ἐνώπιον τοῦ Πατρὸς κοινωνοὺς τῆς βασιλείας ὁμολογῶν, τῷ στεφάνῳ τῆς δόξης κατακοσμεῖ, ὅτι αὐτοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ORATIO XVI.

Oratio in decollationem sancti et gloriosi prophetæ et Præcursoris et Baptistæ Joannis.

ΛΟΓΟΣ ΙϚ'.

Τοῦ αὐτοῦ Ὁμιλία εἰς τὴν ἀποτομὴν τῆς ἁγίας καὶ ἱερᾶς κεφαλῆς τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου προφήτου, Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου.

(Gretser., t. XV, p. 322.)

Quis dabit ut prophetæ forcipe os meum bene C conformetur, et carbone illo labia mea expurgentur [18]? Iis enim nunc opus maxime habeo, cum eum oratione deprædicem, quem inter prophetas maxime sonorus et grandiloquus præcinuit. Quis velut supra montem cogitationum sublimitate subvehet eum, qui vocem Verbi dilaudare instituit, præconemque regis? Adest enim etiamnum magna illa pœnitentiæ tuba, divina monita intonans, non jam ex eremi regionibus, sed ex floriferis Ecclesiæ vallibus procedens. Adest, minaturque securim infructuosis et excidium [19], et palearum ab igne exustionem, frumentique in divina horrea importationem annuntiat. Nec una terrarum parte conspicitur; sed qua mundus patet, cernitur omnibus illis, qui oculos hoc spectaculo dignos habent, lucis D lucerna radios salutis emittens. Fundit etiamnum lingua illius, instar puri fontis doctrinæ fluenta [20]. Licet enim jam olim tyrannus, vel potius adulterii mancipium caput ejus amputare non horruerit [21]; at una non abscidit eloquentem illam linguam. Abstinuit gladius ab abscissione, cum incidisset linguam omni sectione penetrabiliorem. Quomodo enim fieri poterat ut lingua, quæ naturæ necessitatem superarat, superaretur ab ictu gladii? Quomodo par erat, ut is qui materno adhuc utero conclusus os in verba formaverat, carnis jam nexibus exsolutus, a loquendi facultate prohiberetur? Igitur lingua non est exsecta, nec vox compressa: sed

Τίς δώσει λαβίδι προφητικῇ διευστομῶσθαι, καὶ τῷ ἄνθρακι τὰ χείλη καθηρᾶσθαι [*f.* κεκαθᾶρθαι]; Ἐκείνων γάρ μοι τὰ νῦν μάλιστα δεῖ τῷ λόγῳ περιηχοῦντι, ὃν ὁ μεγαλοφωνότατος προανήχησεν ἐν προφήταις. Τίς οἷον ἐπ' ὄρους ὑψηλῇ διανοίᾳ ἀναβιβάσει, ὡρμημένον κηρύσσειν τὴν φωνὴν τοῦ Λόγου, τοῦ Βασιλέως τὸν κήρυκα; Πάρεστι γὰρ καὶ νῦν ἡ μεγάλη τῆς μετανοίας σάλπιγξ, τὰ θεῖα σαλπίζουσα παραγγέλματα, οὐκ ἐρημικῶν προϊσχουσα χωρίων, ἀλλὰ τῶν ἀνθηφόρων τῆς Ἐκκλησίας κοιλάδων. Πάρεστιν ἀπειλῶν τὴν ἀξίνην, καὶ τὴν τομὴν τοῖς ἀκάρποις, καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ πυρὸς τοῦ ἀχύρου καῦσιν, καὶ τὴν τοῦ σίτου εἰς τὰ θεῖα ταμιεῖα καταγγέλλει ἀπόθεσιν. Ὁρᾶται οὐχ ἑνὶ μέρει τῆς γῆς, ἀλλ' ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, οἷς ὄψις τοῦ τοιούτου θεάματος, τοῦ φωτὸς ὁ λύχνος, τῆς σωτηρίας προπέμπων τὰς λαμπηδόνας. Προχεῖται καὶ νῦν τῆς ἐκείνου γλώσσης ὥσπερ πηγῆς καθαρᾶς τῆς διδασκαλίας τὰ νάματα. Εἰ γὰρ καὶ τὴν κεφαλὴν πάλαι τύραννος, μᾶλλον δὲ μοιχικοῦ δοῦλος ἄγους, ἐκτεμεῖν ἐφρυάξατο, ἀλλ' οὐ συναπέτεμε τὴν εὔλαλον γλῶσσαν. Ἐστράφη τὴν τομὴν τὸ ξίφος, ὀξυτέρᾳ περιτυχοῦσα τομῇ τῆς τοῦ Βαπτιστοῦ γλώσσης. Ποῦ γὰρ ἦν θεμιτὸν διατεμόντα πᾶσαν ἀνάγκην τῆς φύσεως, ἧττω γενέσθαι ξίφους τομῆς; Ποῦ δὲ εἰκὸς τὸν ἐν σπαργάνοις νηδύος φθεγγόμενον, τοῦτον λυθέντα τῶν σαρκίνων δεσμάτων [ἀμμάτων] τὴν φθογγὴν κωλυθῆναι; Οὐκοῦν οὐκ ἐτμήθη ἡ γλῶσσα, οὐδ' ἡ φωνὴ ἐπεσχέθη, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τὴν Ἡρῴδου μοιχείαν λαλεῖ. Ἀλλ' ἄνω

[16] Psal. cxxxii, 2. [17] Matth. x, 32. [18] Isa. vi, 6. [19] Matth. iii, 10; Luc. iii, 9. [20] Joan. v, 35. [21] Marc. vi, 28.

πρὸς τὰς αὐτοῦ γονὰς ἀνιὼν ὁ λόγος, ὅλον ἡμῖν τὸν ἐκείνου βίον ἀπαγγειλάτω, καὶ ὅλη τῆς ἐκείνου βιώσεως εὐωδία, τὴν λογικὴν αἴσθησιν κατατερπέτω. Μάλιστα μὲν γὰρ μέγα κέρδος τὸ καὶ μέρους τινὸς τοῦ ἐκείνου βίου λαλεῖν τὸ ὠφέλιμον· ἄπειρον δέ τι τὸ σύμπασαν τὴν ἐκείνου ἐπιόντα ζωὴν, συλλέγειν τὰ ἀγαθά.

Ἤδη μὲν οὖν τοῖς δούλοις ὁ βασιλεὺς ἐν ὁμοίᾳ μορφῇ προσομιλεῖν ἐκεκρίκει, καὶ τοῦ ὕψους τῆς θείας συγκαταβάντα δόξης ἐνδημῆσαι τῇ ἀνθρώπων ἰσχατιᾷ. Ἔδει δὲ ἄρα τῆς ὑπὲρ λόγον ταύτης ἐπιδημίας μέγαν τινὰ γενέσθαι προάγγελον. Γίνεται Ἰωάννης, οὗ μείζων οὐδεὶς ἐν γεννητοῖς γυναικῶν· καὶ προφθάνει τόκον ὑπερφυῆ παρθένου, τόκος στειρευούσης παράδοξος· καὶ προανθεῖ στάχυος ἀσπόρου, μαραινομένης ῥίζης βλαστὸς, καὶ λύει ὥσπερ νηδύος τὴν στείρωσιν, οὕτω καὶ γλώσσης δεσμά. Οὐδὲ γὰρ ἔδει φωνῆς ἀποτειχθείσης, τὸν τεκόντα φωνῆς ἀμοιρεῖν, οὐδ' ἄφθογγον εἶναι τὸν τῆς σάλπιγγος αἴτιον. Λύεται τοίνυν τῆς δίκης τῆς σιωπῆς Ζαχαρίας, λύσαντος τὰς ὠδῖνας τοῦ βρέφους· καὶ φθέγγεται νέαν φωνὴν, τῆς πρώτης ἀμείνω καὶ θειοτέραν, τήν τε Δεσποτικὴν ἐπίσκεψιν ἀναφωνῶν ἐν τῷ Πνεύματι, καὶ τὴν τοῦ παιδὸς πορείαν, ἣν πρὸ τοῦ Ὑψίστου πορεύσεται, ὑφηγούμενος· οὐ μόνον δὲ δὴ μέχρι Ζαχαρίου ἵσταται τὰ τελούμενα, ἀλλὰ καὶ δογμάτων ὁρωμένων βαθύτερον ἐν τούτοις καταθεωρεῖται. Ὁ γάρ τοι παλαιὸς νόμος τὴν γηραιὰν τῶν ἐναλμάτων φωνὴν εἰς καινὴν μετεποιεῖτο τῷ κατὰ Χριστὸν δόγματι καινιζόμενος. Ἀλλὰ γὰρ οὕτω μὲν παραδόξως γαστρὸς ἀτέκνου πρόεισιν Ἰωάννης, ἤδη τοῦ καιροῦ καλοῦντος πρὸς εὐτεκνίαν τὴν ἱερωτάτην τοῦ Μονογενοῦς νύμφην. Παραδοξοτέρων δ' ἀπάρχεται, θαυμαστὰ θαυμαστοῖς συνάπτων, καὶ ὑψηλοῖς ὑψηλά. Οὐ γὰρ κατὰ τὴν νενομισμένην τῇ φύσει αἰῶνα [ᾠώνιζε] ζωὴν, οὐδὲ τοῖς κάτω δουλεύειν ὑπέμεινε νόμοις, ἀλλ' ὥσπερ ἔξω πάσης σαρκίνης ἀνάγκης μετ' ἀγγέλων ἤδη, καὶ τῇ ἐκείνων συναναγέτο πολιτείᾳ. Καὶ γοῦν καταλείπει τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, οὐδαμῶς ἀνθρώπους μισῶν (πῶς γὰρ ὁ φιλανθρώπου Δεσπότου κήρυξ, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας εὐαγγελιστής;)· ἀλλ' ἐχρῆν, ὡς ἔοικε, τὸν δορυφόρον τοῦ πάσης ἐπέκεινα δόξης καὶ εὐταξίας βασιλέως, κρείττονα εἶναι ἀστικῶν ταραχῶν, καὶ ταπεινότητος. Ἅμα δὲ καὶ μελλούσης ἄρτι τοῖς δουλεύουσιν ἁμαρτίᾳ διὰ τῆς ἐν χάριτι πολιτείας ἐλευθερίας μηνύεσθαι, ἀκόλουθον ἦν ἐξ ἐρημίας τὸ μήνυμα ἥκειν, ὥσπερ δὴ καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ Ἰσραὴλ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ δουλείας ἐξ ὄρους ἦκε Μωϋσῆς, ἀπαγγέλλων τὴν ἀπολύτρωσιν. Ἕως μὲν οἷν ὁ βασιλεὺς, ταπεινώσεως πλούτῳ, τῆς ἑαυτοῦ δόξης τὸν πλοῦτον ὑπέστελλεν, ἀφανὲς τοῖς χωρίοις καὶ ὁ στρατιώτης ἐνδιητᾶτο. Ἐπεὶ δὲ ὁ καιρὸς ἐφεστήκει, καθ' ὃν ἔδει, ὅσα παρὰ τοῦ Πατρὸς ὁ Μονογενὴς ἤκουσε, χρηματίζειν, τότε δὴ καὶ τότε, καὶ ὁ τῆς ἐρήμου τρόφιμος, ἄνωθεν λαβὼν τὸ ἐνδύσιμον τοῦ κηρύγματος, ἄρχεται ὁμιλεῖν τρίβους τραχείας, ἤτοι καρδίας ἀτεράμονας τῇ Δεσπο-

hodie etiam Herodis adulterium arguit. At revocemus orationem ad ejus ortum et incunabula, totiusque vitæ decursum nobis denarret, et tota vitæ ab illo transactæ fragrantia sensum rationis participem oblectet. In maximo enim lucro ponendum est, commemorare, quas vel una vitæ illius pars utilitates complectatur, infinitos autem fructus parit, si quis totius vitæ illius bona in unum colligere aggrediatur.

Ergo jam Rex cœlestis cum servis suis, simili vestitus forma, versari et habitare, et ex altitudine divinæ gloriæ ad has imas hominum sedes descendere decreverat; oportebat igitur ut hujus descensus et adventus omnem rationem exsuperantis insignis deligeretur prænuntius. Nascitur Joannes, quo major inter natos mulierum nemo exstitit : partumque divinum Virginis antevertit, partus inopinatus infecundæ matris, et prius efflorescit quam spica non sata, arentis radicis germen. Et ut ventris sterilitatem , ita et linguæ vincula solvit. Non enim decebat, ut genita voce, genitor expers vocis maneret; mutusve esset ille, qui tubæ causa exstiterat. Absolvitur igitur Zacharias a silentio quo damnatus fuerat, infante dolores dissolvente: vocemque fundit novam, priore illa longe meliorem et diviniorem, dum Domini visitationem in Spiritu decantat, puerique viam, qua ante faciem Altissimi iturus erat, exponit. Neque miraculis circa Zachariam gestis res finitur. Quin profundiorem quamdam doctrinam, quam sit vulgaris, et quæ in omnium conspectu posita, in his considerare licet. Nam lex vetus veterem illam mandatorum vocem in novam commutavit, per salutarem Christi institutionem renovata. In hunc modum ex infecundo utero præter opinionem et exspectationem Joannes pronascitur, cum jam tempus sacratissimam Virginem, et Unigeniti parentem ad fecunditatem vocaret, multoque adhuc admirabilius vitæ cursum inchoat, miranda mirandis, et sublimia sublimibus accumulans. Non enim vitam aliis usitatam degebat, neque terrenis decretis servire dignatus est; sed quasi carnis mole jam exutus cum angelis versabatur, eorumque vivendi rationem sectabatur. In urbe commorari renuit, non odio hominum (quomodo enim præco Domini, qui homines tantopere amabat, et salutis humanæ evangelista, homines odisset?), sed quia oportebat, ut credibile est, satellitem Regis, qui omni gloria et ordine superior est, excelsiorem esse omni civili turba et abjectione. Accedit, quod cum iis qui peccato serviebant, libertas per statum gratiæ futura, annuntianda esset, consequens erat, ut ex solitudine nuntius iste prodiret, quemadmodum antiquo Israeli ex monte Moyses missus est, annuntians populo redemptionem ex servitute Ægyptia. Quandiu ergo rex divitiis humilitatis, divitias gloriæ tegebat, tandiu etiam miles illius et propugnator abditus in locis solis morabatur. At cum tempus advenit, quo Filius omnia, quæ a Patre audierat

mundo patefacere debebat, tunc et eremi alumnus accepto e cœlis prædicationis inchoandæ signo, incipit vias asperas [21.19], animas videlicet inflexibiles et duras, divina doctrina planare, et æquabiles reddere. Et pœnitentiam quidem annuntiat, quippe salutaris Verbi vox, eosque qui emundatione egebant, mundat verbo et aqua, et eum qui, si tempus spectes, posterius venerat, major autem erat infinitate potentiæ, magis quam unquam antea apparuisse clamat, quem et perfecte in spiritu baptizaturum testatur, Agnum [29], qui apparuerat, ostendit, cujus sanguinis guttæ, a peccati sordibus orbem terrarum expurgarunt, quem et in utero adhuc abditus, agnoscit, et Jordanis aqua Dominum similiter ac servos abluit, testimoniumque Filio a Patre datum exaudit.

19. Cognoscit ergo imperator a quibusdam monachis, quæ ab accusatoribus facta sunt et Theophilo. Is autem magna celeritate et vi jubet adduci Theophilum. Scribit vero ad pontificem Romanum Innocentium pulchre et sapienter, cum alia, tum ut cito Roma proficiscerentur qui de Theophilo cognoscerent. Præterea autem ad suum quoque fratrem et imperatorem Honorium, ut efficeret ut papa exsequeretur ea quæ ad ipsum scripta fuerant. Qui cum ea accepissent, se parant quidem ad ea implenda. Cum autem dubitassent, ne si cito mitterentur, tempus tererent Constantinopoli, et alioqui opperientes dum reliqui quoque congregarentur, exspectant secundas litteras. Quid ergo vafer ille et astutus Dei hostis? Hæc cum rescivisset, insurgit sceleratius adversus pastorum principem, et illum gregem, qui imperatori nefaria ejus facta exposuerant : et cum in eos confinxisset errores Origenis, magnum Epiphanium Cypri episcopum ad se attrahit, et cum eo init amicitiam, ut congregata synodo, scripta reprehenderet Origenis. His inducitur Epiphanius, et fert opem Theophilo. Cujus universus studii scopus non alio spectabat quam adversus sanctum, et eos, qui dicti sunt, monachos. Post hæc quid? Persuadet Epiphanio, ut scribat ad Joannem ut abstineat a scriptis Origenis et cum eis minime sentiat. Ille autem vere magnus Chrysostomus cum hæc accepisset, sententiæ suæ fretus puritate, non curabat eos, qui insultabant', sed de communi salute solum erat perpetuo sollicitus.

20. Sed hæc quidem rebus consequenter persequens, declarabit oratio. Inter hæc autem celebratæ illius viduæ vineæ accessit narratio, ad quam pervenimus. Theognostus pius ille et fidelis, erat ipse quoque unus ex iis, qui erant familiares imperatori Arcadio. Invidia autem diaboli et Gaii, qui morbo laborabat Arii, apud imperatorem accusatur Theognostus, et injusta bonorum publicatione cum relegatione damnatur simul cum uxore et liberis ; et, ut paucis absolvam, priusquam pervenisset ad locum in quem erat relegatus, in itinere, via vitæ peracta, migravit ad Deum. Hujus uxor reversa accedit ad virum divinum, et de se omnia docuit. Hic autem misericors et Christi imitator, corde dolorem accipit ob ea quæ acciderant, et ob feminæ viduitatem : et pulchre quidem consolatur, et quæ par erat ei suadet : rursus vero considerat, quemadmodum viduæ sua restituantur. Cum is autem de eo sollicitus esset, aliud malum excitavit malignus adversus mulierem viduam. Erat enim tempus vindemiæ, propter quam imperatrix egressa ex urbe : et nescio quomodo prius ingressa fuit in vineam viduæ, et sua manu exsectum botrum comedit Deinde docetur, vineam esse alterius. Inducunt legis, quod est in rebus hujusmodi, auxilium, quæ

vineam imperatrici adjudicat, si quid tale contigerit, et domino pretium vel aliud quid jubet reddi; et jussu imperatricis refertur vinea in numerum suorum suburbanorum. Hoc autem non temere et simpliciter jubebat, sed hæc duo meditata: unum quidem, propterea quod irasceretur viduæ, ut eam magis affligeret; alterum autem, et cujus majore studio tenebatur, ut acciperet occasionem vexandi pontificis, cogitante illa fore ut resisteret et in legem incideret et offenderet imperium. Sed illa quidem ita se habebat; pontifex autem quomodo? Suadebat, supplicabat, ut decebat ejus philosophiam. Quid illa contra? Ea dabat responsa quæ erant plena impudentia, Romanæ legis auxilium, et quævis alia, quam ex adverso objiciebat, vana phantasia suæ arrogantiæ. Rursus ergo temperat medicus medicamenta salutis. Quod autem laborabat curari non poterat. Alia est præterea species curationis, solvens causas per quas videbatur id quod male affectum erat laborare gravius: solvens injustos prætextus; nempe quod hæc lex quidem lata esset ab imperatoribus, sed qui forte erant a fide alieni. Tu autem es, aiebat, lex, et tibi obtigit ut imperares, et est tibi conscientia quæ cogit, et quæ rem optime novit et intelligit. Ne permittas, ut multi coacti te novam vocent Jezabel, et quæ de Nabothe scripta sunt in Veteri testamento. Hæc sapientis medici, quæ perpetuo adhibebat, medicamenta, male affectam feminam magis inflammabant; adeo ut nec medicum quidem admitteret, imo vero repelleret, et quam nefarie conceptam celabat bilem, aperte in lucem proderet. Sic quidem repellitur medicus; quid vero, quæ deinceps consequuntur? Aderat dies festus et celebris crucis in altum elationis, et jusserat pontifex, ut portæ ecclesiæ clauderentur soli imperatrici. Ecce ergo primus ingreditur imperator, et fidelissimi populi universa multitudo cum ipso et circa ipsum. Cum autem incepisset sanctus de more concionari, vis sanctissimi, quæ eum illuminarat, Spiritus reddidit elegantiorem verborum pulchritudinem cum eo qui loquebatur. Et quid opus est dicere, ad quantam admirationem veniens multitudo, applausit exsultationibus sacræ dilectionis? Cum hæc autem fierent intra templum, ecce etiam imperatrix cum reliquo, qui eam stipabat, comitatu; et aliis quidem omnibus ingressum servabant liberum, ipsam vero prohibebant. Ira adhuc inconsideratam possidebat imperatricem. Mitto dicere quantum in divinum pontificem, idem est autem dicere, in Deum contumeliis invecta est et infremuit. Deinde cogitat quidam ex iis qui cum ipsa erant, et tentat portam gladio percutere; ejus autem manus statim arescit. Timet ergo imperatrix et statim revertitur. Ille autem cujus manus exaruerat, accedit ad sanctum, pœnitentia ductus, et supplicans statim curatur, et Deus per suum servum magnificatur et glorificatur. Estne aliquid justius aut benignius, et promptius ad convertendam animam, cui justum abunde suppetit? Sed nihil juvit eam, quæ improba

Ἐντεῦθεν εἰσάγουσι τὴν περὶ τὰ τοσαῦτα τοῦ νόμου βοήθειαν, προσκυροῦντος τῇ βασιλίδι τὸν ἀμπελῶνα, ἡνίκα συμβῇ τὸ τοιοῦτο, καὶ ἀντισηκοῦντος τιμήματι, ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ, τὸν κύριον· καὶ συντάττεται κελεύσει τῆς βασιλίδος ὁ ἀμπελὼν τοῖς αὐτοῖς προαστείοις. Τοῦτο δὲ οὐχ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε ταύτῃ ἐκελεύετο, διὰ δὲ δύο ταῦτα μελετηθέντα· ἓν μὲν, διὰ μῆνιν τῆς χήρας, καὶ τὸ ταύτην θλίψαι περισσοτέρως· τὸ δὲ δεύτερον καὶ μᾶλλον ἐπισπουδαστότερον, τὸ ἀφορμῆς οὕτως ἔχοντα παρακινῆσαι τὸν μέγαν..... Τὰ δὲ τοῦ ἀρχιερέως ὁποῖα; παραινέσεις, ἱκετηρίαι περὶ τοῦ πράγματος ἱκαναὶ, τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας ἐπάξιαι. Ταύτῃ δὲ τίνα πρὸς ταῦτα; Ἀποκρίσεις ἀκηδεῖας μεσταὶ, αἱ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ νόμου βοήθειαι, καὶ πᾶσά τις ἄλλη τῆς ἑαυτῆς ἀλαζονείας ἀντίθετος φαντασιοσκοπία. Πάλιν οὖν τὰ τῆς σωτηρίας ὁ ἰατρὸς κεράννυσι φάρμακα, καὶ τὸ νοσοῦν ἀθεράπευτον· ἕτερον ἔτι θεραπείας εἶδος, λύων τὰς αἰτίας, δι' ὧν τὸ πάσχον ἐδόκει κρατύνεσθαι, λύων τὰς ἀδίκους προφάσεις· ὅτι τοῦτο νενομοθέτηται μὲν παρὰ βασιλέων, τάχα δὲ τῶν ξένων τῆς πίστεως. Σὺ δὲ καὶ εὔνομος εἶ, καὶ βασιλεύειν κεκλήρωσαι, καὶ ἡ συνείδησις ἀναγκάζουσα, συνειδυῖα τὸ πρᾶγμα, συγγινώσκουσα· καὶ, μὴ δῷς τοὺς πολλοὺς ἀναγκασθέντας νέαν Ἰεζάβελ εἰπεῖν σε, καὶ ὅσα διὰ τῆς πάλαι ἀρᾶς τῷ Ναβουθαὶ διεστόρηται. Ταῦτα γὰρ καὶ διὰ πάντων τοῦ σοφοῦ θεράπου τὰ ἀλεξιφάρμακα· καὶ μᾶλλον ἔτι φλεγμαίνει τὸ ἀρρωστοῦν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε καὶ τὸν θεράπον τὴν οὐκ εἰσ-έξεσθαι, μᾶλλον δὲ ἀπώσασθαι, καὶ τὴν ἀθέσμως θαλαμευομένην ὠδῖνα τοῦ χόλου φανερὸν ἀποῤῥῆξαι καὶ ἀνεπίκρυπτον. Οὕτω μὲν ἀπωθεῖται ὁ ἰατρός. Τί δὲ τὰ ἑξῆς; Παρῆν ἡ ἀθροίσιμος ἡμέρα τοῦ σταυροῦ τῆς ὑψώσεως, καὶ παραγγελία τοῦ ἀρχιερέως τὰς πύλας τῆς ἐκκλησίας ἀποκλεῖσαι μόνῃ τῇ βασιλίδι. Ἰδοὺ τοίνυν πρῶτος ὁ βασιλεὺς εἴσεισι, καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ πιστοτάτου λαοῦ σὺν αὐτῷ καὶ περὶ αὐτόν. Καὶ δὴ ἀρξαμένου κατὰ τὸ εἰωθὸς δημηγορεῖν τοῦ ἁγίου, ἡ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἐπιλάμψασα δύναμις ὡραιότερον τὸ κάλλος τῶν λόγων σὺν αὐτῷ λαλοῦντι ἀπέδειξε. Καὶ τί δεῖ λέγειν, ὅσον εἰς θαῦμα τὸ πλῆθος ἐλθόντες ἱεραῖς ἀγάπης ἀγαλλιάσεσιν ἐπεκρότησαν; Ἐντὸς δὲ τούτων τοῦ νεὼ τελουμένων, ἰδοὺ καὶ ἡ βασιλὶς σὺν τῷ λοιπῷ τῆς φαντασίας κυκλώματι, καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις τὴν εἴσοδον οἱ φυλάσσοντες παρεῖχον ἀκώλυτον, αὐτὴν δὲ διεκώλυον· καὶ ὁ θυμὸς ἔτι τὸ τῆς βασιλίδος ἀλόγιστον κατεβόσκετο. Ἐῶ λέγειν, ὅσον εἰς τὸν ἀρχιερέα τὸν θεῖον, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν, καὶ εἰς τὸ Θεῖον ἐξύβρισε καὶ ἐφρυάξατο. Βουλεύεταί τις τῶν σὺν αὐτῇ, καὶ ὁρμῇ ῥομφαίᾳ πατάξαι τὴν πύλην, καὶ παραυτίκα ξηραίνεται ἡ τούτου χεῖρ. Φοβεῖται τοίνυν ἡ βασιλὶς, καὶ παραυτὰ ὑποστρέφει. Ὁ δὲ τὴν χεῖρα ξηρανθεὶς, πρόσεισι τῷ ἁγίῳ, μεταγινώσκων, ἱκετεύων· καὶ παραυτίκα ἰᾶται, καὶ Θεὸς διὰ τοῦ θεράποντος μεγαλύνεται καὶ δοξάζεται. Ἔστιν ἄλλο τι τούτων ἐνδικώτερον ἢ φιλανθρωπότερον, καὶ πρὸς παράκλησιν ἐπιστροφῆς ἑτοιμότερον ψυχῆς πλεονεκτούσης τὸ δίκαιον; Ἀλλ' οὐδὲν ὤνησε τὴν ἅπαξ ἑαυτὴν τῷ ῥαθύμῳ τῆς προαιρέ-

σεως ἐκδαῦσαν, τὴν ἐπὶ τὰ χείρω βαδίζειν ἐλεεινῶς ἑλομένην. Ὅρα δέ μοι τοῦ βασιλέως ἐνταῦθα τὸ ἀρετῆς περιούσιον. Μαθὼν γὰρ τὰ κατ' αὐτὴν, οἷς τε ἐκείνη διεσάφει τῷ βασιλεῖ, καὶ οἷς τοὺς ἄλλους παρεσκεύαζεν ἀναγγέλλειν, πάντα παραβλέπει, καὶ οὐδένα λόγον ποιεῖται αὐτῆς, πόθου τοῦ πρὸς ἀρχιερέα καὶ δικαίας αἰδοῦς μηδὲν προτιμώμενος· ἄλλως τε, καὶ τὸ σκληρὸν καὶ θρασὺ τοῦ εἴδους ἐκείνης σαφῶς ἐπιστάμενος. Ὁ μὲν ἀγὼν οὗτος ἐξῶσαι τὸν καλὸν ἐκεῖνον ποιμένα πολύς· ἡ δὲ προθυμία τῶν κωλυόντων οὐκ ἀγεννής· ἡ δὲ τῶν θείων κανόνων ἀκρίβεια, ἡ δὲ ὑπ' αὐτοῦ φωτιζομένη πόλις, ἡ δὲ τῶν μοναζόντων ἀγέλη, πάντα ἦν τῆς βασιλίδος ἀντιτρατευόμενα τυραννίδι. Καὶ τοσούτων ὄντων, τὰ τῆς ἐπιθυμίας, ἤ, τόγε ἀληθέστερον εἰπεῖν, τῆς μιαιφονίας ἡ βασιλὶς ἐξεπλήρωσεν. Ὁ μὲν δὴ μέγας ἀπόστολος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς· *Οἱ θέλοντες ζῆν εὐσεβῶς ἐν Χριστῷ*, φησὶ, *διωχθήσονται*. Καὶ πρό γε τούτου Δαβὶδ ὁ μέγας *πολλὰς* εἰσάγει *τῶν δικαίων τὰς θλίψεις*, καὶ πᾶσα Γραφὴ πολλαχοῦ συνᾴδει τούτοις θεόπνευστος. Τίς δὲ ὁ λόγος τῆς ἐπαχθείας τῶν δυσχερῶν τοῖς δικαίοις ἐνταῦθα (καλὸν γὰρ μικρόν τι φιλοπονῆσαι πολλῶν ὠφελείας ἕνεκεν) τοῦ Θεολόγου Γρηγορίου βροντῆς ἐπακούσωμεν λέγοντος· *Εἰ γὰρ καὶ χρηστὸς ὁ ζυγὸς, καὶ τὸ φορτίον τοῦ Χριστοῦ ἐλαφρὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐλπίδα τοῦτο καὶ τὴν ἀντίδοσιν· δεικνύντος τοῦ λόγου, ὡς αἱ κατὰ τὸν παρόντα βίον ἀκρότητες τῶν ἀνδρῶν, πρὸς τὰς ἐκεῖθεν ἐλπίδας καὶ ἀντιδόσεις εὐφροσύνως καὶ χρηστότητι ἀπεικάζονται. Ἀλλ' ὅτι καὶ αἱ σωματικαὶ αὐτῶν βάσανοι εὐφροσύναι δ' εἰσὶ τοῖς δούλοις, τοῦ σοφωτάτου πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῶν λέγοντος.* Οἷς καὶ τὸν νῦν θαυμαζόμενον δίκαιον, ὅταν ἀκούσῃς χερσὶν ἀνόμων παραδιδόμενον, μηδὲν πάθῃς· αὐτοῦ γὰρ οὐδὲν ἅπτεται· τῶν δὲ παραδιδόντων ὑπεράγει τῆς προαιρέσεως. Ὁ δὲ λόγος ἐπαναγαγέσθω πάλιν ὅθεν κατῆρε.

κα'. Μεταξὺ τούτων βραχὺς ἔρρει χρόνος, καὶ ὁ τῆς Κύπρου κατέλαβεν Ἐπιφάνιος. Ὃν συναρπάσας πάλιν Θεόφιλος, τῷ τε ποικίλῳ τῆς γνώμης, καὶ τῇ εὐλῇ τοῦ ἤθους ἐπαγωγίᾳ, ταῦτα παρέπεισε διαπράξασθαι, ἃ καὶ τὸν ἅγιον ἐλύπει, καὶ αὐτὸν ὑπερόπτην τῶν κανόνων ἐδείκνυ τὸν Ἐπιφάνιον. Ποῖα δὴ ταῦτα; Τὰς πρὸς τῆς πόλεως πλησίον συναγωγὰς, τὰς χειροτονίας, τὰς μονομερεῖς στηλιτεύσεις ἔξθεν τοῦ Ὠριγένους, τὴν ἄλλην ἅπασαν αὐθεντίαν τε καὶ προπέτειαν. Τίνα δὲ τοῦ ἀρχιερέως πρὸς ταῦτα; γνωρίζεσθαι γὰρ καὶ αὐτά. Τὸ ἀνεξίκακον, τὸ φιλάδελφον, αἱ εἰσηγήσεις τῆς τῶν κανόνων ἀκολουθίας, τά τε ἄλλα, καὶ ὅσα τῆς ἐκείνου κρείττονος ἢ κατὰ ἄνθρωπον γνωρίσματα φρονήσεως καὶ βουλήσεως. Οἷς εὐλαβηθέντα τὸν Ἐπιφάνιον, ὑποχωρῆσαι μέν τι μικρὸν καὶ μεταναστεῦσαι, μέγα δὲ λυπῆσαι τοὺς συνωθοῦντας αὐτόν. Αὐτοὶ δὲ, ὡς εἶχον τάχους, τῇ βασιλίδι ταῦτα προσενεγκεῖν. Ἡ δὲ κατὰ τάχος τὸν Ἐπιφάνιον σφετερίζεται, ταῦτα διδάσκουσα, καὶ ὑποτιθεμένη, ἃ καὶ τὴν ἄδικον ἐπιθυμίαν

voluntate sequi deteriora misere statuerat. Vide autem hic mihi imperatoris insignem virtutis abundantiam. Nam cum res ejus rescivisset, tam illis, quæ exposuerat imperatori, quam iis, quæ alios fecerat renuntiare, omnia despicit, et nullam ejus ducit rationem, amori in pontificem et reverentiæ justæ nihil præponens, maxime cum illius morum acerbitatem sciret et importunitatem. Atque illa quidem magnopere contendebat bonum illorum pastorem expellere ; promptum autem et alacre animi studium eorum, qui prohibebant, divinorum vero canonum accurata regula, et civitas quæ ab eo illuminabatur, et greges monachorum, omnia resistebant tyrannidi imperatricis. Quæ cum tam multa essent, suam tamen explevit cupiditatem, aut, ut verius dicam, cædem fecit imperatrix. Atque magnus quidem Paulus vas electionis dicit : *Qui volunt pie vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur* [33] : quinetiam ante eum magnus ille David affirmat, *esse multas justorum afflictiones* [34] : omnis quoque divinitus inspirata Scriptura multis in locis his concinit ; quænam autem sit ratio, cur justis multæ inferantur hic molestiæ et difficultates (honestum est enim hic parum philosophari propter multorum utilitatem) audiamus tonitru Gregorii Theologi. Quid vero is dicit? *Si enim jugum suave et onus Christi leve est, at hoc est propter spem et remunerationem, significante verbo, quod quæ sunt summæ in vita præsenti molestiæ, si spectetur spes quæ illic est et remuneratio, sunt similes rebus lætis et secundis. Quinetiam quod hæc tormenta corporis sunt tuis servis lætitiæ, audivi sapientissimum ad Deum dicentem.* Quamobrem cum justum qui nunc habetur in admiratione, audieris tradi manibus iniquorum, ne perturberis : eum enim nihil tangit : sed ægre feras voluntatem eorum qui ipsum tradunt. Sed eo redeat, unde digressa est, oratio.

21. Non multum interim effluxit temporis, et venit Cypri episcopus Epiphanius. Quem cum rursum attraxisset Theophilus, tum quod esset callido et vafro ingenio, tum quod esset moribus præditus aptis ad alliciendum, persuasit, ut ea faceret, quæ et sanctum molestia afficiebant, et ipsum reddebant Epiphanium canonum contemptorem. Quænam autem ea sunt? Quæ prope civitatem factæ sunt congregationes, ordinationes, Origenis dogmatum condemnationes, cum pars una solum adesset ; et universa denique ab eo usurpata auctoritas et temeritas. Qualem autem contra hæc se gessit pontifex? Nam ea quoque scire est operæ pretium : patientem, fratrum amantem, canones accurate sequentem, et in cæteris ita se gerentem, ut et prudentia et voluntate se homine esse superiorem aperte indicaret. Quibus motus Epiphanius aliquantulum quidem cessit et deflexit : magna autem affecit molestia eos qui ipsum impellebant. Ipsi vero quam potuerunt citissime ad imperatri-

[33] II Tim. III, 12. [34] Psal. XXXIII, 20.

rem hæc retulerunt. Ipsa autem Epiphanium celerrime trabit ad suas partes, ea docens et suggerens, quæ ejus iniquam explebant libidinem, et quæ sanctum deponebant; adjiciens etiam arcanum (o hominum audaciam! o divinam lenitatem!) hæreticum esse Dei servum et famulum. Quid autem contra sapiens dixit Epiphanius, audiamus: Si est tibi quidem, inquit, o imperatrix, ratio cur hæresim suspiceris, adsit, et causam suam agat Joannes in pœnitentia. Sin autem hæc verba profers causa contumeliæ, tibi minime assentitur Epiphanius. Tunc commota illa hostis, erupit in hanc exsecrandam vocem: Si, o Epiphani, sis impedimento, quominus Joannes mittatur in exsilium, ecce aperiam templa idolorum, et contendam ut ea adorentur. Non amplius ergo ferens Epiphanius aures suas pollui cœno inimicæ feminæ, totus perfusus fuit lacrymis, et se eorum esse innocentem pronuntians, fugam omnino arripuit. Hæc autem nescio quomodo aliter jactabantur externorum sermonibus. Quomodo? Quod vocatus Epiphanius sua decrevit sententia Joannem esse deponendum. Hæc cum audivisset Joannes, ad eum scribit: Sapiens Epiphani, et tu meo consensisti exsilio? De cætero non videberis amplius sedens in sede tua. Ille autem ad hæc rescribit: Athleta Joannes, feri et vince; ad locum autem, ad quem mitteris in exsilium, minime pervenies. Sic scripserunt, et sic factum est. Nam inter navigandum mortuus est Epiphanius, et Joannes cum nondum pervenisset ad locum in secundo exsilio, ut jam declarabimus, migravit ex hac vita.

22. Cum autem, postquam ille enavigavisset, rescivisset Joannes, quemadmodum propulsasset imperatricem, profert communiter vituperationem adversus omnem malam feminam. Quam tanquam ænigmatice prolatam adversus imperatricem, arripuit examen accusatorum. Id itaque per eam deferunt ad imperatorem. Cui cum nescio quas, nec quam multas adhibuisset ad eum inclinandum rationes, incitat, ut bellum suscipiat adversus Joannem, et ut coacta synodo damnaretur exsilio. Neque tamen sine Theophilo constitutum fuit hoc certamen; sed quamprimum ad eum missis litteris curat, ut veniat cum episcopis Indicis et Ægyptiis, et iis qui tunc propter justas causas merito depositi fuerant a pontifice; et, ut semel dicam, confluunt omnes Chælcedonem, in qua prius parati, veniunt omnes in urbem regiam. Cum autem tardarent, qui erant Roma venturi, imperator Arcadius nullo modo volens aspicere Theophilum, dubitabat et variis distrahebatur cogitationibus, ignorans quod Romanus episcopus secundas, ut a me prius dictum est, exspectabat litteras. Quid ergo Eudoxia? Clam arcessit Theophilum et eos qui cum ipso erant, et eos amplis ac magnificis prosequitur muneribus, polliceturque se persuasuram imperatori, ut eis pareat. Hæc cum cognovisset noster Elias et magna tuba Ecclesiæ Chrysostomus, usus tuba orationis, et non timens aciem, quam in cum dire-

ἐπλήρου, καὶ ἃ καθῆρει τὸν ἅγιον, προσθεῖσα καὶ τὸ ἀπόῤῥητον (ὦ βροτῶν τολμηρίας! ὦ θείας μακροθυμίας!) αἱρεσιώτην εἶναι τὸν ἀρχιμρέα Θεοῦ καὶ θεράποντα. Τί οὖν ὁ σοφὸς ἀντέλεξεν Ἐπιφάνιος, καταμάθωμεν. Εἰ μὲν ἔστι σοι, ὦ βασιλίς, ἔφη, λόγος ὑπονοίας αἱρεσιώτιδος, παράστω καὶ διδότω λόγον ὁ Ἰωάννης ἐν μετανοίᾳ· εἰ δὲ χάριν ὕβρεως ταῦτα προβάλλῃ τὰ ῥήματα, Ἐπιφάνιος τούτων οὐ συναινέτης. Τότε δὴ κινηθεῖσαν τὴν πολεμίαν, τὸ θεοστυγὲς τῆς τοιαύτης ἀποφάσεως ἀπορῥῆξαι μιαρολόγημα, ὡς Εἴπερ ἐμποδὼν, Ἐπιφάνιε, γένῃ τῆς Ἰωάννου ἐξορίας, ἰδοὺ ἀνοίγω τοὺς ναοὺς τῶν εἰδώλων, καὶ προσκυνεῖσθαι αὐτὰ διαγωνιοῦμαι. Χραίνεσθαι τοίνυν μηκέτι στέγων τὰς ἀκοὰς τῷ περιῤῥαντηρίῳ τοῦ βορβορώδους τῶν λόγων τῆς πολεμίας ὁ Ἐπιφάνιος, ὅλος δι' ὅλου δακρύων ἐγένετο, καὶ ἀθῶων ἑαυτὸν τῶν τοιούτων ἀποφηνάμενος, τέλεον τὴν φυγαδείαν ἠσπάζετο. Ταῦτα δὲ, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἀπεναντίας τοῖς ἔξω διεφημίζετό πως, ὅτι κληθεὶς ὁ Ἐπιφάνιος τὴν καθαίρεσιν Ἰωάννου ἐψηφίσατο. Καὶ τούτων διακούσας ὁ Ἰωάννης, γράφει αὐτῷ, Ἐπιφάνιε, λέγων, σοφὲ, σὺ συνῆνεσας ἐν τῇ ἐμῇ ἐξορίᾳ· οὐχ ὁραθήσῃ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐπὶ τοῦ θρόνου σου καθιούμενος. Ὁ δὲ ἀντεγράφει πρὸς ταῦτα· Ἀθλητὰ Ἰωάννη, παίου καὶ νίκα· τὸν δὲ χῶρον, ἐν ᾧ ἐξορίζῃ, οὐκέτι οὐ μὴ φθάσῃς αὐτός. Οὕτως ἔγραψαν, καὶ οὕτως ἐγένετο. Ἐπιφάνιος γὰρ κατὰ τὸν πλοῦν τελευτᾷ, καὶ Ἰωάννης μήπω φθάσας τὸν χῶρον κατὰ τὸ δεύτερον τῆς ὑπερορίας, ὡς ἤδη γνωρίσομεν, τὰ τῇδε καταλιμπάνει.

κβ'. Μαθὼν οὖν ὁ μέγας Ἰωάννης μετὰ τὸν ἀπόπλουν Ἐπιφανίου, ὅπως διεκρούσατο τὴν βασιλίδα, ἐκδίδωσι ψόγον κοινῇ κατὰ πάσης γυναικὸς πονηρᾶς. Ὃν ἁρπάσαν, ὡς αἰνιγματισθέντα κατὰ τῆς βασιλίσσης, τὸ κατήγορον σμῆνος, ταύτῃ, καὶ διὰ ταύτης πρὸς τὸν βασιλέα προσαναφέρουσιν. Ὧ καὶ ἡ αὐτὴ τὰς κλήσεις, οὐδ' ὅσας εἰπεῖν, καὶ ὅπως, προσαγοῦσα παροτρύνει τοῦτον, συγκροτῆσαι τὸν κατὰ Ἰωάννου πόλεμον, καὶ συνοδικῶς ἐξορίαν κατακριθῆναι. Οὐ μὴν δὲ χωρὶς Θεοφίλου τὸν ἀγῶνα συνίστησιν· ἀλλ' ὅτι τάχιστα γραφαῖς τοῦτον εἰσάγει σὺν Ἰνδικοῖς ἐπισκόποις καὶ Αἰγυπτίοις, καὶ τοῖς καθαιρεθεῖσιν εὐλόγως τότε διά τινας αἰτίας παρὰ τοῦ ἀρχιερέως. Καὶ, ἵνα συνελὼν εἴπω, πάντες συνεισρέουσιν ἐν Χαλκηδόνι, ἐν ᾗ πρότερον παρασκευασάμενοι πρὸς τὴν βασιλείαν εἰσελαύνουσι. Χρονιζόντων δὲ τῶν ἀπὸ Ῥώμης, ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος Θεόφιλον μηδόλως θέλων θεάσασθαι, διαπορεῖ, τοὺς λογισμοὺς συνεχεῖτο, ἀγνοῶν ὅτι δευτέραν ὁ Ῥώμης, καθά μοι προείρηται, γραφὴν ἐξεδέχετο. Τί οὖν ἡ Εὐδοξία; Λάθρα προσκαλεῖται Θεόφιλον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ δώροις φιλοτιμεῖται, καὶ λόγοις πληροφορεῖ, τὸν βασιλέα πεῖσειν τοῦ πεισθῆναι αὐτοῖς. Ταῦτα διαγνοὺς ὁ καθ' ἡμᾶς Ἠλίας, καὶ μεγάλῃ σάλπιγξ τῆς Ἐκκλησίας Χρυσόστομος, τῇ τοῦ λόγου χρησάμενος σάλπιγγι, καὶ τὴν τῶν συνεπιτιθεμένων οὐχ ὑποστειλάμενος ἀντιστράτευσιν, Μωϋσῆς οἷά τις ἄλλος, ἢ Φινεὲς, ἢ Ἰησοῦς, ἢ ὁ φοβερὸς ἐκεῖνος

καὶ τῆς θείας δυνάμεως ἐνόπλιος ἀρχιστράτηγος, καὶ τὴν ῥομφαίαν σπασάμενος, καταπλήττει τὸ θράσος τῶν ἀντιπάλων, Συναγάγετε πρός με, δημηγορῶν καὶ λέγων, τοὺς ἱερεῖς τῆς αἰσχύνης, ἐσθίοντας τράπεζαν Ἰεζάβελ, ἵν' εἴπω αὐτοῖς· Ἕως πότε χωλαίνετε ἐπ' ἀμφοτέραις ἰγνύαις ὑμῶν; εἰ ἔστι Θεὸς ὁ Βάαλ, πορεύεσθε ὀπίσω αὐτοῦ· εἰ δὲ τράπεζα Ἰεζάβελ αὕτη Θεός, φαγόντες ἐμέσατε. Ἔτι δημοσιεύσας τρανῶς τὴν ἄμαχον Θεοφίλου κακίαν, καὶ τῶν αὐτοῦ σκοτείων μηχανημάτων τὴν ἰταμότητα, παντάπασι προτίθησιν εἰς διάγνωσιν. Τούτοις τοῦ τῆς εὐσεβείας λέοντος βασιλικῶς καὶ γενναίως παῤῥησιασαμένου, αἱ τῆς πονηρίας ἀλώπεκες δολερῶς τὰς ῥήσεις διεμερίζοντο, καὶ αὐταῖς λέξεσιν ἐπιδόντες τὰ ἴσα τῷ βασιλεῖ τῆς δημηγορίας ἀγαναχτῆσαι τοῦτον ἐξεβιάσαντο, καὶ τὴν κατὰ Θεοφίλου βασιλέως ἀγανάκτησιν πρὸς τὸν ἀρχιερέα μετατραπῆναι παρασκευάσαντο, κελευσθέντες τὴν κατ' αὐτοῦ σύνοδον ἐξεργάσασθαι. Οἱ καὶ λαβόντες τὸν καιρὸν τῆς ἐξείας, καὶ πρὸς τὴν πάλην ἀνδρικῶς κονισάμενοι, ἐν διαβουλίοις τῆς βασιλίδος, δώροις, λόγοις, ὑποσχέσεσιν, ἀπειλαῖς, καὶ πᾶσι τρόποις, συναγείρουσι πάντας. Καὶ τοὺς μὲν ἀντιπαλαίοντας τῷ πλάνῳ καὶ γόητι τῶν διαβουλίων, ἐξορίᾳ παρέπεμπον· τοὺς δὲ τῷ διακένῳ τῶν ὑποσχέσεων ἀνδραποδιζομένους, ἐλεεινῶς τοσοῦτον ἐφώπλιζον κατὰ τοῦ ἀρχιποιμένος, ὥστε καὶ θύσαι καὶ ἀπολέσαι αὐτόν. Μέγας ὁ ἀγὼν ἐντεῦθεν τοῖς περὶ Εὐδοξίαν καὶ Θεόφιλον, τραπέζαις, χρυσῷ, κολακείαις, καὶ τρόποις ἅπασι τοὺς οἰκείους συμμάχους πρὸς τὸν πόλεμον ἐπαλείφοντας. Εἶτα τί; Λιβέλλων συῤῥαφαὶ, καὶ τούτων ἀποστολὴ πρὸς τὸν βασιλέα, περιεχόντων πάσας ματαιότητας, καὶ μανίας ψευδεῖς, καὶ τέλος ὅτι μετὰ τὴν κοινωνίαν οὕτως ἐκεῖνος ὁ Ἰωάννης ἐποίει πάντας ἀπογεύσασθαι ὕδατος, ἢ παστίλλου, διὰ τὸν πτύελον, καὶ πρὸ πάντων αὐτός. Λοιπὸν οὐκ ἔτι χωρῶσι δι' ὧν ἦν αὐτοῖς τὰ περὶ τῶν Ὠριγένους βίβλων κατηγορούμενα, ἀλλὰ δι' ἑτέρων ὕβρεων καὶ λοιδοριῶν. Τούτων ὧδέ πως σκευωρουμένων (οὐ γὰρ οἷόν τε τὰ τῆς σκευωρίας ἀνὰ μέρος ἐπεξιέναι πρὸς ἓν τέλος ἀφορώσης, τὸν φόνον τοῦ ἀρχιποιμένος καὶ τὸν θάνατον), παραγίνεται πρὸς τὸν ποιμένα τὸ μὴ συναρπασθὲν τοῦ ποιμνίου τοῖς [σ]παράκταις ἐκείνοις θηρίοις, εἰς δύο καὶ τεσσαράκοντα ἀριθμούμενον ἐπισκόπους, οἳ τὸν ποιμένα περικυκλώσαντες, διὰ θάμβους ὑπῆρχον τῷ τῆς μεταβολῆς ἀθρόῳ τε καὶ παρηλλαγμένῳ· ὅπως Θεόφιλος ἀγώγιμος ὤν, καὶ ὑπόδικος ἀνεχόμενος, ἐξαπίνης τοῦ δικαίου κριτὴς καθί[σ]το καὶ δικαστής. Τί οὖν ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ μιμητὴς τοῦ μεγάλου ἀρχιποιμένος Ἰησοῦ; Ἀλλ' ὧδε τοῦ λόγου νόμενος, ἐμνήσθην ἡμερῶν ἱερῶν, τὸν Δεσπότην, τούς τε μαθητὰς πρὸ τοῦ πάθους ἔχοντας, τὴν Καινὴν Διαθήκην, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην, τὰ ἐκεῖ τελούμενα ἅπαντα καθ' ἕκαστον ἐνενόησα, καὶ τὸν ἄρτι μαθητὴν παραπλησίως τῷ διδασκάλῳ καὶ Δεσπότῃ μυσταγωγοῦντα τοὺς ὑπ' αὐτόν. Πάντων γὰρ συνεχομένων καὶ λυπουμένων ἐπὶ τῷ κατὰ τὸν διδάσκαλον ἀνιάματι, φησὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ σοφὸς ἐκεῖνος τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα

A xerant adversarii, tanquam alius Moyses, aut Phinees, aut Jesus, aut ille terribilis et divinæ armatus princeps militiæ, stricta rhomphæa terret adversariorum audaciam, in concione dicens : Congregate ad me sacerdotes dedecoris, comedentes mensam Jezabel, ut dicam eis : Quousque claudicatis ambabus vestris tibiis [a] ? Si Baal est Deus, ambulate post ipsum. Si autem ipsa mensa Jezabel est Deus, comedentes evomite. Præterea aperte publicans invictam Theophili malitiam, et tenebrosarum ejus machinationum impudentiam, proponit omnia cognoscenda ab omnibus. Cum hæc regie et generose dixisset leo pietatis, vulpes improbitatis verba fraudulenter dividunt : et cum iisdem verbis imperatori dedissent exemplum, coegerunt eum irasci, B et effecerunt ut imperatoris indignatio in Theophilum, converteretur ad pontificem. Qui etiam jussi sunt iis eum facere concilium. Et cum tempus accepissent libertatis, et ad luctam se fortiter instruxissent, ac muniissent consiiiis, imperatricis donis, verbis, promissis, minis, et omnibus modis omnes congregant : et alios quidem qui resistebant plano et improborum architecto consiliorum, mittebant in exsilium ; alios autem vanis promissis misere redactos in servitutem, adeo armabant adversus pontificem, ut eum vel sacrificaturi essent et perdituri. Hinc magnum exsistit certamen Eudoxiæ et Theophili, dum mensis, auro, blanditiis et et modis omnibus suos socios ad bellum instruunt. Deinde quid ? Adornantur et contexuntur libelli, C et mittuntur ad imperatorem, qui continent omnes vanitates et insanias falsas. Postremum vero erat quod post communionem hic Joannes faceret omnes gustare aquam aut pastillum propter sputum, et ante omnes ipse. De cætero autem non amplius procedunt per ea, quæ ipsi in eum intendebant crimina, nempe quod sectaretur errores Origenis, sed per contumelias et maledicta. Cum hæc nescio quomodo struerentur (neque enim fieri potest, ut structas insidias singulatim persequamur, quæ ad unum finem spectabant, nempe ad cædem principis pastorum et mortem), accedit ad pastorem id, quod e grege non fuerat correptum a feris illis immanibus, nempe quadraginta duo episcopi numero : qui D pastorem circumdantes admirabantur repentinam et diversam mutationem, nempe quod Theophilus, qui erat inter reos relatus, repente sit constitutus judex adversus sanctum et justum Chrysostomum. Quid ergo pastor ille bonus, magni principis pastorum, nempe Jesu, imitator ? Sed cum ad hunc locum pervenit oratio, memini sacrorum dierum : Dominum venientem ad passionem, discipulos qui tunc erant, Novum Testamentum, inter se invicem charitatem, et omnia quæ illic mystice facta sunt edoctos singulatim apud me cogitavi : et eum, qui modo erat discipulus, similiter atque magistrum et Dominum, eos qui sub se erant, initiantem mysteriis. Nam cum omnes dolore cruciarentur propter magistrum, dicit eis ille vir sapiens in divinis et hu-

[a] III Reg. XVIII, 21.

manus : (o quomodo fieri potest, ut sine lacrymis eorum memoriam tibi tradat oratio?) Orate, o filii et amici et viscera, quæ mihi ex omnibus præcipue estis vicissim dilecta, et Deo agite gratias. Nullus autem cernatur ex vobis se separasse ab Ecclesia. Ego enim jam delibor, et instat tempus meæ resolutionis. Satanas non fert meas adversus ipsum orationes, sed ne obliviscamini sacræ meæ in vos dilectionis. Cum hæc et his longe plura dixisset, (quid opus dicere et lacrymas et dolorem, quibus sunt repleti?) tandem omnes complexus, rogavit omnes, ut irent in concilium : malebat enim mortem subire gladio, hoc lucrum esse existimans, pro communi omnium securitate et salute; et rursus dicit : Vos omnes recordamini vitam præsentem esse viam, et transire quæ in ea sunt bona et molesta; nec hoc solum, sed est etiam nundinæ : emimus itaque, vendimus, diversamur. Num sumus nos meliores patriarchis, prophetis, aut apostolis? Dicit ei quidam cum ejulatu : Sed deflemus nostram orbitatem, rerum confusionem, statum Ecclesiæ, et alios honores, quibus affecti sumus, et ignominias quibus afficiemur. Sed ne vestras, inquit, relinquite ecclesias. Non enim est a me principium; neque ad me usque est finis. Non enim post Mosem surrexit Jesus? Non fuit David successor Samuelis? Jeremiæ Baruch? Eliæ Elisæus? Post Paulum autem quis? Non Timotheus, Titus, Apollo? Non alii innumerabiles? Sed si tenemus, dicit quispiam, nostras ecclesias, omnino communicare necesse est et subscribere. Communicate, inquit, ut non perturbetur neque scindatur Ecclesia : sed ne subscribatis. Quomodo hoc jubes? Quoniam, inquit, nullius mihi culpæ sum conscius, propter quam deponar. His sacram illam turbam magnus inter patriarchas confirmavit Chrysostomus.

23. Jam concilium, quod extra urbem in Rufini prædiis inania in eum statuerat, arcessit eum, responsurum iis quorum accusabatur. Quæ autem ei significata sunt, erant hujusmodi : Sancta synodus congregata, Joanni : Libellos contra te accepimus, plenos malis innumerabilibus. Veni ergo eis responsurus. His lectis, hæc scribit sanctus : Ecclesiam propter quam Deus Verbum factum est, ne scindas, nec dissolvas, neque extra terminos judices, repugnans trecentis et octodecim Patribus, et ne Abel, ut Cain, dolose in agrum advoces; sed tu veni potius. Septuaginta enim capita aperte continent, qui adversus te scripti sunt libelli. Sumus autem nos ex diversis et plures, Dei gratia. Et ut quæ postea sequebantur in pauca contraham, cum sapiens pontifex præterea scripsisset et ostendisset nullam esse eorum quæ ab ipsis fiebant, consequentiam, optime et justissime eos repellebat præscriptione, optans ut in se fieret potius œcumenica synodus. Hæc cum accepisset et didicisset concilium illud per lectionem, irruunt tanquam leones; et ex iis qui missi fuerant, alium quidem ceciderunt, alium vero comprehenderunt, alium autem conjecerunt

(ὦ πῶς ὁ λόγος ἀδακρυτὶ τὴν τούτων μνήμην διαβιβάσει;), Εὔξασθε, λέγων, ὦ τέκνα καὶ φίλοι, καὶ σπλάγχνα τὰ ἐμοὶ πάντων ἀντιποθούμενα, καὶ τῷ Θεῷ τὴν εὐχαριστίαν ἀπόδοτε· μηδεὶς δὲ ἐξ ὑμῶν τῆς Ἐκκλησίας ὀφθείη ἀνακεχωρηκώς. Ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι, καὶ ὁ καιρὸς ἐφέστηκέ μου τῆς ἀναλύσεως. Ὁ Σατανᾶς οὐ φέρει τοὺς ἐμοὺς κατ' αὐτοῦ λόγους, ἀλλὰ μὴ ἐπιλάθησθέ μου τῆς ἱερᾶς πρὸς ὑμᾶς ἀγαπήσεως. Ταῦτα καὶ πολλῷ πλείω τούτων εἰπόντος (τί διαλέγειν τῶν δακρύων, τῆς λύπης ἧς ἐπληρώθησαν;), τελευταῖον ἀσπασάμενος ἅπαντας, παρεκάλει πάντας παραγενέσθαι εἰς τὸ συνέδριον· ᾑρεῖτο γὰρ καὶ τὸν διὰ ξίφους θάνατον, κέρδος τοῦτο ἡγούμενος, ὑπέρ γε τῆς ἁπάντων ἀσφαλείας καὶ σωτηρίας, καὶ αὖθίς φησι· Μνημονεύετε πάντων ὑμεῖς, ὁ παρὼν βίος ὁδός ἐστιν, ἔλεγε, καὶ τὰ τούτῳ χρηστὰ καὶ λυπηρὰ παροδεύεται· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ πανήγυρις· τοίνυν ἠγοράσαμεν, ἐπωλήσαμεν, καταλύομεν. Μὴ ἀμείνους ἡμεῖς τῶν πατριαρχῶν, τῶν προφητῶν, τῶν ἀποστόλων; Λέγει τις ἐξ αὐτῶν πρὸς αὐτὸν, ὀλοφυρμῷ συνεχόμενος· Ἀλλὰ θρηνῶμεν τὴν ἡμῶν ὀρφανίαν, τὴν σύγχυσιν τῶν πραγμάτων, τὴν στάσιν τῆς Ἐκκλησίας, τἄλλα οἷς ἐτιμώμεθα, καὶ οἷς ἀτιμασθησόμεθα. Ἀλλὰ τὰς καθ' ὑμᾶς μὴ καταλείπητε, φησὶν, ἐκκλησίας· οὐ γὰρ ἀπ' ἐμοῦ ἡ ἀρχὴ, οὐδ' ἕως ἐμοῦ τέλος. Μὴ γὰρ μετὰ Μωϋσῆν οὐκ ἀνέστη Ἰησοῦς; οὐ διάδοχος Σαμουὴλ ὁ Δαβίδ, ἢ Ἱερεμίου Βαρούχ, Ἠλιοῦ Ἐλισαῖος; μετὰ Παῦλον δὲ τίς; οὐ Τιμόθεος, Τίτος, Ἀπολλώς; οὐ μυρίοι; Ἀλλ' εἰ κατέχομεν, ἔφη τις, τὰς ἡμῶν ἐκκλησίας, καὶ κοινωνῆσαι καὶ ὑπογράψαι πᾶσα ἀνάγκη. Κοινωνήσατε διὰ τὸ ἀτάραχον, ἔφη, τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἀδιάσχιστον· μὴ ὑπογράψητε δέ. Πῶς, τίνα κελεύεις τρόπον; Ὅτι, ἔφη, τῶν εἰς καθαίρεσιν αἰτιαμάτων οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα. Τοιούτοις τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον ὅμιλον ὁ μέγας ἐν πατριάρχαις κατοχυρώσας Χρυσόστομος.

κγ'. Ἤδη τὸ συνέδριον ἔξω τῆς πόλεως ἐν τοῖς Ῥυφίνου τὰ κατ' αὐτοῦ κενὰ διαβουλευσάμενον, μεταπαλεῖται τοῦτον τὸν ἄγιον, ἀπολογηθησόμενον οἷς ἐνδιαβάλλεται. Ἦν δὲ τὰ δηλωθέντα τοιάδε· Ἡ σύνοδος ἡ ἁγία συναχθεῖσα, τῷ Ἰωάννῃ τάδε· Ἀπεβλήθημεν κατὰ σοῦ, πλῆρες μυρίων κακῶν. Ἐλθὲ τοίνυν ἀπαντήσων πρὸς τὰ τοιαῦτα. Τούτων ἀναγνωσθέντων, ἀντιγράφουσι μὲν οἱ περὶ τὸν ἅγιον ταῦτα· Τὴν Ἐκκλησίαν, δι' ἣν ὁ Θεὸς Λόγος ἐγένετο σὰρξ, μὴ σχίζε, μηδὲ κατάλυε, μήτε μὴν περιόριον κρῖνε καὶ δίκαζε, δέκα καὶ ὀκτὼ καὶ τριακοσίοις Πατράσιν ἐναντιούμενος, καὶ μὴ τὸν Ἄβελ προσκαλοῦ δολίως εἰς τὸ πεδίον· ἀλλ' ἐλθὲ μᾶλλον αὐτός. Καὶ γὰρ κεφαλαίοις ἑβδομήκοντα οἱ κατὰ σοῦ προδήλως περιστοιχίζονται λίβελλοι, καὶ ἕνι ἐκ διαφόρων ἡμεῖς, καὶ πλείονες σὺν Θεῷ. Καὶ ἵνα τὰ ἐπὶ τούτοις συντέμω, καὶ ὁ σοφὸς ἀρχιερεὺς ἔτι λογογραφήσας τὸ ἀνακόλουθον τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων, ἄριστά τε καὶ δικαιότατα παρεγράφετο τούτοις, τὴν κατ' αὐτοῦ σύνοδον οἰκουμενικὴν γενέσθαι μᾶλλον εὐχόμενος. Ταῦτα δεξάμενον καὶ ἀναμαθὸν τὸ συνέδριον ἐκεῖνο διὰ τῆς ἀναγνώσεως, ὁρμῶσι καθάπερ λέοντες, καὶ τῶν ἀποσταλέντων ὃν μὲν ἔδειραν, ὃν

δὲ περιέσχισαν, ὃν δὲ ἐσιδήρωσαν σιδήροις, οὓς A in vincula et ferreos compedes, quos illi bacchantes pastori paraverant. Quid ergo post hæc faciunt? Cum aranearum telis imbecillioribus scriptis eum damnassent, quem neque viderant neque hujus vocem audiverant, deponunt pontificem, et hæc referunt ad imperatorem. Quid dicentes? Quod cum non ausus esset accedere, quod esset sibi conscius; eum autem leges deponant; hoc etiam sustinuit. Jussu ergo vestræ potentiæ, aiebant, vel invitus relegetur, et det pœnas quod maledictis insectatus sit imperatricem eam dicens Jezabel, vel in eo morte ab occisoribus accelerata propter verbi asperitatem. Eis itaque credit imperator tanquam sacerdotibus, et absque ulla examinatione, missa manu militari, jubet sanctum relegari. Hæc cognovit fidelis populi multitudo, fideique fervore et abundatia victo et dejecto metu imperatoris, vi restiterunt. Hoc autem cum animadvertisset vir divinus et quæ ex eo oriebantur damna et pericula considerasset, omnes latet, et ad cædem (sic enim ego voco illorum concilium et impetum, existimo autem vos quoque), tanquam ovis sponte sua accedit. Eum vero cum comprehendissent, usque ad Euxini Propontidem tunc trahunt. Post hæc quid? Quidam ex iis ducti pœnitentia, dicebant fuisse Joannem appetitum calumniis et injuria affectum. Nec hoc credebatur a multis: fidem autem res ipsæ magis fecerunt. Quomodo? Ex honore et emolumentis, quibus sunt affecti accusatores. Sed profanum os dedecoris respondebat his nugis dicens: Etiamsi nihil aliud, at arrogantia et superbia Joannis eum deposuit, suæ malitiæ improbus veterator Scripturam applicans, nempe quod superbis resistit Dominus.

παρωξυντιάσαντες τῷ ποιμένι παρεσκευάσαντο. Τί οὖν ἔτι πρὸς τούτοις δρῶσιν; Ἀραχνείων νημάτων ἀβρανεστέροις συγγράμμασι καταψηφισάμενοι, ὃν οὔτε εἶδον, καὶ οὗ φωνῆς οὐκ ἤκουσαν, καθαιροῦσιν ἀρχιερέα, καὶ ταῦτα τῷ βασιλεῖ ἀναφέρουσι. Τί λέγοντες; Ὅτι μὴ τολμήσαντος αὐτοῦ παραγενέσθαι, διὰ τὸ συγγινώσκειν τὰ ἑαυτοῦ, τὸ δὲ τοιοῦτον οἱ νόμοι καθαιροῦσι, τοῦτο δὴ καὶ ὑπέστη· καὶ δὴ κελεύσει τοῦ ὑμετέρου κράτους καὶ ἄκων ἐξοριζέσθω, καὶ δίκας διδότω ἐφ' οἷς λελοιδόρηκε τὴν βασιλίδα, εἰπὼν αὐτὴν Ἰεζάβελ, καὶ τούτῳ τοῦ θανάτου τοῖς φονευταῖς ἐπισπευδομένου διὰ τὸ δύσφημον. Πιστεύει τοίνυν ὁ βασιλεὺς, οἷάπερ ἱερεῦσιν αὐτοῖς· καὶ ἀνεξετάστως στρατιωτικῆς ἀποστολῆς βιαιοτέρως παραταγείσης, ἐξορισθῆναι τὸν ἅγιον κελεύει. Ἔγνω οὖν τὸ πιστὸν πλῆθος ταῦτα· καὶ τῷ ζέοντι καὶ περιόντι τῆς πίστεως, τὸν βασίλειον φόβον νικήσαντες, καὶ κάτω θέντες, κατὰ κράτος ἀντέστησαν. Τοῦτο οὖν συνιδὼν ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, καὶ τὰς ἐκ τοῦ πράγματος βλάβας καὶ τοὺς κινδύνους ἀποσκοπήσας, λανθάνει πάντας· καὶ πρὸς τὴν σφαγὴν (οὕτω γὰρ ἐγὼ καλῶ τὴν ἐκείνων βουλὴν καὶ ὁρμὴν, οἶμαι δὲ καὶ ὑμεῖς) ὡσεὶ πρόβατον ἑκόντης παραγίνεται. Τοῦτο δὲ συλλαβόντες, μέχρι τῆς Προποντίδος Εὐξείνου τέως ἐξέλκουσι. Μετὰ ταῦτα τί; Μεταμεληθέντες τινὲς ἐξ αὐτῶν, συνυκοφαντῆσθαι τὸν Ἰωάννην καὶ ἠδικῆσθαι προσῆγον· καὶ τοῦτο οὐκ ἦν τοῖς πολλοῖς διὰ πίστεως· ἰκύρου δὲ πλέον τὴν πίστιν τὰ πράγματα. Πῶς; Ἐκ B τῆς τῶν ἀπενηνεγμένων τοῖς κατηγόροις τιμῆς τε καὶ προσοπῆς. Ἀλλὰ τὸ τῆς αἰσχύνης ἀνίερον στόμα τοιούτοις ἀπήντα τοῖς φλυαρήμασιν. Εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, φάσκον τέως, τὸ ἀλαζονικὸν Ἰωάννου καθῄρει αὐτὸν, παρενείρων τῆς κακίας ὁ σοφιστὴς τὸ τῆς Γραφῆς, κἀκ τοῖς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται Κύριος.

κζ'. Ἔπειτα γράφει ὁ διώκτης πρὸς τὸν μέγαν Ἰννοκέντιον, Ῥώμης ἀρχιερέα, τὴν, ἣν αὐτὸς ἔδρασεν, εἰς τὸν ποιμένα μεταμορφῶν καὶ ποικίλλων παρανομίαν. Ἀλλὰ Θεόφιλος γράφει μὲν, καταγινώσκεται δὲ, διαγνόντος τοῦ πάπα σαφῶς τὰ κατὰ τὸν ἅγιον. Ὧν τὸ πολυειδὲς τῶν ἐπιτηδευμάτων κατάπλαγεὶς ὁ Ῥώμης, ἐπὶ τὸν Θεὸν καταφεύγει, κἀκεῖθεν ἐξαιτεῖ λυθῆναι τῶν σκανδάλων τὰ μηχανήματα. Καὶ μέντοι καὶ λαμβάνει τὴν λύσιν, καὶ τὸ τάχος ἠλίκον ἐκεῖθεν. Ἡ κυνικὴ Θεοφίλου ζήτησις καὶ ἀναίδεια κατὰ τοῦ ἀθώου ἔτι προσανηρύνα. Ἐντεῦθεν πρὸς ὀργὴν τῶν πιστῶν ἐξανάπτει τὰ πάθη· καὶ στάσεις ἐκ τούτου μυρίαι, καὶ πληγαὶ, καὶ διάφοροι κίνδυνοι, καὶ γίνεται τοῖς πονηροῖς τρόμος. Ἀνὴρ δυσσεβὴς, κατὰ τάχος φεύγων εἰς D Ἀλεξάνδρειαν, μόλις διαδρὰς τοὺς θαλασσῶσαι τοῦτον ζητήσαντας, κακῶς τῆς βασιλευούσης ἀποδιαπομπεῖται σὺν αὐτοῖς κατηγόροις καὶ ὁμογνώμοσι. Μανθάνει ταῦτα παρὰ τοῦ Ῥώμης ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος, καὶ ὅτι χαριζόμενοι τῇ Εὐδοξίᾳ σεσυκοφαντήκασι τὸν Ἰωάννην. Καὶ περίλυπος γενόμενος (ἔρως γὰρ ἐγκρατεῖ τὸν βασιλέα θερμὸς, καὶ ἐπεθύμει θεάσασθαι τὸν ἀρχιερέα) γράφει τῷ ἀδελφῷ καὶ βασιλεῖ Ἀρκαδίῳ, νεμεσῶν καὶ προσονειδίζων, ὅτι Θεοφίλῳ χώραν παρέσχεν, ὃν ὑπὸ αἰτίαν καὶ δίκην

24. Deinde scribit persecutor ad Romanum pontificem Innocentium, quam in pastorem fecerat iniquitatem transformans et varians. Sed Theophilus scribit quidem, condemnatur autem, cum papa aperte res sancti cognosceret. Quorum varios ac multiplices conatus mirans Romanus episcopus, ad Deum confugit, et petit ut illinc solvantur machinationes offensionum. Maxima itaque celeritate illinc accepit solutionem. Canina Theophili impudentia adhuc inquirebat adversus innocentem. Hinc ad iram irritat fidelium multitudinem. Innumerabiles ex eo exsistunt seditiones et plagæ et diversa pericula, et contremiscunt improbi. Vir impius celerrime fugit Alexandriam, cum vix evasisset eos qui quæsierant eum mari obruere. Sic pater scandalorum, malus male ex regia amandatur cum ipsis accusatoribus, et iis qui erant ejusdem sententiæ. Hæc Romæ audiit etiam imperator Honorius, et quod ut gratum facerent Eudoxiæ, Joannem sunt calumniati. Dolore ergo affectus (valde enim amabat imperator, et cupiebat videre pontificem), scribit ad fratrem imperatorem Arcadium, cum eo expostulans et exprobrans quod Theophilo, quem reum tenebat, locum dederit deponendi Joannem, idque sine Romanis. Hæc cum cognovisset

imperator Arcadius, magna ductus pœnitentia, de pontifice revocando cogitabat : et ecce noctu venit terræmotus, et cadit pars cubilis imperatricis : fuitque hoc (nam quæ intercesserunt lubenter prætermitto) causa revocationis. Rursus ergo pastor bonus (oportet enim paucis dicere) recipit gregem, cum imperator longe splendidius quam prius ei processisset obviam : et ille quidem prius contenderet ut res suæ examinarentur : omnes vero plane violenta fidei motione eum adduxissent, in sede collocassent, et ut pacem ageret effecissent. Hæc suorum servorum Deus, *qui resistit superbis, et humilibus reddit gratiam* [25]. Hinc adest, quæ hospitalitate et temperantia (scientibus loquor) Saram et Susannam exprimit Olympias. Paucis autem eam quoque declaret oratio, quæ voluptatem simul et adhortationem ad virtutem præbet iis, qui laudant ea quæ sunt honesta. Olympias erat, quæ temperantia, hospitalitate, doctrina disciplinarum, non minus erat clara, quam splendore generis, opum et pulchritudinis, propter quæ antecedebat omnibus quæ tunc erant. Hæc marito quidem fuit conjuncta legitime, non est autem experta, ut quæ cum eo parum vixérit. Eam imperator Theodosius vi postea trahebat, ut nuberet cuidam cognato suo, non quidem dedignantem, sed contra ea quæ par erat, significantem. Dicebat enim : Si rex meus Christus voluisset me vivere cum marito, primum omnino non abstulisset. Et quid opus est orationem extendere, quæ contendit ad ea, quæ deinceps sequuntur, exponenda illius verba sapientia? Ei enim qui sapit, licet ex fimbria, ut est in proverbio, id quod est contextum intelligere. Jussu ergo imperatoris auferuntur ei facultates, gratia custodiæ. Illa autem ea re valde est lætata, et dictum protulit imperatori quod dignum est quod habeatur in admiratione et mandetur memoriæ. Dixit enim : Ne ea custodiantur, o imperator, sed dentur potius pauperibus. Jam olim enim deprecor, quæ ex hac distributione accedit, vanam gloriam. Statim ergo lætatus fuit imperator, cum hæc audisset, et ei sua rursus reddit. Illa autem cum ea accepisset, pulcherrime quidem administravit, seque exuit ac paravit ad exercitationem, et paulo post refertur in numerum diaconissarum Ecclesiæ. Sed ne sic quidem potuit evadere gravia retia Theophili, cum illius hospitalitatem ignominiæ materiam acceperit iste Deo invisus. Ipsa post multos curam quoque gessit Nectarii, ut quæ suis manibus, quando ad Deum excessit, ejus texit oculos. Ipsa quoque hospitio magnum accipiebat Chrysostomum, ei libum exhibens, propterea quod non posset avelli a studiis; ipseque eam in secundo suo exsilio duobus epistolis est prosecutus. Sed hæc quidem postea : veniat autem oratio ad id, quod est propositum.

25. Post pontificis secundam in sedem suam restitutionem, cum non multum præterfluxisset temporis,

εἶχε, καθηρηκέναι τὸν Ἰωάννην, καὶ ταῦτα δίχα τῶν ἀπὸ Ῥώμης. Ταῦτα διαγνοὺς ὁ βασιλεὺς Ἀρκάδιος, πολλά τε μετεγνωκὼς, διεσκέπτετο περὶ τῆς ἀνακλήσεως τοῦ ἀρχιερέως. Καὶ ἰδοὺ σεισμὸς καταλαμβάνει νυκτὸς, καὶ πίπτει μέρος τοῦ κοιτῶνος τῆς βασιλίσσης. Καὶ τοῦτο γίνεται (τὰ γὰρ ἐν μέσῳ παρέδραμον ἐκὼν) ἡ αἰτία τῆς ἀνακλήσεως. Πάλιν οὖν ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς (δεῖ γὰρ συντόμως εἰπεῖν) ἀπολαμβάνει τὸ ποίμνιον, τοῦ βασιλέως αὐτῷ λαμπροτέραν τὴν ἀπάντησιν πολὺ τῆς προτέρας πεποιηκότος· ἐκείνου μὲν πρότερον τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐξετασθῆναι διισχυριζομένου, πάντων δὲ βιαίῳ πίστεως ὄντως κινήματι προσαγαγόντων, ἐνθρονισάντων, καὶ εἰρηνεῦσαι ποιησάντων αὐτόν. Ταῦτα ὁ τῶν ἑαυτοῦ θεραπόντων Θεὸς, *ὁ τοῖς ὑπερηφάνοις ἀντιτασσόμενος, ὁ τοῖς ταπεινοῖς ἀντιμετρῶν τὴν χάριν*. Ἐντεῦθεν ἡ τῷ φιλοξένῳ καὶ σώφρονι τὴν Σάῤῥαν καὶ Σωσάνναν Ὀλυμπιὰς (εἰδόσι λέγω) χαρακτηρίζουσα, παρίστησι. Δηλούτω δὲ διὰ βραχέων καὶ ταύτην ὁ λόγος, ἡδονὴν ἅμα καὶ παράκλησιν εἰς ἀρετὴν τοῖς ἐπαινοῦσι τὰ καλὰ παρεχόμενος. Ὀλυμπιὰς, ἣν ὑπερωραίουσαν τῆς σωφροσύνης, τῆς φιλοξενίας, καὶ τῆς παιδείας τῶν μαθημάτων οὐχ ἧττον αἱ πολυτέλειαι, ἢ τοῦ γένους καὶ τοῦ πλούτου καὶ τῆς ὥρας, δι ὧν ἁπάντων τῶν τηνικαῦτα ἐκράτει τὰ διαφέροντα· αὕτη συνεζεύχθη μὲν νομίμως ἀνδρὶ, οὐ πεπείραται δὲ μικρὸν αὐτῷ συμβιώσασα. Ταύτην ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐπί τινι συγγενεῖ μετὰ ταῦτα βεβιασμένως πρὸς γάμον εἵλκεν, οὐκ ἀπαξιοῦσαν, ἀλλ' ἀντιδηλοῦσαν τὰ δέοντα, ὡς Εἴπερ ὁ ἐμὸς βασιλεὺς ἐβούλετό με ἀνδρὶ συμβιοῦν, πάντως οὐκ ἂν τὸν πρῶτον ἐλάμβανε. Καὶ τί δεῖ πρὸς τὰ ἐξῆς τῶν ἐκείνης σοφῶν ῥημάτων, τοῦ λόγου σπεύδοντος, ἐμπλατύνεσθαι; τῷ γὰρ νήφοντι κατανοεῖν ἔστιν ἐκ τοῦ κρασπέδου, κατὰ τὴν παροιμίαν, τὸ ὕφασμα. Προστάγματι τοῦ βασιλέως ἀφαιρεῖται τῶν ὑπαρχόντων, φυλακῆς χάριν. Ἡ δὲ μᾶλλον ἦσθη τῷ πράγματι, καὶ δηλοῖ τῷ βασιλεῖ ῥῆσιν θαύματος καὶ μνήμης ἀξίαν.....

Λείπει.

.... Εὐθὺς οὖν ἥσθη ὁ βασιλεὺς, καὶ ἀποδίδωσι πάλιν τὰ ἑαυτῆς. Ἡ δὲ λαβοῦσα, ταῦτα μὲν ᾠκονόμησεν ὅτι μάλιστα, καὶ πρὸς τὴν ἄσκησιν ἀποδύεται, καὶ μετ' ὀλίγον, ταῖς διακόνοις τῆς Ἐκκλησίας ἐγκαταλέγεται. Ἀλλ' οὐδὲ αὕτη τῶν Θεοφίλου δεινῶν ἀρκύων ἀμέτοχος, τὴν ἐκείνης φιλοξενίαν, ὕλην ἀτιμίας τοῦ θεομισοῦς εἰληφότος. Αὕτη μετά γε πολλοὺς θεραπεύει Νεκτάριον χερσὶν οἰκείαις, ἡνίκα πρὸς Θεὸν ἐξεδήμει, τὰ τούτου καλύψασα ὄμματα. Αὕτη καὶ τὸν μέγαν ξενίζει Χρυσόστομον, μάζῃ δεξιουμένη διὰ τὸ αὐτοῦ ἀπερίσπαστον· καὶ ταύτῃν ἐν τῇ δευτέρᾳ αὐτοῦ ἐξορίᾳ ἐπιστολαῖς δυσὶν ἀντεδεξιώσατο. Ἀλλὰ ταῦτά μοι ὕστερον· ὁ δὲ λόγος εἰσιέτω πρὸς τὸ προκείμενον.

κε'. Μετὰ τὴν εἰς τὸν θρόνον δευτέραν ἀποκατάστασιν τοῦ ἀρχιερέως, μικροῦ διαῤῥυέντος ἐν μέσῳ

[25] I Petr. v, 5.

συνεισῆλθέ τι τῶν ἀναγκαίως δεομένων τῆς
ως· καὶ τῶν οἰκείων εἶχετο κατὰ κράτος ὁ
των διορθωτὴς, καὶ αὖθις ἡ βασιλὶς δι' ὀρ-
βῆς τῷ ποιμένι καθίστατο. Εἴ τις ὑμῶν
ργυροῦν ἀνδριάντα, καὶ τὰς δημώδεις ἐκεῖ
καὶ τοῦ θείου δόμου τὸν θόρυβον, καὶ τὴν
, οἶδεν ὃ λέγω. Πάλιν οὖν ἀγῶνες ἐξ ἀγώ-
σύνοδοι κατὰ τοῦ ἀρχιερέως. Γινώσκει
διωκόμενος, καὶ τὴν περιβόητον ἐκτίθησιν
Πάλιν Ἡρωδιὰς μαίνεται. Ἀνάπτει τὴν
ῦτο τῆς βασιλίδος· καὶ πάλιν παῤῥησία
γόροις. Καὶ Θεόφιλος ἀπὸ τῆς Ἀλεξαν-
ραγενέσθαι δηλοῦται μὲν, ἔτι δὲ δειλιῶν
ς ἀναβάλλεται. Ὅμως Ἀρειανῶν κανόνι,
τόξῳ, χρησάμενος, βάλλειν κατατολμᾷ
ι τοῖς ἐκ μέλανος. Τῆς δὲ βολῆς τὸ ἐκεῖ
ἔτι δίχα συνόδου ὁ καθαιρεθεὶς τῇ ἐκκλη-
βευσεν. Οἷς ἐντυχὼν ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ,
πόμενος, Ὑπὸ βασιλέως ἐξηλάθην, ἀπεκρί-
αὐτοῦ βασιλέως καὶ ἀνεκλήθην. Ὁ συν-
ν τοῖς, ὅσοι τοῦ ὀρθοῦ καὶ κρίματος καὶ
ως· καὶ ὁ βασιλεὺς συνεπείθετο. Ἀνταγω-
δὲ, πρωσενώπιον τοῦ βασιλέως, τὸ τῶν
ν κηφήνων ἐκείνων σμῆνος, διεμφόβει τὴν
καιότητα. Εἰσηγεῖταί τις ἐνταῦθα (Ἐλπί-
τιν, ὁ τῆς ἐν Συρίᾳ Λαοδικείας) θαυμασίαν
ήγησιν, Μὴ θορυβώμεθα, λέγων, ἐπὶ τοῦ
· ἀπαίσιον γάρ· ἀλλ' ὑπογραψάτωσαν οἱ
ι ὅτι ὁμόπιστοι τῶν ἐκθεμένων τὸν κανόνα
σι· καὶ λύεται τὸ ἀμφίβολον. Συνεὶς οὖν ὁ
· τῷ ῥᾴστῳ τοῦ προβλήματος τὴν λύσιν
ρήματος, μετά τινος περιχαρείας καὶ
ως, Οὐδὲν, ἔφη, τούτου λυσιτελέστερον.
ιφέκρημνον τοῦ προτεθέντος, ἐλίγγου τοῖς
ις ἐγένετο πρόξενον. Οἱ δὲ χείλεσιν ἄκροις
νται μὲν, ἐξίασι δὲ κενοὶ καὶ ἄπρακτοι.

A incidit aliquid, quod necessario opus habebat correctione : et suo pro viribus officio functus est is, qui erat rerum hujusmodi corrector ; et rursus imperatrix fuit valde irata pastori. Si quis vestrum scit argenteam statuam, et qui illic fiebant ludos publicos, et divinam ædem contumelia affectam, scit quod dico. Rursus ergo certamina ex certaminibus, et synodi adversus pontificem. Hæc cognoscit is quem persequebantur, et celebratum illum et insignem habet sermonem : *Rursus furit Herodias.* Hoc accendit iram imperatricis, et rursus libere ac confidenter agunt accusatores. Et Theophilo quidem significatur, ut veniat Alexandria ; sed adhuc timens differt infelix. Ariano tamen canone tanquam arcu usus, audet eum ferire jaculis ex atramento. Certus autem, quem afferebant, erat hic B ictus, quod absque synodo, qui erat depositus, irrupisset in ecclesiam ; quos cum convenisset hic vir divinus et ab eis interrogaretur, respondit : Expulsus fui ab imperatore, fui etiam revocatus ab ipso imperatore. Quod placebat quidem iis qui erant recti judicii et sententiæ, et imperator iis assentiebatur ; coram imperatore autem adversus eum decertans malignorum fucorum examen, strepitu obtundebat illius simplicitatem. Tunc autem profert quidam (is vero erat Elpidius, Laodiceæ quæ est in Syria episcopus) sententiam plane admirabilem : Ne tumultuemur, inquit, in conspectu imperatoris ; nefas est enim : sed subscribant accusatores se esse ejusdem fidei, cujus sunt qui C illum ediderunt canonem, et soluta est dubitatio. Cum ergo intellexisset imperator facilitate propositionis solvi id de quo agebatur, lætus et subridens dixit : Nihil est hoc melius. Id autem quod erat propositum, cum esset anceps, effecit ut caligarent accusatores. Et tunc summis quidem labiis pollicentur, re autem infecta tunc exeunt.

ούτων ἄλλοτε ἄλλως μηχανωμένων καὶ κατὰ
ττευομένων τοῖς κατηγόροις, μῆνες παρ-
δέκα. Ὁ δὲ ποιμὴν τῶν εἰωθότων οὐδὲ
παρελιμπάνετο, μᾶλλον μὲν οὖν ἐπεδίδου
ίρως ὅσαι ἡμέραι. Φιλεῖ γάρ πως ὁ ἀκενό-
ὶς ἐν ταῖς περιστάσεσι χαριέστερον δια-
καὶ λογιώτερον. Οἱ δὲ οὐκ ἐδίδοσαν ὕπνον
λμοῖς, οὐ κατέσχον τῶν μηχανῶν, πολιορ-
αντοίως, τοῦ τροπώσασθαι καὶ λαφυραγωγῆ-
σιλέως τὸν νοῦν. Ὁ δὲ βασιλεὺς γενναίως μὲν
καὶ ἀντετίθετο μέχρι τινός. Ὅτε δὲ πάντο-
τηγοροι τὸ ἴδιον ἀσφαλὲς περιεποιήσαντο,
θ' οἷός τις ἦν [ὁ] πρὸς τὴν τοσαύτην ἐπι-
ν καὶ ἀντιπερίστασιν κηρύξων ἢ βοηθήσων
ίῳ νοῖ, καταμεμαλάκισται καὶ αὐτὸς, καὶ
πολέμιον, ἀνθρώπινόν τι παθὼν, ὑποκλέ-
καὶ ὅπως, τρανῶς διηγήσομαι· Ἡ μεγάλη
ὼν, ἡ ἡμέρα τοῦ Χριστοῦ γενεθλίων παρῆν,
τιλεὺς, ὡς ἔθος, οὐ συμπαρῆν. Ἐδήλου δὲ
ρεῖ μὴ πρότερον κοινωνῆσαι, πρὶν ἢ αὐτὸν
ματα ἀποδύσασθαι. Οὕτω διῆλθε καὶ ἡ Τεσ-
ή· καὶ πρὸ μιᾶς τοῦ Πάσχα πάλιν ὁ βασι-
ίῳ τῶν κατηγόρων ἐγκλήματι, δηλοῖ τὰ

26. Cum hæc alias aliter machinarentur accusatores, et tesseris quodammodo luderent, menses decem præterierunt. Pastor autem ne tantillum quidem præternittebat ex consuetis ; imo vero quotidie magis ac magis augebatur ejus studium. Solet enim nescio quo modo mens, quæ caret vana gloria, jucundius affici, et se magis rationis compotem ostendere in casibus qui accidunt. Illi autem non dederunt somnum oculis, nullis abstinuerunt machinationibus, imperatoris mentem obsidentes, ut eam funderent et captivam abducerent. Imperator vero aliquandiu fortiter restitit et repugnavit. Quando autem omni ex parte tuta fuerunt omnia accusatoribus, nec ullus fuit, qui adversus talem insurrectionem posset amplius imperatoris mentem fulcire et ei opem ferre, ipse quoque est mollitus, et humanum quid passus, ab insidiis bestis est circumventus. Dicam autem aperte, quomodo. Erat dies maximus, Christi ortus. Imperator autem, ut mos est, non simul aderat, significavit autem pontifici, se non prius communicaturum quam ipse crimina diluisset. Sic præteriit etiam Quadragesima; et die uno ante Pascha, rursus imperator violentus

motu accusatorum, eadem significat, addens : Duæ te condemnarunt synodi : non possum tibi communicare. Quid vero pastor bonus, qui aspiciens advenire bestias, non fugit, et dimittit gregem ? Mihi, inquit, o imperator, a Deo fuit credita ecclesia, nec ab ea recedam. Sin autem hoc tibi visum sit, vi expellas, ne accusari possim, quod ordines deseruerim. Quod veritus imperator, in quem tyrannidem obtinebat vis inimicorum, cum eum cum metu separasset ab ecclesia, jussit degere in episcopatu : illud cogitans quod si quid rursus evenisset inopinatum, facilius esset eum invenire ad Deum placandum. Sic magnum luminare prohibetur lumen præbere Ecclesiæ ; et cum rursus imperatori exhiberetur molestia ab accusatoribus, ipse eis totum permisit consilium, ut qui venerandum diem Sabbati sancti et pontificis virtutem revereretur. Quid ergo dicunt ii, quibus fuerat permissum ? In nostrum caput, o imperator, sit Joannis depositio ; solum cito expellatur. Rursus ergo nulla interrogatio, et rursus suffragia et latæ sententiæ. Quæ agebat, sciebant omnes : confunditur universus populus, confunditur etiam dies festus, metus in fugam conjicit ; et fugientes clerus et quidquid erat fidelis populi et eorum qui gerebant magistratus, divinum Pascha in publico quodam lavacro quod Constantianæ dicitur, celebrarunt, vigilantes in illius noctis glorificationibus, et eos, qui erant catechesi instituti, baptizantes, et ea, quæ tempori conveniunt, munera obeuntes. Hæc quoque cito deferunt ad imperatorem, qui ad mala erant audaces : partim quidem timentes, ne si fuisset ingressus et solam invenisset ecclesiam imperator, populi quidem cognosceret benevolentiam, eos autem damnaret invidiæ : partim vero hoc agentes, ut omnes, qui illic erant, ulciscerentur imperator. Hinc assumpto Lucio, qui erat secta et sententia gentilis, et eo quem sub se recens habebat exercitu, nempe Thracibus armatis circiter quadringentis, secunda noctis vigilia (o quæ illic sunt per summam perpetrata audaciam, quæ quisnam digne fuerit lamentatus ?) repente impudenter irruperunt, et per medias turbas ad sanctas usque aquas procedunt, prohibent divinorum mysteriorum celebrationem, aciem struunt contra ministros ; licebatque videre effusa divinorum symbolorum mysteria, clavisque percutiunt capita sacerdotum, sanguine permiscent sacram piscinam. Deinde quid ? Fugiunt omnes : miserabile spectaculum iis, qui illic erant detenti. Nam ex militibus quidem alius virginem trahebat, tanquam prædam bello captam : alius autem tunicas, alius vero divina mysteria et vasa pretiosa. Sacerdotes conjiciebantur in carceres, expellebantur magistratus, frequentia proferebantur edicta, et minæ intentabantur frequentiores, quæ jubebant abnegari Joannis communionem. Sed sic quoque non cessabat, imo vero magis invalescebat et corroborabatur fides : et quomodo dictum est in Exitu Israel : *Quo magis eos occidebant, eo magis crescebant* [16]. Hinc eos Joannitas nominarunt cacodæmones.

A αὐτὰ, προσθεὶς, ὅτι Δύο σου κατεψηφίσαντο σύνοδοι καὶ ἀδυνάτως ἔχω [τοῦ] κοινωνῆσαί σοι. Τί δὲ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὃς τὴν τῶν θηρίων ἔλευσιν θεωρῶν οὐ φεύγει καὶ τὴν ποίμνην ἀφίησι ; Ἐγὼ θεόθεν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, τὴν ἐκκλησίαν πεπίστευμαι, καὶ ταύτης οὐκ ἀπολείψομαι. Εἰ δέ σοι τοῦτο διὰ θελήσεως, βίᾳ ἐξελαθήσομαι ἵν' ὀπῇ κατ' ἐμοῦ λειποταξίου γραφή. Τί δὲ ὁ τυραννούμενος βασιλεύς ; Τῇ βίᾳ τῶν κατηγόρων, μετὰ δέους τοῦτον τῆς ἐκκλησίας χωρίσας, ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ διάγειν ἐνεκελεύετο · ἐκεῖνο διανοησάμενος, ὡς εἴ γέ τι πάλιν συμβῇ τῶν ἀδοκήτων, εὑρίσκειν τοῦτον εἰς ἐξιλέωσιν τάχιον. Οὕτως ὁ μέγας φωστὴρ τὴν Ἐκκλησίαν κωλύεται ἀᾴδουσεῖν· καὶ δὴ πάλιν παραυτὰ δι' ὄχλου γινόμενος παρὰ τῶν B κατηγόρων ὁ βασιλεὺς, αὐτοῖς τὴν πᾶσαν βουλὴν ἐπιτρέπει, τὸ φρικτὸν τῆς ἡμέρας τοῦ ἱεροῦ Σαββάτου καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ ἀρχιερέως διευλαβούμενος. Τί οὖν οἱ ἐπιτετραμμένοι φασίν ; Ἐπὶ τὴν ἡμῶν κεφαλὴν, ὦ βασιλεῦ, ἡ καθαίρεσις Ἰωάννου · μόνον τάχιον ἐξωσθήτω. Πάλιν οὖν οὐδεμία ἐρώτησις, καὶ πάλιν ψῆφοι καὶ ἀποφάσεις. Διαγινώσκεται πᾶσι τὰ δράματα, συγχεῖται πᾶς ὁ λαὸς, συγχεῖται τὰ τῶν ἑορτῶν, ὁ φόβος φυγὴν ἐμποιεῖ, καὶ φυγόντες ὅ τε κλῆρος καὶ τὸ πιστὸν ἅπαν τοῦ λαοῦ καὶ τῶν ἐν ἀξιώμασι, τὸ θεῖον Πάσχα ἐν δημοσίῳ τινὶ λουτρῷ (Κωνσταντιαναῖς τοῦτό φασιν) ἐπετέλουν, τῆς τε νυκτὸς ἐκείνης ταῖς δοξολογίαις ἐπαγρυπνοῦντες, τούς τε κατηχηθέντας βαπτίζοντες, καὶ τὰ εἰωθότα τῷ C καιρῷ λειτουργοῦντες. Προσαναφέρουσι καὶ ταῦτα τῷ βασιλεῖ οἱ τολμηταὶ τῶν κακῶν, τοῦτο μὲν, δεδιότες μή πως εἰσελθὼν καὶ μόνην εὑρὼν τὴν ἐκκλησίαν ὁ βασιλεὺς τοῦ λαοῦ μὲν τὴν εὔνοιαν διαγνῷ, τῆς βασκανίας δὲ αὐτῶν καταγνῷ· τοῦτο δὲ, πρὸς ἄμυναν τῶν ἐκεῖ πάντων γενέσθαι τὸν βασιλέα παρασκευάζοντες. Ἐντεῦθεν λαβόντες τὸν Λούκιον, ὃς ἦν Ἑλληνόφρων, καὶ τὴν τοῦ ὑπ' αὐτὸν στρατοῦ νεολαίαν, Θρᾷκας ξιφήρεις ὡσεὶ τετρακοσίους, δευτέρᾳ φυλακῇ τῆς νυκτὸς (ὦ τῶν ἐκεῖ τολμηθέντων, ἃ τίς Ἱερεμίας ἀξίως θρηνήσειεν ;) αἰφνίδιον ἐτολμῶς εἰσεπήδησαν. Καὶ διασχίσαντες τοὺς ὄχλους, χωροῦσιν ἔνδον τῶν ἁγίων ὑδάτων, κωλύουσι τῶν μυουμένων τὴν θείαν μυσταγωγίαν, ἀντιτάσσονται τοῖς διακόνοις, καὶ ἦν ἰδεῖν ἐκχεόμενα τὰ τῶν θείων D συμβόλων μυστήρια· παίουσι ῥοπάλοις τὰς κάρας τῶν ἱερέων, αἵμασι κιρνῶσι τὴν κολυμβήθραν. Εἶτα τί ; Φεύγουσι πάντες, ἐλεεινὸν θέαμα τοῖς καταχθεῖσιν· ὁ μὲν τῶν στρατιωτῶν παρθένον εἷλκεν, ὡς λάφυρον· ὁ δὲ χιτῶνας· ὁ δὲ θεῖα μυστήρια καὶ σκεύη πολύτιμα. Οἱ μὲν ἱερεῖς ἐν εἱρκταῖς, οἱ δὲ ἐν ἀξιώμασιν ἀπηλαύνοντο. Διατάγματα συνεχῆ, αἱ ἀπειλαὶ συνεχέστεραι, τὴν Ἰωάννου κοινωνίαν ἀρνεῖσθαι προστάσσουσαι. Ἀλλὰ καὶ οὕτως οὐ κατηργεῖτο, μᾶλλον μὲν οὖν ἐκραταιοῦτο καὶ ἐπισφίγγετο τὰ τῆς πίστεως, κατὰ τὸ εἰρημένον ἐν τῇ Ἐξόδῳ τοῦ Ἰσραήλ· *Ὅσον ἀπέκτειναν αὐτούς, τοσοῦτο πλείους ἐγίνοντο.* Ἐντεῦθεν Ἰωαννῖται αὐτοὺς ἐξωνομάκασιν οἱ ἀλάστορες.

[16] Exod. I, 12.

κζ'. Ἔξεισιν ὁ βασιλεὺς μετὰ ταῦτα γυμνασίου χάριν τῶν βασιλείων· καὶ βλέπει τὸ πεδίον μακρόθεν λευχειμονοῦν τοῖς νεοφωτίστοις. Θαυμάζει τῷ θεάματι, γῆς ἄνθος δοκῶν τὸ ὁρώμενον. Ὑπῆρχον γὰρ περὶ τρισχιλίους οἱ νεοφώτιστοι. Διερωτᾷ τί ἂν εἴη τοῦτο (καὶ ὅρα δή μοι τῆς πονηρᾶς γλώσσης τὴν ἐξαπάτην)· Τῶν ἑτεροδόξων, ἔφησαν, Οὐαλεντινιανῶν ἐστιν ἡ πληθύς. Καὶ ἅμα τῷ λόγῳ, λάθρα κατ' αὐτῶν ὁρμῶσιν ἄνδρες ἐφήρεις. Καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις τίς ἂν λόγος παραδηλώσειε; πάλιν πληγαί, πάλιν βάσανοι, πάλιν δεσμά, πάλιν φυλακαί. Τὰ δεσμωτήρια, ἐκκλησίαι, πλήρη ὕμνων καὶ δοξολογιῶν· αἱ ἐκκλησίαι χείρους δεσμωτηρίων, ποινῶν, μαστίγων πληρέστατα, καὶ στρεβλώσεων. Ἔτι μῆνες ἐν μέσῳ δύο, καὶ ὁ βασιλεὺς βίᾳ πεισθείς, δηλοῖ τῷ ἀρχιερεῖ· Τὸ κατὰ σοῦ τῶν σῶν κατηγόρων ἡ πληθὺς ἐφ' ἑαυτοῖς ἐπεσπάσαντο κρίμα. Τοίνυν αὐτὸς τὰ κατὰ σαυτὸν ἀναθεὶς ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἔξελθε τῆς ἐκκλησίας. Τοῦτο τρανῶς ὁ ἱερὸς ἀθλητὴς δηλωθὲν διαγνοὺς, παραινέσας, στηρίξας, οἰκοδομήσας, τὰ κάλλιστα πᾶσι συμβουλευσάμενος, πάντας κατασπασάμενος τῷ ἁγίῳ καὶ τελευταίῳ φιλήματι, τὸν συντακτήριον ἀποδίδωκεν. Ἔτι δὲ παραθεὶς τὰς περὶ τὴν θαυμασίαν Ὀλυμπιάδα διακόνους τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων τινὶ, τῆς ἐκκλησίας ἐξέρχεται, συνελθόντος αὐτῷ καὶ τοῦ φυλάσσοντος ἀγγέλου τὴν ἐκκλησίαν, μὴ φέροντος ταύτης ὁρᾷν τὴν ἐρημίαν. Ἦν γὰρ οὐδὲν ἄμεινον τότε θεάτρου διακειμένη, κλωθωμένων, τρεχόντων, χοιζούντων, καταμωκωμένων, διασυρόντων τὸν ἅγιον. Φρικτὰ ταῦτα, καὶ θρήνων ἐπάξια· ὑφ' ὧν καὶ ὁ λόγος συμπάσχει, κομματικῶς τὴν μνήμην προβαλλόμενος. Τὰ ἐντεῦθεν φρικτότερα. Ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ τῆς τοῦ φωστῆρος διώξεως ἢ καταδύσεως τοιοῦτόν τι φρικωδέστατον γίνεται· Φοβερωτάτη φανεῖσα φλὸξ ἐκ μέσου τοῦ θρόνου, ἐν ᾧ τῶν λόγων ὁ ὑποφήτης τοῦ λόγου τὰς ἐξηγήσεις εἰώθει ποιεῖν, διαχεῖται τῆς ἐκκλησίας ἁπάσης, ἀποδενδροῦται πρὸς ὕψος διὰ τῶν αὐλείων ἄχρι τῆς ὀροφῆς τοῦ κώνου· καὶ, καθάπερ ἔχις γαστέρα φαγοῦσα, τῆς ἐκκλησίας ἐπὶ νῶτον ἐφέρετο, σωφρονίζουσα, καταπλήττουσα πάντας, τῶν τολμητῶν θεατρίζουσα τὰ τολμήματα. Καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; Ἀπηλιώτου ἐπεισβάλλει πνοὴ, καὶ θᾶττον ἢ λόγος, τὸν τῆς συγκλήτου βουλῆς καταδόσκεται οἶκον. Εἶτα διαπερᾷ λογικῶς, οἷα τὸ πῦρ, ἐπὶ τὰς βασιλείους αὐλάς· θάμβους ἦν κατιδεῖν, ὡσπερεὶ μεταξὺ δύο πυρίνων ὀρέων, τὸν μὲν ἔνδον λαὸν μὴ λωβώμενον· τὰ δὲ ἐκεῖσε δώματα καταδαπανώμενα· τῶν θ' ἱερῶν κειμηλίων τὸ πῦρ μὴ ψαῦσαι κατατολμῶν, καὶ στηλιτεῦον τὴν ἄλλην τῶν συκοφαντῶν τολμηρίαν, τί τολμησάντων εἰπεῖν; Ὅτι δι' ἀφαίρεσιν τῶν τιμίων ὕλων, τῶν ἱερῶν κειμηλίων ὁ ἱερεὺς ἀπελήλαται. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον (ὦ τόλμης ἀνθρώπων! ὦ τοῦ κρείττονος ἀνοχῆς!), ἀλλ' ἔτι πονηρῶς καὶ ἀθέως τοῖς κατηγόροις διαπεφήμισται, ὅτι Ἰωάννην οἱ ἀγαπῶντες, τὴν ἐκκλησίαν ἐνέπρησαν. Τάφος ἀνεῳγμένος ὄντως ὁ λάρυγξ αὐτῶν.

κη'. Ἀκούεται ταῦτα καὶ τῷ ὑπάρχῳ. Ὁ δὲ, φρονῶν τὰ Ἑλλήνων, ταύτῃ πολλοὺς μὲν τῶν προσανα-

A 27. Egreditur post hæc imperator e regia causa exercitationis, et videt procul campum albescentem candidis vestibus eorum, qui recens erant illuminati. Eo autem spectaculo afficitur admiratione, ut qui terræ florem putaret esse id quod cernebatur. Erant enim recens illuminatorum tria millia circiter : rogat, quidnam hoc sit. Vide autem malæ linguæ deceptionem. Est, inquiunt, heterodoxorum multitudo Valentinianorum. Quod simul atque dixissent, ex insidiis in eos impetum faciunt viri armati. Quæ vero posthæc sunt consecuta, quænam ostenderit oratio ? Rursus plagæ, rursus tormenta, rursus vincula, rursus custodiæ. Carceres erant ecclesiæ plenæ hymnis et glorificationibus : ecclesiæ vero deteriores carceribus, pœnis, flagellis, et B tormentis plenissimæ. Duo adhuc menses intercesserunt, et imperator vi persuasus, significat pontifici, dicens : Multitudo tuorum adversariorum in se attraxit id quod in te fuit constitutum judicium. Tu ergo res tuas Deo committens, egredere ex ecclesia. Hoc cum aperte sibi significatum sacrosanctus intellexisset athleta, postquam admonuit, confirmavit, ædificavit, omnibus quæ sunt optima consuluit, omnesque est osculatus sancto et ultimo osculo, eos valere jussit. Præterea autem, cum quæ cum admirabili Olympiade erant, diaconissas cuidam valde pio ac religioso presbytero commendasset, egreditur ex ecclesia, simul cum ipso quoC que egresso angelo, qui custodiebat ecclesiam, ut qui non ferret hanc videre solitudinem. Nihilo enim melius erat tunc affecta, quam theatrum, cum discurrerent, tumultuarentur, exsibilarent, irriderent, maledictisque sanctum incesserent. Sunt hæc horrenda et digna lamentationibus, a quibus simul etiam afficitur oratio, quæ eorum meminit per incisa. Quæ deinceps consequuntur, sunt magis horribilia. Eo ipso die persecutionis sive occasus luminaris, fit tale quid maxime horribile. Terribilissima apparens flamma ex medio throno, in quo verbi interpres solebat interpretari Scripturas, per universam diffunditur ecclesiam, et catenatim assurgit in altitudinem usque ad tectum et perinde D ac vipera, quæ exedit uterum, fertur super tergum ecclesiæ, castigans, admonens, et omnes terrens, palam ostentans audaces homines ea ausos, quæ non debebant. Quid deinceps est consecutum ? Exoritur ventus subsolanus, et dicto citius depascit curiam. Deinde ignis, perinde ac si esset ratione præditus, transit ad aulam regiam ; licebatque videre maximum miraculum, veluti inter duos igneos montes, populum quidem qui erat intus non lædi ; domos autem quæ illic erant consumi ; et ignem non audere vasa sacra tangere, et invehi in aliam sycophantarum audaciam ; quid ausi erant dicere ? Quod propter ablatas pretiosas materias et vasa sacra ejectus fuerat pontifex. Nec hæc solum, (o hominum audaciam ! o omnipotentis tolerantiam !) sed adhuc improbe et impie a malignis sparsa est fama, quod qui Joannem amabant, exusserant ecclesiam. Sepulcrum revera patens guttur eorum.

28. Audiuntur hæc quoque a præfecto. Ille autem, ut qui secta esset et sententia gentilis, ea

de causa multos quidem ex pastoribus, sacerdotibus, et aliis ex populo, qui erant dedicati principi pastorum, tormentis subjicit. Procedit autem etiam adversus pontificem et eum vinctum tradens militibus, solum relegat in Bithyniam: et cum esset solus, (o miraculum!) profitebatur libere pietatem. Ut finiam orationem, in quoddam oppidulum, cui nomen est Cucusos, athleta transmittitur. Et dolose quidem hoc factum est et de industria, ut illic interimeretur ab Isauris, qui eam obsidebant. Sed enim non dimisit eum Deus, qui custodit eos, qui sperant in ipsum. Illic enim quidam nomine Philadelphius, divina visione dignatus, excipit athletam. Erat autem totus ille locus plenus cultu simulacrorum et impietate: mutantur autem; quomodo? Habebant, qui illic erant, hominem quemdam paralyticum: quem cum adduxissent, neque enim fieri poterat ut absconderetur, quæ supra montem sita erat, virtutum magna civitas, cum rogant ut ipsum curet. Ille autem, accepta conversione et fide ejus, qui patiebatur, cum eum cito curasset, per eum universam regionem (erat vero multa et innumerabilis) attrahit, baptizat, docet pietatem, et postremo illic collocat omnem ordinem sacerdotalem. Propterea ineffabili gaudio afficitur vir divinus, et multos qui venerant aut allati fuerant, curat ab omnibus morbis.

29. Sed cum iter quidem confecerit, maneat oratio. Post exsilium autem principis pastorum, (hæc enim ego solum narrabo, qualia in gregem sunt machinati immanes illi laniatores, et quæ ab eis facta sunt) quomodo dixerit et exposuerit aliquis multiplices cruciatus? quinam autem hi sunt? Exsilia, asperæ tractationes, publicationes, translationes, fugæ, acerbæ mortis machinationes, non in hac aut illa civitate, sed fere per universum orbem terræ. Pervenit hoc ad aures Romani pontificis. Ex eo fit, ut novas excogitent rationes, et accusatrices litteras mittant accusatores. Sed ille quidem tunc parum patienter tolerat: eligitur autem Constantinopoli quidam, nomine Arsacius, qui erat vel ipsis piscibus magis mutus, amentibus amentior, senio confectus, condemnatus, inutilis. Ex quo quid accidit? Omnes omnino recedunt ab ecclesia. Quid ergo mali horum judices? Persuadent imperatori, et omnes cogunt invitos assentiri Arsacio. Et alios quidem ducebat timor; alii autem contra decertantes, martyrio suscepto coronabantur; alii vero fuga salutem sibi quærebant. Intercessit totus annus et parum amplius, et moritur Arsacius. Ei autem succedit Atticus. Quænam autem ab eo fiebant? Accusationes, ordinationes, metropolitani indigni qui mandentur memoriæ. Quidam viri boni non ferentes hæc videre, eunt Romam. Ex quibus cum rescivisset antistes, singula refert imperatori Honorio. Imperator autem cum imperatorem et fratrem scriptis ad eum litteris acriter arguisset et reprehendisset, comparatasque insidias et machinationes ei pulchre exposuisset, increpat, admonet adhortatur, et postremo consulit ut revocetur

κειμένων τῷ ἀρχιποιμένι, ποιμένων, ἱερέων, καὶ τῶν ἄλλων μιγάδων, διὰ βασάνων ἄγει. Χωρεῖ δὲ καὶ κατὰ ἱεράρχου, καὶ τοῦτον δέσμιον παραδοὺς στρατιώταις, ἐπὶ τὴν Βιθυνίαν ὑπερορίζει μονώτατον. Ἀλλὰ καὶ μόνος ὢν (ὦ τοῦ θαύματος!) ἐπαῤῥησιάζετο τὴν εὐσέβειαν. Τέλος τοῦ λόγου, πρός τι πολίχνιον (Κουκουσὸς τοῦτο λέγεται) ὁ ἀθλητὴς μεταπέμπεται, δολίως καὶ τούτου ἐπιτετηδευμένου τοῦ δράματος, τοῦ ἀναιρεθῆναι αὐτὸν ἐκεῖσε παρὰ τῶν ταύτην πολιορκούντων Ἰσαύρων. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἀφῆκεν αὐτὸν ὁ φυλάσσων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν Θεός. Ἐκεῖ γὰρ Φιλαδέλφιός τις οὕτω καλούμενος, θείας ὀπτασίας ἀξιωθείς, ὑποδέχεται τὸν ἀγωνιστήν. Ὁ δὲ χῶρος ἐκεῖνος ἅπας εἰδωλομανίας μὲν ἦν πλήρης καὶ ἀθεΐας· μεταβάλλονται δὲ, πῶς; Εἶχόν τινα παραλυτικὸν οἱ ἐκεῖσε, καὶ τοῦτον ἀγαγόντες (οὐκ ἦν γὰρ ἀποκρυβῆναί πως τὴν ὑπερκειμένην τοῦ ὄρους τῶν ἀρετῶν μεγαλόπολιν) ἀξιοῦσι τοῦ θεραπεῦσαι αὐτόν. Ὁ δὲ τὴν ἐπιστροφὴν δεδεγμένος, καὶ τὴν πίστιν τοῦ πάσχοντος, καὶ τοῦτον ταχέως ἐξιασάμενος, διὰ τοῦ ἑνὸς ἅπασαν τὴν χώραν (πολλὴ δέ τις καὶ ἀναρίθμητος ἦν) ἕλκει, βαπτίζει, τὴν εὐσέβειαν ἐνδιδάσκει, καὶ τέλος πᾶσαν τάξιν ἐκεῖ συνέταξεν ἱερώσυνον. Διὰ τοῦτο καὶ χαρὰν χαίρει ὁ θεῖος ἀνὴρ ἀνεκλάλητον, καὶ πολλοὺς ἐλθόντας, καὶ ἐνεχθέντα; ἀπὸ πασῶν θεραπεύει τῶν νόσων αὐτῶν.

κθ'. Ἀλλ' ὧδε μὲν τὴν πορείαν διανύσας, ὁ λόγος ἀναμεινάτω. Μετὰ δὲ τὴν ἐξορίαν τοῦ ἀρχιποιμένος (τοῦτο γὰρ μόνον ἐγὼ διηγήσομαι, οἷα τῷ ποιμνίῳ παρ' ἐκείνων τῶν παρακτῶν καὶ θηρωδῶν ἐπιμεμηχάνηται, οἷα καὶ διαπέπρακται), πῶς ἂν τις εἴποι τὰς πολυειδεῖς τῶν κολάσεων; τίνας δὴ ταύτας; Ἐξορίας, σκληραγωγίας, δημεύσεις, μεταναστεύσεις, φυγὰς, θανάτων πικρῶν μηχανὰς, οὐ κατὰ ταύτην ἢ ταύτην, ἀλλ' ἀνὰ πᾶσαν μικροῦ τὴν οἰκουμένην. Φθάνει ταῖς ἀκοαῖς τοῦ Ῥώμης ἐπισκόπου· ἐκεῖθεν τὰ δράματα· ἐντεῦθεν τῶν κατηγόρων κατήγορα γράμματα. Ἐκεῖνος μὲν, ἀλλὰ τέως, βραχύ τι μικροθυμεῖ· χειροτονεῖται δέ τις κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν, τὴν κλῆσιν Ἀρσάκιος, καὶ οὗτος ἰχθύων ἀφωνότερος, ἀνοήτων ἀνοητότερος, γεραίτατος, κατεγνωσμένος, ἀσυντελής. Ἐξ οὗ τί γίνεται; Πάντες τέλεον τῆς ἐκκλησίας ἀφίστανται. Τί οὖν οἱ κακοὶ τῶν τοιούτων κριταί; Παραπείθουσι τὸν βασιλέα, καὶ πάντας ἄκοντας ἄγουσι συνθέσθαι τῷ Ἀρσακίῳ. Καὶ τοὺς μὲν ἦγεν ὁ φόβος, οἱ δὲ ἀνταγωνιζόμενοι ἐμαρτύρουν, ἐστεφανοῦντο, οἱ δὲ φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπραγματεύοντο. Ἐνιαυτὸς ὅλος ἐν μέσῳ, καὶ μικρόν τι πρὸς, καὶ θνήσκει Ἀρσάκιος. Καὶ τοῦτον Ἀττικὸς διαδέχεται. Τίνα δὲ τούτῳ τὰ ὁρώμενα; Προβολαὶ, χειροτονίαι, μητροπολῖται, μνήμης ἀνάξια. Ταῦτα μὴ φέροντές τινες τῶν τῆς ἀρετῆς ἀνθρώπων ὁρᾷν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁπλίζουσιν· ἐξ ὧν ὁ πρόεδρος ἀναμαθὼν, τῷ βασιλεῖ Ὁνωρίῳ προσαναφέρει τὰ καθ' ἕκαστον. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ βασιλεῖ αὐταδέλφῳ γραφαῖς φρονίμως, τῶν ἐλέγχων τε καὶ τῶν ἄλλων δικαίων αἰτιαμάτων παραστησάμενος τὴν ἐνέργειαν, καὶ δὴ κατ' ἔπος ἀναζωγραφήσας τῶν σκευωρημάτων τὰ μηχανήματα, ἐπιτιμᾷ, παραινεῖ, καὶ πέρας συμβουλεύει ἀνα-

κληθῆναι τὸν ἅγιον. Οὐκ ἔλαθε δὲ ταῦτα τὴν Εὐδοξίαν· ἦ τῷ πιθανωτέρῳ χρησαμένη τῶν ἐπιτηδευμάτων (δεινὴ γὰρ ἦν τὰ τοιαῦτα) πείθει τὸν βασιλέα τοὺς ἀπὸ Ῥώμης ἀναμείναντα, διὰ τὸ τῶν πραγμάτων ἀτάραχον (ὦ προφάσεως ἀνοσίας!) τέως τὸν πρόεδρον μὴ ἀνακαλέσασθαι· μεταστειλαμένη δὲ λάθρα κατέχει τοὺς τότε λιμένας, καὶ Ἄβυδον, καὶ πᾶσαν διάβασιν, τοὺς μὲν ἀνιόντας Ῥωμαίους ἐγκελευσαμένη κακουχίαις καὶ ὕβρεσιν ἀποπέμψαντας, τὰς δὲ τούτων ἐπιστολὰς ἁρπάξαι καὶ ἀγαγεῖν. Ἴδει γάρ, ἴδει ἡ σοφὴ τοῦ κακοῦντος, ὡς ἐξεταζομένων τῶν πραγμάτων ἀνακληθήσεται ὁ ἀρχιερεύς. Ταῦτα καὶ μεμηχάνηται τῇ βασιλίδι, καὶ πέρας ἐλάμβανε. Κατέχονται γὰρ οἱ ἀπὸ Ῥώμης ἐκεῖ παραγεγονότες, φρουροῦνται, καὶ κακουχοῦνται, ἀπαιτοῦνται τὰ γράμματα, ἀνθίστανται γενναίως· ἡ ἀντίστασις εἰς κίνδυνον κατανεᾷ. Καὶ γάρ τις κλάσας τὸν ἀντίχειρα τοῦ ἐπισκόπου, ἁρπάζει σὺν τοῖς γράμμασι καὶ ἃ ἐπεφέροντο. Εἶτα κολακεύειν αὐτοὺς οἱ τολμηταὶ ἀναιδεύονται, χρυσῷ διακλέψαι τὸ συμπαθὲς μηχανορραφοῦσι· καὶ πάντα δόλον πλέκουσι μὲν, οὐ πείθουσι δέ. Πῶς, καὶ τίνα τρόπον; καλὸν καὶ τοῦτο εἰπεῖν. Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος, τούτοις προεπιστὰς ἔτι κατὰ τὴν ὁδόν· *Βλέπετε*, προῦλεγε, *πῶς περιπατεῖτε, ὡς σοφοὶ, μὴ ὡς ἄσοφοι, εἰδότες ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι*. Διὰ τῶν τότε τὰ νῦν αἰνιξάμενος· ᾧ στηριζόμενοι, τὸ ἐπικείμενον τῷ χαλκῷ τῶν ἀγρευτῶν τῆς Εὐδοξίας οὐ προσήκαντο δέλεαρ. Ὑπέστρεψαν οὖν μετὰ ἕκτον που μῆνα πρὸς τὰ οἰκεῖα, δηλώσαντες ἅπαντα. Καὶ ταῦτα μὲν ἕως ὧδε, καὶ οὕτως ἔχοντα.

λ'. Πρὸς τὰ ἑξῆς δὲ χωρῶν ὁ λόγος, τῶν προκειμένων ἐχέσθω. Ἄρτι τοῦ φερωνύμου τῆς θείας χάριτος ἑνιαυτῷ παντὶ πρὸς τῇ πολίχνῃ Κουκουσῷ διαπρέψαντος, κἀνταῦθα τοὺς λιμῷ καὶ δίψει Κυρίου λόγων λιμώξαντας διαθρέψαντος, λιμὸς ἄρτου καὶ τῶν ἀναγκαίων κατέσχε τὴν γῆν καὶ τὴν βασιλεύουσαν. Ταύτην ἐκλείπουσαν διαγνοὺς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ἐπιστολῶν παρηγορεῖ καὶ λόγων τοῖς βοηθήμασι. Καὶ πρῶτον μὲν τὸν δι' ἐπιστολῆς λόγον θαυμασίως τρέφοντα τὰς ψυχὰς τῶν ἀκροωμένων, ὁ τοῦ λόγου σιτοδότης σιτοδοτεῖ, ἐν κεφαλαίοις εἴκοσι καὶ τέτταρσιν ἀριθμούμενον· πρὸς τοὺς σκανδαλιζομένους ἐν ταῖς τοῦ βίου παρανομίαις ὁ λόγος ἔχων ὑπόθεσιν. Ἀρχὴ δὲ τῷ λόγῳ τίς; Ἰατρῶν μὲν, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἔτι δὲ πρὸς Κυριακὸν δύο, καὶ πρὸς Κωνσταντῖνον πρεσβύτερον γραφὰς διαφόρους, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν θαυμασίαν Ὀλυμπιάδα. Ἀλλ' οὐκ ἀφῆκεν οὕτως ὁ φθόνος αὐτόν. Ἤδη γὰρ κακουχίαις, αἰκίαις, οὐκ ἔστιν ὅσαις εἰπεῖν, πρὸς Ἀραβυσσὸν μεταπέμπεται. Καὶ πάλιν ἐν ταύτῃ τῆς ἄλλης πολίχνης τὰ δμοια ὁ θεραπευτὴς διαπραγματεύεται. Καὶ πάλιν ὁ φθόνος τῶν κατηγόρων τῷ φόβῳ μαιούμενος, πρὸς ὠδῖνας φόνου καὶ τόκους αὐτοὺς συνωθεῖ καὶ διανιστᾷ, καὶ τοσοῦτον, ὥστε εἰπεῖν τινα τοῖς κατηγόροις τοιοῦτον· Ἴδετε νεκρὸν φοβεροῦντα τοὺς ζῶντας, καὶ κρατοῦντας διαπτοοῦντα, καθάπερ τοὺς παῖδας τὰ

sanctus. Non latuerunt hæc Eudoxiam, quæ ornationis utens probabilitate (erat enim in rebus hujusmodi ingeniosa artifex) persuadet imperatori, ut iis, qui Romæ erant, exspectatis, ut res esset vacuæ omni perturbatione (o iniquum prætextum!) tunc non revocaret antistitem. Clam autem mittens, occupat qui tunc erant portus, Abydumque et omnem transitum, jubens ascendentes quidem Romanos male multatos et contumeliis affectos amandare; eorum autem epistolas eis ereptas auferre. Sciebat enim aperte, sciebat callida in malis mulier, quod si res examinarentur, esset revocandus pontifex. Hæc et machinata est imperatrix, eaque finem acceperunt. Detinentur enim, qui Roma illuc venerant; conjiciuntur in custodiam, male multantur, litteræ ab eis petuntur. Illi fortiter resistunt; resistentia autem desinit in periculum. Nam cum fregisset quidam pollicem episcopi, cum litteris rapit etiam ea quæ afferebant. Deinde audent impudentes et audaces homines eos blandiri, auro misericordiam moliuntur sibi comparare: et omnem quidem dolum contexunt, non autem persuadent. Quomodo et quanam ratione? Pulchrum est hoc quoque dicere. Paulus, divinus Apostolus, ad eos accedens, prædixit: *Videte quomodo caute ambuletis, tanquam sapientes, non tanquam insipientes, scientes quod dies mali sunt* [27]: per ea quæ flebant tunc, ea quæ nunc fiunt tacite innuens. Quo quidem confirmati, non admiserunt escam, quæ ori venatorum Eudoxiæ erat imposita. Post sextum ergo mensem ad suos reversi, significarunt omnia. Et hæc quidem hucusque, et ita se habent.

30. Ad ea autem, quæ deinceps consequuntur, procedens oratio persequatur ea quæ sunt proposita. Cum jam qui a divina gratia est denominatus, toto anno in oppidulo Cucuso se præclare gessisset, et aluisset eos, qui fame et siti laborabant verborum Domini, fames panis et rerum necessariarum terram invasit: et cum hanc urbem regiam deficere cognovisset pastor ille bonus, eam epistolarum et orationum consolatur auxiliis. Et primum quidem eam, quæ est per epistolam, orationem, auditorum animas nutrientem admirabiliter, suppeditat frumenti verborum suppeditator; quæ continet viginti quatuor capita. Ad eos autem, qui vitæ offenduntur iniquitatibus, habet argumentum oratio. Quodnam est autem principium orationis? Medici quidem, et quæ deinde sequuntur. Præterea autem duas ad Cyriacum, et ad Constantinum presbyterum varia scripta, et ad ipsam admirabilem Olympiadem. Sed non sic eum dimisit invidia. Jam enim vexationes, injurias, afflictiones nescio quam multas perpessus, transmittitur Arabyssum. Et rursus in eo eadem facit, quæ in alio oppidulo. Rursus autem invidia se obstetricem præbens accusatorum metui, eos impellit et incitat ad pariendam cædem, adeo ut ex accusatoribus quidam dixerit suis sociis: Videte mortuum terribilem qui vivos

[27] Ephes. v, 15, 16.

terret et rerum potientes stupore percellit, quomodo larvæ pueros. Quis hæc facit? Ille imbecillus, ille relegatus, qui non habet qui eum defendat. Illi autem serpentis insidias in se adhuc ostentantes, jusserunt eum jaci in quemdam locum omnium desertissimum : scientibus dico, Pityuntem, finitimum accolis Tzannorum. Adhuc autem antequam perveniret sanctus in loci solitudinem (hoc enim ego narrabo paululum intersistens), ab eo rursus videntur, sicut Antiochiæ, divini Apostoli : quid dicentes? Divinam gratiam afferentes, confirmantes et corroborantes, ungentes, laudantes eum propter puritatem conscientiæ, postremo annuntiantes ejus ad Deum excessum, foreque ut ad eorum perveniret honorem et gloriam; Eudoxiæ fœtidam et infamem mortem, eamque ante mortem ipsum sæpe a se requisiisse. Nihil prætermittunt quod faceret ad eum docendum. Postremo eum pascunt ambrosia, dicentes : Hac tibi opem ferente, nullo alio opus habebis nutrimento. Quam cum accepisset, comedit coram duobus, qui eum fideliter sequebantur. Qui etiam digni habiti sunt sermone et contemplatione Dei præconum, implerique gaudio et exsultatione, quæ illinc proficiscitur. Tres ergo post hæc menses intercesserunt, et augebantur mala quibus eum afficiebant milites; quod ipsum quoque meditatum et de industria procuratum fuerat a persecutoribus. Quæ autem ab eis meditata fuerant, Deo non permittente, cito interrupta fuerunt et rescissa. Quisnam autem modus? Data enim sic hæc quoque postrema narratio summo miraculo. Nondum Comanam appropinquarat sanctus, ecce autem noctu ei apparent Basiliscus et Lucianus martyres, dicentes : Bono esto animo, et gaudio exsulta ineffabili, frater Joannes. Cras enim simul erimus. Hoc ipsum quoque dixerunt sui templi presbytero, ut se pararet ad justa facienda et debitas exsequias divino pontifici. Venit ergo ad locum divus pontifex; quærit vestem splendidam, quæ tempori et dignitati conveniat : mutat autem ea quæ gestabat, et illa distribuit iis qui aderant. Deinde sacrum celebrat mysterium communicat sacramento gratiæ, fundit ultimas preces. Deinde cum de more dixisset hic inter patriarchas divinus et revera magnus Chrysostomus : Gloria Deo propter omnia, et facto signo crucis subjunxisset, Amen; et recubuisset, requievit decimo quarto mensis Septembris. Licebat autem videre post hæc, tanquam signo dato, concurrentes ex Syria, Cilicia, Ponto et Armenia omne genus hominum et omnem ætatem, propter utilitatem communem et salutem : et sic deponitur patientissimum et sanctissimum illud corpus cum martyrum qui illic sunt, corporibus : beatissima autem et divinissima anima excipitur intemeratis manibus immortalis omnium Regis, Domini et Dei nostri et Salvatoris Jesu Christi, quem cum Patre et sancto Spiritu decet omnis gloria, honor, potentia, majestas et magnificentia, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

μορμολύκεια. Τίς ταῦτα; ὁ ἀσθενὴς, ὁ ἐξόριστος, ᾧ μή ἐστι συνήγορος. Οἱ δὲ τὸ ἐπιβουλεῦον ἔτι τοῦ ὄφεως ἐν ἑαυτοῖς θεατρίζοντες, εἰς χῶρόν τινα μεταῤῥιφῆναι τοῦτον διακελεύονται πάντοθεν ἐρημότατον, εἰδόσι λέγω, τὸν Πιτυοῦντα λεγόμενον, τῶν περιχώρων Τζάνων τὸν ὅμορον. Ἔτι δὲ πρὸ τοῦ γε φθάσαι τὴν ἐρημίαν τὸν ἅγιον (τοῦτο γὰρ ἐγὼ διηγήσομαι μικρὸν ἐπισχών) ὀπτάνονται αὐτῷ πάλιν, καθάπερ ἐν Ἀντιοχείᾳ, οἱ θεῖοι ἀπόστολοι. Τί λέγοντες; Τὴν θείαν χαρὰν ἐπιφέροντες, ἐνισχύοντες, ἐπαλείφοντες τῇ τοῦ συνειδότος αὐτὸν καθαρότητι· ἐπὶ πᾶσιν ἀναγγελιζόμενοι τὴν πρὸς Θεὸν ἐκδημίαν, τὸ συντετάχθαι τῇ ἑαυτῶν τιμῇ τε καὶ δόξῃ, τὸν δὲ τῆς Εὐδοξίας ὀδωδότα καὶ ἄτιμον θάνατον, τὴν δὲ πρὸ τοῦ θανάτου πολλὴν παρ' αὐτῆς ἐπιζήτησιν, οὐδὲν ὅτι μὴ παραλιμπάνουσι τῶν ὑστέρων εἰς ἀναδίδαξιν. Τέλος; ἀμβροσίᾳ τοῦτον σιτίζουσι, φήσαντες, Ὡς ἐπαρκούσης σοι ταύτης, ἑτέρας οὐ δεηθήσῃ τροφῆς. Καὶ λαβὼν, ἔφαγε, τῶν σὺν αὐτῷ δύο πιστῶς ἐπακολουθούντων ἐνώπιον· οἳ δὲ κατηξίωντο τῆς ὁμιλίας τῶν θεοκηρύκων, καὶ τῆς ἐκεῖθεν χαρᾶς ἐμφορεῖσθαι καὶ τῆς ἀγαλλιάσεως. Τρεῖς οὖν μετὰ ταῦτα μῆνες ἐν μέσῳ, καὶ τὰ δεινὰ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἐπετείνετο, πάλαι μὲν καὶ τοῦτο μελετηθὲν καὶ διασκευασθὲν τοῖς δώκταις. Θεῷ δὲ καὶ τὰ τῆς μελέτης; μὴ συγχωρούμενα διεσπᾶτο θᾶττον καὶ ἀνεκόπτετο. Τίς δὲ ὁ τρόπος; διδόσθω καὶ τοῦτο κορυφουμένῳ θαύματι τελευταῖον διήγημα. Οὕπω τῇ Κομάνῃ προσήγγιζον οἱ περὶ τὸν ἅγιον, καὶ ἰδοὺ αὐτῷ νυκτὸς Βασιλίσκος καὶ Λουκιανὸς οἱ μάρτυρες φαίνονται, θάρσει, λέγοντες, χαρᾶς ἀνεκλαλήτῳ ἀγαλλιάματι, ἀδελφὲ Ἰωάννη. Αὔριον γὰρ ἅμα ἐσόμεθα. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ προεῖπον τοῦ ἑαυτῶν τεμενίσματος, ἑτοιμασθησομένῳ πρὸς πᾶσαν τὴν λειτουργίαν τῆς προσηκούσης ὁσίας τῷ θείῳ ἀρχιερεῖ. Φθάνει τοίνυν τὸν τόπον ὁ θεῖος ἀρχιερεύς· ἐπιζητεῖ τῷ καιρῷ καὶ τῇ ἀξίᾳ τὴν ἐπαξίαν στολὴν καὶ λαμπράν· ἐξαλλάσσει τε τὰ φορούμενα, τὰ δὲ τοῖς παροῦσι διαμερίζει. Εἶτα μυσταγωγεῖται, κοινωνεῖ τοῦ μυστηρίου τῆς χάριτος, ποιεῖται τὴν τελευταίαν εὐχήν. Ἔπειτα τὸ ἐξ ἔθους εἰπὼν ὁ θαυμάσιος οὗτος ἐν πατριάρχαις, καὶ μέγας ὄντως Χρυσόστομος· Δόξα τῷ Θεῷ πάντων ἕνεκεν, ἐπισφραγισάμενος ἑαυτῷ τὸ Ἀμήν, καὶ ἀνακλιθεὶς, ἀναπέπαυται τῇ τεσσαρακαιδεκάτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός. Ἦν οὖν ἰδεῖν μετὰ ταῦτα συῤῥέοντας, ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος, ἔκ τε Συρίας, Κιλικίας, Πόντου καὶ Ἀρμενίας, πᾶν γένος ἀνθρώπων, πᾶσαν ἡλικίαν, τῆς κοινῆς ἕνεκεν ὠφελείας καὶ σωτηρίας. Καὶ οὕτω συναποτίθεται μὲν τὸ παρτερικώτατον ἐκεῖνο καὶ ἅγιον σῶμα τοῖς τῶν μαρτύρων ἐνταῦθα σώμασιν· ἡ δὲ μακαρία καὶ θεοειδεστάτη ψυχὴ ταῖς ἀχράντοις χερσὶ τοῦ ἀθανάτου πάντων Βασιλέως, τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα πρέπει, τιμὴ καὶ κράτος, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ORATIO XIX (1).

Leonis, in Christo sempiterno Rege imperatoris, oratio vel epistola parænetica catholica, ad quoscunque videlicet Christi fideles scripta, hortatoria ad bene sancteque vivendum.

(Baronii *Annal.* ad annum 912, n. V.)

Benedictus Deus Pater, qui per dilectum Filium suum Dominum nostrum Jesum Christum liberavit nos a diaboli servitute, et in portione sanctorum sacrorum nos collocavit, cum filios et hæredes invisibilis gloriæ suæ nos constituerit, et a turpitudine passionum nos segregaverit, et integram nobis eam pulchritudinem instauraverit, in qua initio creati fuimus, vel potius ea longe meliorem nobis largitus nunc fuerit. Non enim, quemadmodum tunc temporis, malus ille dæmon, qui terram comedit, ita nunc libere potest ad nos accedere, præsertim cum non valeat fixis oculis intueri eorum faciem qui cœlum ipsum pro sua patria sunt assecuti. Benedictus, inquam, etiam Deus Filius, qui novissimis diebus in similitudinem hominum factus ex muliere, et in tempore cum apparuerit ille qui una cum Patre creavit sæcula, ut cacodæmonem ipsum destructorem vasis fictilis, naturæ scilicet humanæ, in simili figura apparens, contereret, et hominem jam perditum in novum hominem et incorruptibilem reformaret, et per mortem suam perpetuam illam mortis incursionem et imperium sisteret, ac in sanguine testamenti sui firmatam pacem scriberet, et concordiam in cœlo et in terra firmaret, assumpta videlicet nostra humana natura in sortem regni sui, qui, dum sibi carnis tabernaculum formavit, nos ex corruptibili tabernaculo ad incorruptibilem mansionem in cœlis transformavit, et in divino lumine fiduciam illam nobis restituit, quam perdidimus illius livore, qui in lumine permanere noluit, principis tenebrarum ; in quo etiam nos dum essemus mortificati in erroris corruptela, nunc ad vitam sumus iterum revocati, absorpta illa mortalitate per ipsius luminis efficaciam et virtutem, majorem scilicet participationem et communionem prioris illius largiti nobis luminis adepti, in gloria magnitudinis ejus. Benedictus etiam Deus, Spiritus videlicet Dei, qui replet omnia, et in quo cœlesti gratia digni facti sumus, et delictorum nostrorum remissionem sumus consecuti, soluta in die condemnationis et destructa peccati ipsius damnatione.

Liberi itaque a servitutis jugo, quo tenebamur, in libertate ambulemus, nec iterum priori servituti nos subjiciamus. Si enim, qui temporalem adepti sunt libertatem, ferre nullo pacto possunt ut, libertate neglecta, iterum ad servitutis jugum revertantur, quanto magis nos, qui sempiternam sumus assecuti libertatem, ipsius libertatis gloriam conservare debemus, nec iterum servitutis ignominia affici ; quique non vanum libertatis quoddam nomen adepti sumus, quæ in hac vita tantum nos liberos faceret, sed quæ sempiterno tempore mortem una cum servitute conculcaret. Hoc enim erat nostræ servitutis obsonium, et hac de causa eo magis nostram libertatem tueri debemus, ea in memoriam revocantes, quæ, dum servi essemus, passi sumus ; illud præcipue meditantes, quidnam sit quod pro nobis datum est pretium ; non aurum videlicet, non argentum, sed dilecti Filii Dei pretiosus sanguis, quem Pater ipse Deus pro nobis tradidit morti, nec illi pepercit propter magnam charitatem qua nos dilexit. Ne itaque tanti doni immensitatem, quod nobis largitus est Deus, contemnamus, nos iterum servos statuentes : non enim amplius libertatem hujusmodi iterum assequemur, cum semel dilectus Dei Filius proprium sanguinem fuderit, ut nos a peccatis liberi justitia repleamur.

Repleti igitur sanctitate illius, qui omnia replet, thesaurum nostrum nobis largitum integrum custodiamus, nec illum nobis a quoquam subripi permittamus, non enim amplius erit excusationis locus. Tunc etenim, licet absque ulla utilitate, fuit tamen relicta aliqua excusatio : nunc vero quænam esse poterit, cum nulla sit dæmoni facultas ad nos accedendi, sed potius ille nos fugiat, ut a conspectu ignis, et si illi obviam steterimus, fugiet nos procul dubio ; sin autem accesserit, eveniet ut conculcetur sub pedibus nostris tanquam is qui rapinam est operatus ? Confidentes hac de causa, non nobis ipsis, imo illi potius qui ipsum nobis conculcandum reddidit potentia magnitudinis suæ, securi vivamus, non iterum stulte appetentes cibum cognitionis boni et mali, sed angelorum cibo contenti simus, quem qui degustant, nunquam illos pœnitere contingit. Quisnam vero cibum nactus ad fruitionem vitæ et suavitatis idoneum, amaritudinis et mortis cibum gustare unquam voluerit ? Præterea si in cibis corruptibilibus nullus coinquinari cupit, quonam pacto fieri poterit ut nos qui sempiterna fruimur suavitate, cibis amaritudinis cupiditatum carnis coinquinari permittamus ? Nullus seipsum, quæso vos, seducat. Omnis quidem concupiscentia carnis esca est, et incentivum quoddam, modicam afferens suavitatem, deinde vero ad mortem nos præcipites ducit.

Cum igitur cibum habeamus æternæ vitæ, caveamus ne, diaboli escarum delectatione allecti, ad mortem prolabamur ; sed sanctitatis illius qui nos ab omnibus inquinamentis nostris purgavit, participes facti, sancti efficiamur. Hac enim de causa factus est pro nobis ipse peccatum, ne amplius in nobis regnet peccatum [1] ; mortuus etiam est ipse,

[1] II Cor. v, 21.

NOTÆ.

(1) Hæc oratio Græce impressa non exstat.

ne peccati opera amplius vivant, dum in nobis justitiæ vixerint opera. Misericordiam, fratres, et humanitatem diligamus, hæc enim est vitæ cœlestis aggregatio, et eos qui ipsam diligunt, licet sint in carne, cœlestes efficit : quandoquidem etiam ipsum cœlestem Deum in carne fieri ipsa effecit, et ea quæ inter se immenso distant spatio, in unum conjunxit. Volutemus animo quantum intersit inter luti massam et figulum. Quid igitur figulus, ut faciat vas utile ad aliquod ministerium, suscipit luti massam, et lutum ipsum non suscipiet seipsum, et seipsum abnegabit ? At quomodo fieri secus poterit vas congruum ad aliquod ministerium, nisi per manus figuli accipiat benedictionem ? Tunc enim, ut ex eo aliquid formetur utile est lutum, quando est bene dispositum ad figuli voluntatem. Efficiamur itaque etiam nos bene dispositi, exacta videlicet et perfecta cum figulo unione, et ex bono semine bonum fructum afferamus, misericordiam videlicet et clementiam ; nec a bono semine malus fructus oriatur, et vitis ad lætitiam plantata in amaritudinem convertatur, cum recte noverimus quod fructus ille qui non est proprii seminis germanus, benedictionem non obtinet, sed maledictionem, et laborem agricolæ inutilem reddit, et spem lætitiæ in mœstitiam illi convertit. Ex bono igitur semine fructum diversum et alienum non afferamus, ne mœstitiam agricolæ præbeamus, et maledictionis sententiam incurramus. Sed bonum operemur, bonum agricolam præ oculis habentes, neque malum in bono admisceamus ; non enim est credendum, dum rex quiescit, latronem arma depositurum. Hac igitur de causa ad nobilem Regis domum, quæ nos ipsi sumus, arma homicidæ cacodæmonis irrumpere ne permittamus. Dicit enim Deus : Inhabitabo inter ipsos et deambulabo. Malus vero dæmon et homicida ab initio hominem odio habuit, cum superbus sit et supplantator ; et per eum invidia ortum habuit, et per invidiam mors regnavit in nobis. Christus autem cum venisset tyrannum ejecit, quo ejecto nihil eorum amplius operatur quæ antea in ipso operabantur.

Quomodo igitur operabuntur aliquid quæcunque potestatem habebant antequam tyrannus ejiceretur ? Si videlicet Domini victoriam irritam reddamus, et tyrannum ejectum quasi adhuc regnantem colamus et veneremur. Cuique autem satis patet quam sit hoc damnabile. Convertamus igitur adversus eum arma quæ ipse male in malitia sua sibi paravit, eum videlicet odio prosequentes, et invidiam contra ipsum assumentes, quandocunque ipse jam morti destinatus suarum virium periculum facere contra nos voluerit ac si adhuc viveret. Bonum vero charitatis vinculum inter nos adinvicem sine querela conservemus, illum imitantes, qui nos dilexit, Dominum, et non eum, qui nos est odio prosecutus, dæmonem ; et sicut Christus Dominus iniquitates nostras ipse portavit, et, dum dilexit nos indignos licet aliquo honore, summam sibi gloriam comparavit, ita etiam nos æquo ferentes animo adinvicem opprobria et contumelias, gloriam nobis comparemus, salutem consecuti. Typum enim et exemplar seipsum nobis ille tradidit, quomodo oporteat opem ferre et suscipere imbecillos, qui ad infima nostræ imbecillitatis cum descendisset, qui est supra omnes cœlorum virtutes, nihili pendit omnia incommoda, cum nullo pacto aliter nos infirmos sanari licuisset. Illa sectemur Domini vestigia, per longanimitatem nos ipsos humiles reddentes, et aliorum defectus in charitatis victoria æquo ferentes animo ; non irascentes, sed potius pro illis orantes : quandoquidem etiam Christus pro illis orabat qui eum in cruce pro sua fragilitate afficiebant injuria : non enim cognoscebant neque quid facerent intelligebant, et hac de causa eum concusserunt qui terræ fundamenta concutere solet. Id etiam nobis declaravit, non solum ea longanimitate qua perferebat injurias, verum etiam ex nostra in carne, quam assumpsit, humilitate.

Quid enim vilius corruptione, quam caro ipsa hæreditatis loco obtinet ? Nihilominus nullus irascitur imbecilli parti corporis, sed compatitur potius illi, fovet illam et ei fert opem. Si igitur in rebus quæ sunt obnoxiæ corruptioni ita fieri solet, quanto magis in his rebus quæ corruptione carent ! Ne propter iniquitatem iniqui fiamus, sed vincamus in misericordia, ut Deo facti boni, etiam nos ab eo diligamur. Neque propter aliorum infirmitatem etiam nos infirmi reddamur, sed potius, si fieri potest, ex nostra firma valetudine aliquid infirmis largiamur, ut illi sanentur, nec amplius claudicet qui claudus est, et festuca ab ejus oculis removeatur, et videat frater noster quæ bona sunt et recta. Quemadmodum enim pes sanus non claudicat, ita oculus non allucinatus videbit recta. Iræ etiam omnis exacerbatio oritur ex infirmitate. Si vero corporis membra non percutiemus, sed potius fovebimus, cur eum qui secundum spiritum infirmus est, non miserabimur, sed vulnera potius infligemus, nostram conscientiam pariter vulnerantes ? Sed talia facere non est illum imitari, qui per vulnera devicit fortem humani generis hostem, et qui debilia confirmavit. Sumus invicem membra : custodiamus propterea mystici corporis integritatem, ne perdamus nosmetipsos ; nullus enim suamet perdit membra. Si vero aliquid amittit, hoc quidem defectu potius evenire solet, non autem excessu.

Quomodo igitur nos virtutem adepti, qua excedere possimus, propter illius excessum virtutis, qui nos divites reddidit, iterum in defectu ambulamus, non agnoscentes divitias virtutis nostræ ? Perficiamus ad invicem quæ nobis desunt in miserationibus : custodiamus harmoniam illam, in qua nos Spiritus sanctus Dei constituit : singuli ad invicem communicantes quam ab ipso consecuti sumus virtutem, et quam apud nos licet habeamus, illa tamen ipsi egemus ; et per omnia glorificetur caput omnium Christus. Ne singuli nobismet ipsis satis esse putemus ;

nullus enim sibi ipsi sufficiens est: sed sufficientia nostra ex Deo ad omnia præbetur abunde per largitionem beneplaciti sui, qua replet omnia. Nos etiam aperiamus viscera nostra, et compatientia nostra fratrum nostrorum flammas exstinguamus, ut ita nostrum etiam exstinguatur incendium. Eleemosynis enim remittitur peccatum, et in miserationibus pauperum dissipantur divitiæ male partæ, per eum qui in paupertate ad cœlestes divitias suas nos vocavit. Ambulemus in simplicitate, et non in dolo et iniquitate aliis invidentes, quod fuit omnium malorum radix et origo, neque iter teneamus illud per quod malum omne in orbem introivit. Si enim peccatum non deliquisset, nullo pacto mala cognoscerentur. Hac de causa dolum et iniquitatem omittamus, quoniam simplices et recti jungentur Deo. Et quis unquam poterit illum pervertere, qui omnium superat rectitudinem? Transeamus etiam in spiritus simplicitate dæmonis laqueos, nec in illos impingamus, ne quo pacto ad propriam necem servemur. Si quis enim proximo suo machinatur mala, seipsum alit ad diem interitus, et carbones coacervat ad seipsum comburendum, et sibimet spinas seminat ut in illis suffocetur. Ne itaque spinas nobis ipsis seramus, ea videlicet facientes aliis quæ nobis fieri nolumus.

Quid autem si tu alium conspicias in terra sua bona semina serentem mala, propter eum terram etiam tuam ipse perdes? Nullus in fructibus istis qui corrumpuntur, malum agricolam imitatur in iis quæ deteriora sunt; sed potius diligenter incumbit ut Deo fructuum largitori in lætitia pro acceptis fructibus gratiam referat. Omnis fructus pro quo non referuntur gratiæ, non est ab ipso agricola Deo, nec ortum habet a seminatione in divino lumine facta, sed potius ab occulta nobis zizaniorum superseminatione: et hac de causa tempore messis fructus ille comburendus traditur. Quis, inquam, sibimet ignem accendit? quis opus suum ad dolorem sibi parat, et non ad tranquillitatem? vel quis, dum rex aliquis ipsum ad quietem et imperium invitat, miseriæ opera quæret? Fugiamus miseriam, quæ est in hoc nostro mortali corpore, dum Spiritus, qui regnat, nos invitat ad regnum.

Si vero etiam molestias patimur, hoc erit propterea, ut regnemus, non ut universam vitam agamus in dolore, sed ut per transitoriam angustiam, ad eam quæ nunquam deficit, tranquillitatem transeamus, et per penuriam divites efficiamur, et in labore quiescamus: quemadmodum Lazarus ille evangelicus [a] per labores quietem adeptus est, et per ulcera in sinu Abrahæ foveri meruit. Si quis vero nunc quidem infeliciter agit, futuram suam lætitiam iniquitate aliqua non maculet; inveniet enim ita pro brevi labore et calamitate sempiternum gaudium et lætitiam; igne namque purgatur aurum, et anima miseriarum flamma suum splendorem adipiscitur. Cum gratiarum actione speremus in eum qui sibi complacuit, ut per combustionem in carne largiretur nobis probationem. Non tardabit diu spes ista, et adveniet exspectationis tempus, et tunc manifestabitur eorum beatitudo qui in patientia tanquam igne sunt probati: nec erit amplius labor, neque dolor, vel fames vel frigus, sed lætitia, et cibus cœlestis, et suavitas sempiterna.

Quicunque vero cum temporali aliqua delectatione meliorem vitam nacti sumus quam ut igne probemur, non propterea ab ipsa delectatione nos vinci sinamus, et quæ nobis data sunt ad salutem, faciamus ut miseriæ sint nobis occasio sempiternæ; sed quasi fideles præpositi domus, villicationis nostræ rationem inculpabilem reddere nos paremus illi qui eam nobis commendavit, nec comessationibus, ebrietatibus, et immunditiis voluptatum nos ipsos reddamus obnoxios; sed potius præsente felicitate utamur ad gratiarum actionem illius qui nos discrevit in altitudine divitiarum suarum, et, cum essemus ex eadem luti massa, nos præ aliis honoravit, fratres nostros nobis subjiciendo, ita tamen ut et nos subjiciamur in sancta humilitate et subjectione, non imperiose regnantes in animi elatione et arrogantia, sed cum misericordia in visceribus spiritualibus aliis tanquam filiis imbecillioribus tanquam potentes, et omnes cum omnibus misericordiam exercentes, ut hoc pacto nos ipsos lucremur, nec illum propter mundum amittamus, qui vicit mundum, et beneficii loco digni odio habeamur, sed diligamur potius, et cum ille venerit qui nos dilexit, lucremur præterea pro his nostris rebus, quæ nihil sunt, mercedem in gloria Dei, cui laus et honor in sæcula sæculorum. Amen.

Valete in Spiritu sancto, corruptionis imbecillitatem patientia superantes, virtute incorruptibilitatis confirmati et roborati.

[a] Luc. xvi.

LEONIS IMPERATORIS AUGUSTI

COGNOMENTO SAPIENTIS

PRECES LITURGICÆ

(Παρακλητικὴ ἡ μεγάλη ὀκτώηχος, ed. Venet.)

Incipiunt undecim Paschalia exapostcilaria, Matutinaque feriæ propria cántica; hæc quidem Leonis sapientissimi imperatoris, illa autem Constantini imperatoris Leonis filii.

Exapostcilarium 1.

Eamus cum discipulis, Christum in monte Galilææ fide spectaturi, quando potestatem confert omnia in cœlo et in terra suscipiendi. Discamus quomodo illas doceat omnes gentes baptizare in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, promittatque se cum eis futurum usque ad finem.

Cum discipulis gavisa es, o Deipara Virgo, quod Christum e sepulcro post tres dies, ut dixerat, videris egressum. Quibus visus est docens, manifestans superiora baptizareque jubens in Patre, in Filio, et in Spiritu, nobisque omnibus præcipiens resurrectioni fide adhærere, teque honorare, o Virgo.

Matutinum 1, *tonus* 1.

In montem discipulis properantibus Christus e terra surgens apparuit; qui potestatem accipientes super omnes quæ sub sole sunt regiones, profecti sunt ut resurrectionem ex mortuis reversionemque in cœlos prædicarent; quibus quoque æternam secum (dandam) beatitudinem nuntiavit veridicus Christus Deus, animarumque nostrarum Salvator.

Exapostcilarium 2.

Lapidem contemplatæ revolutum quæ unguenta gerebant lætabantur. Videbant enim juvenem in sepulcro sedentem, dicentemque: Ecce surrexit Christus; discipulis qui cum Petro sunt nuntiate; in Galilææ montem properate; ibi a vobis videbitur, sicuti amicis suis promisit.

Angelus quidem hoc verbum, Gaude, Virgini attulit ante tui, o Christe, conceptionem; angelus autem tui sepulcri lapidem revolvit: ille non luctus, sed ineffabilis gratiæ symbolum, hic te non mortis, sed vitæ choragum prædicans et magnificans, mulieribusque et discipulis nuntians resurrectionem.

Matutinum 2, *tonus* 2.

Cum procederent unguenta gerentes mulieres quæ cum Maria erant, atque dubiæ agitarent, quo-

Ἀρχὴ τῶν ἀναστασίμων ἐξαποστειλαρίων, καὶ τῶν ἑωθινῶν ἰδιομέλων, τῶν ια'. Εἰσὶ δὲ τὰ μὲν ἑωθινὰ, Λέοντος τοῦ σοφωτάτου βασιλέως, τὰ δὲ ἐξαποστειλάρια, τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου βασιλέως.

Ἐξαποστειλάριον α'.

Τοῖς μαθηταῖς συνέλθωμεν, ἐν ὄρει Γαλιλαίας, πίστει Χριστὸν θεάσασθαι, λέγοντα ἐξουσίαν λαβεῖν τῶν ἄνω καὶ κάτω· μάθωμεν πῶς διδάσκει βαπτίζειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς ἔθνη πάντα, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, καὶ συνεῖναι τοῖς μύσταις, ὡς ὑπέσχετο, ἕως τῆς συντελείας.

Τοῖς μαθηταῖς συνέχαιρες, Θεοτόκε Παρθένε, ὅτε Χριστὸν ἐώρακας ἀναστάντα ἐκ τάφου τριήμερον, καθὼς εἶπεν. Οἷς καὶ ὤφθη διδάσκων, καὶ φανερῶν τὰ κρείττονα, καὶ βαπτίζειν κελεύων ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ Πνεύματι· τὸ πιστεύειν αὐτοῦ ἡμᾶς τὴν ἔγερσιν, καὶ δοξάζειν σε, Κόρη.

Ἑωθινὸν α', ἦχος α'.

Εἰς τὸ ὄρος τοῖς μαθηταῖς ἐπειγομένοις, διὰ τὴν χαμόθεν ἔπαρσιν ἐπίστη ὁ Κύριος, καὶ προσκυνήσαντες αὐτὸν, καὶ τὴν δοθεῖσαν ἐξουσίαν πανταχοῦ διδαχθέντες, εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἐξαπεστέλλοντο κηρύξαι τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀποκατάστασιν. Οἷς καὶ συνδιαιωνίζειν ὁ ἀψευδὴς ἐπηγγείλατο Χριστὸς ὁ Θεὸς καὶ Σωτὴρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Ἐξαποστειλάριον β'.

Τὸν λίθον θεωρήσασαι ἀποκεκυλισμένον αἱ μυροφόροι ἔχαιρον· εἶδον γὰρ νεανίσκον καθήμενον ἐν τῷ τάφῳ, καὶ αὐτὸς ταύταις ἔφη· Ἰδοὺ Χριστὸς ἐγήγερται, εἴπατε σὺν τῷ Πέτρῳ τοῖς μαθηταῖς· ἐν τῷ ὄρει φθάσατε Γαλιλαίας, ἐκεῖ ὑμῖν ὀφθήσεται, ὡς προεῖπε τοῖς φίλοις.

Ἄγγελος μὲν ἐκόμισε τῇ Παρθένῳ τὸ, Χαῖρε, πρὸ σῆς, Χριστὲ, συλλήψεως. Ἄγγελος δὲ τὸν λίθον ἐκύλισε σοῦ τοῦ τάφου, ἀντὶ λύπης ὁ μὲν γὰρ χαρᾶς ἀφράστου σύμβολον· ὁ δὲ, ἀντὶ θανάτου σὲ χορηγὸν τῆς ζωῆς κηρύττων καὶ μεγαλύνων, καὶ λέγων τὴν ἀνάστασιν γυναιξὶ καὶ τοῖς μύσταις.

Ἑωθινὸν β', ἦχος β'.

Μετὰ μύρων προσελθούσαις ταῖς περὶ τὴν Μαριὰμ γυναιξὶ, καὶ διαπορουμέναις, πῶς ἔσται αὐταῖς

τυχεῖν τοῦ ἐφετοῦ, ὡράθη ὁ λίθος μετηρμένος, καὶ θεῖος νεανίας καταστέλλων τὸν θόρυβον αὐτῶν τῆς ψυχῆς· Ἠγέρθη γάρ, φησίν, Ἰησοῦς ὁ Κύριος. Διὸ κηρύξατε τοῖς κήρυξιν αὐτοῦ μαθηταῖς, εἰς τὴν Γαλιλαίαν δραμεῖν, καὶ ὄψεσθε αὐτὸν, ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, ὡς ζωοδότην καὶ Κύριον.

Ἐξαποστειλάριον γ'.

Ὅτι Χριστὸς ἐγήγερται, μὴτις διαπιστείτω· ἐφάνη γὰρ τῇ Μαρίᾳ, ἔπειτα καθωράθη τοῖς εἰς ἀγρὸν ἐπιοῦσι, μύσταις δὲ πάλιν ὤφθη ἀνακειμένοις ἑνδεκα, οὓς βαπτίζειν ἐκπέμψας, εἰς οὐρανοὺς, ὅθεν καταβέβηκεν, ἀνελήφθη, ἐπικυρῶν τὸ κήρυγμα πλήθουσι τῶν σημείων.

Ὁ ἀνατείλας ἥλιος, ἐκ παστοῦ ὡς νυμφίος, ἀπὸ τοῦ τάφου σήμερον, καὶ τὸν ᾅδην σκυλεύσας, καὶ θάνατον καταργήσας, σὲ τεκούσης πρεσβείαις, φῶς ἡμῖν ἐξαπόστειλον, φῶς φωτίζον καρδίας, καὶ τὰς ψυχὰς, φῶς βαδίζειν ἅπαντας ἐμβιβάζον ἐν τρίβοις προσταγμάτων σου, καὶ ὁδοῖς τῆς εἰρήνης.

Ἑωθινὸν γ', ἦχος γ'.

Τῆς Μαγδαληνῆς Μαρίας, τὴν τοῦ Σωτῆρος εὐαγγελιζομένης ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ ἐμφάνειαν, διαπιστοῦντες οἱ μαθηταὶ, ὠνείδιζον τὸ τῆς καρδίας σκληρόν. Ἀλλὰ τοῖς σημείοις καθοπλισθέντες καὶ θαύμασι πρὸς τὸ κήρυγμα ἀπεστέλλοντο, καὶ σὺ μὲν, Κύριε, πρὸς τὸν ἀρχίφωτον ἀνελήφθης· Πατέρα δὲ ἐκήρυττον πανταχοῦ τὸν λόγον, τοῖς θαύμασι πιστούμενοι· διὸ οἱ φωτισθέντες δι' αὐτῶν, δοξάζομέν σου τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, φιλάνθρωπε Κύριε.

Ἐξαποστειλάριον δ'.

Ταῖς ἀρεταῖς ἀστράψαντες, ἴδωμεν ἐπιστάντας ἐν ζωηφόρῳ μνήματι ἄνδρας ἐν ἀστραπτούσαις ἐσθήσεσι μυροφόροις, κλινούσαις εἰς γῆν ὄψιν· τοῦ οὐρανοῦ δεσπόζοντος ἔγερσιν διδαχθῶμεν, καὶ πρὸς ζωὴν τῷ μνημείῳ δράμωμεν σὺν τῷ Πέτρῳ, καὶ τὸ πραχθὲν θαυμάσαντες, μείνωμεν Χριστὸν βλέψαι.

Τὸ, Χαίρετε, φθεγξάμενος, διημείψω τὴν λύπην τῶν προπατόρων, Κύριε, τὴν χαρὰν ἀντεισάγων ἐγέρσεώς σου ἐν κόσμῳ. Ταύτης οὖν, ζωοδότα, διὰ τῆς κυησάσης σε, φῶς φωτίζον καρδίας, φῶς οἰκτιρμῶν τῶν σῶν ἐξαπόστειλον, τοῦ βοᾷν σοι· Φιλάνθρωπε θεάνθρωπε, δόξα τῇ σῇ ἐγέρσει.

Ἑωθινὸν δ', ἦχος δ'.

Ὄρθρος ἦν βαθὺς καὶ αἱ γυναῖκες ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμά σου, Χριστέ. Ἀλλὰ τὸ σῶμά σου οὐχ εὑρέθη, τὸ ποθούμενον αὐταῖς· διὸ ἀπορουμέναις, οἱ ταῖς ἀστραπτούσαις ἐσθήσεσι ἐπιστάντες, Τί τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν ζητεῖτε; ἔλεγον· ἠγέρθη, ὡς προεῖπε· τί ἀμνημονεῖτε τῶν ῥημάτων αὐτοῦ; Οἷς πεισθεῖσαι, τὰ ὁραθέντα ἐκήρυττον· ἀλλ' ἐδόκει λῆρος τὰ εὐαγγέλια, οὕτως ἦσαν ἔτι νωθεῖς οἱ μαθηταί· ἀλλ' ὁ Πέτρος ἔδραμε, καὶ ἰδὼν, ἐδόξασέ σου πρὸς ἑαυτὸν τὰ θαυμάσια.

modo desiderii compotes fierent (1), lapidem viderunt amotum, cœlestemque juvenem, qui mentes illarum turbatas compescuit, dicens: Surrexit Jesus Dominus; ideoque ipsius nuntiis nuntiate ut in Galilæam currant, illum visuri qui ex mortuis surrexit vitæ donator et Dominus.

Exaposteilarium 3.

Christum surrexisse nemo diffidat: apparuit enim Mariæ, deinde (discipulis) exeuntibus rus, denuoque undecim suis apostolis, quibus ad baptizandum missis, ipse in cœlum unde descenderat assumptus est, quam multis signis confirmans prædicationem.

O Oriens sol hodie e sepulcro, qualis e thalamo sponsus, infernum spolians, mortemque frangens, Genitricis tuæ precibus (annuens) nobis lucem mitte quæ corda et mentes illuminat, omnesque impellit ad ambulandum in mandatorum tuorum semitis et in viis pacis.

Matutinum 3, tonus 3.

Mariam Magdalenam Salvatoris resurrectionem apparitionemque nuntiantem diffidentes discipuli de cordis duritia vituperati sunt. Sed signis miraculisque armati in prædicationem sunt profecti. Et tu, Domine, in lucem lucis principium assumptus es. Patrem vero illi prædicabant ubique, verba miraculis confirmantes. Itaque nos per eos illuminati tuam ex mortuis resurrectionem glorificamus, o hominum amator, Domine.

Exaposteilarium 4.

Virtutibus nos illuminati videamus stantes in salutari monumento homines vestimentis fulgentibus, odorantibus, oculosque ad terram cogentibus indutos, cœlestis Domini resurrectionem ediscamus, et vitæ amore ad monumentum curramus cum Petro, mirantesque quod factum est maneamus Christum contemplantes.

Qui clamasti, Gaudete, commuta primorum parentum luctum, Domine, gratiam substituens resurrectionis tuæ in mundo, tu qui eam cum vita donas, per illam quæ te portavit, lux corda illuminans, lux misericors, incita ex tuis qui ad te clament: O hominum amator Deus homo, gloria resurrectioni tuæ.

Matutinum 4, tonus 4.

Ante diluculum mulieres ad tuum monumentum ibant; sed quod exoptabant corpus non viderunt, cumque in dubio hærerent, fulgentibus vestimentis stantes dixerunt: Cur viventem inter mortuos quæritis? surrexit, sicut dixit. Cur verborum ejus oblitæ estis? Ex hoc fidem concipientes quod viderant nuntiabant. Sed earum fausta verba discipuli somnia existimabant, adeo etiam tunc tardi erant corde. Petrus tamen cucurrit, et cum vidisset, tua propter ipsum operata glorificavit miracula.

NOTÆ.

(1) Scilicet, ut sepulcrum apertum invenirent.

Exapostelitarium 5.

Vita et via Christus, cum surrexisset, Cleophæ Lucæque iter faciendo comes fuit, et ab illis agnitus est in Emmao panem frangens. Illorum corda et mentes ardebant, dum eis loqueretur, Scripturis quod factum fuerat explicans. Cum eis clamabimus : Surrexit, et a Petro visus est.

Immensa tua laudo munera, o misericors Creator meus, quod te ipsum exinanivisti, ut portares salvaresque perditam hominum naturam, et, licet Deus, ex sancta Dei Genitrice nasci propter me voluisti, et descendere usque ad infernum ad salvandum me, Virginis quæ te genuit precibus, o summe misericors Domine.

Matutinum 5, *tonus obliquus* 1.

O quam sapientia tua judicia, Domine ! Quomodo quidem Petro solis linteolis dedisti tuam noscere resurrectionem ? Lucæ autem et Cleophæ iter faciens loqueris, et loquens non statim te manifestas, unde et vituperationem incurris ut solus extraneus in Jerusalem, ignoransque magistratuum illius sententiam. Sed tu omnia ad utilitatem operis accommodans, prophetias ad te spectantes explicasti, et in benedictione panis agnitus es ab illis quorum jam antea corda ad tui recognitionem erant inflammata. Illi autem discipulis congregatis jam effuse nuntiaverunt tuam resurrectionem, cujus causa miserere nostri.

Exapostelitarium 6.

O Salvator, qui te hominem natura esse monstravisti, et stans inter discipulos post resurrectionem docuisti, cum eis vescens, o baptisma pœnitentiæ, qui ad cœlestem Patrem assumptus ab illo mittendum Paracletum nuntiasti. Excellens Deus homo, gloria tuæ resurrectioni !

Mundi creator et omnium rerum Dominus, carnem viventem induens ex puro tuo sanguine, o sanctissima Virgo, corruptam naturam meam funditus renovavit, rursus, ut ante nativitatem, post nativitatem deponens. Unde fidenter omnes te benedicimus clamantes : Gaude, Dominatrix mundi !

Matutinum 6, *tonus obliquus* 2.

Tu vere es, Christe, pax Dei erga homines, pacem tuam post resurrectionem discipulis dedisti, illosque ostendisti territos, putantes se spiritum videre. Sed ex illorum mentibus terrorem depulisti pedes et manus ostendens ; prætereaque nondum fidentibus, escæ participatione doctrinæque recordatione mentes ad intelligendum Scripturas aperuisti. Postquam autem Spiritum a Patre mittendum promisisses, illis benedixisti et ad cœlum abreptus es. Ideo cum illis adoramus te ; gloria tibi, Christe !

Exapostelitarium 7.

Quia Dominum diligebant, ex dictis Mariæ ad sepulcrum cucurrerunt Simon Petrus et alius quem amabat Christus discipulus. Venerunt invenerunt que solummodo linteola intus sparsa : capitis

A

Ἐξαποστειλάριον ε'.

Ἡ ζωὴ καὶ ὁδὸς Χριστὸς ἐκ νεκρῶν τῷ Κλεόπᾳ καὶ τῷ Λουκᾷ συνώδευσεν, οἵσπερ καὶ ἐπεγνώσθη, εἰς Ἐμμαοῦς κλῶν τὸν ἄρτον, ὧν ψυχαὶ καὶ καρδίαι καιόμεναι ἐτύγχανον, ὅτε τούτοις ἐλάλει ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ Γραφαῖς ἡρμήνευσεν ἃ ὑπέστη, μεθ' ὧν, Ἠγέρθη, κράξωμεν, ὤφθη τε καὶ τῷ Πέτρῳ.

Ὑμνῶ σου τὸ ἀμέτρητον ἔλεος, ποιητά μου, ὅτι σαυτὸν ἐκένωσας, τοῦ φορέσαι καὶ σῶσαι φύσιν βροτῶν κακωθεῖσαν, καὶ Θεὸς ὢν ἠνέσχου, ἐκ τῆς ἁγνῆς Θεόπαιδος, κατ' ἐμὲ τοῦ γενέσθαι, καὶ κατελθεῖν μέχρις ᾅδου, θέλων με τοῦ σωθῆναι πρεσβείαις τῆς τεκούσης σε, Δέσποτα πανοικτίρμον.

Ἑωθινὸν ε', ἦχος πλάγιος α'.

B

Ὦ τῶν σοφῶν σου κριμάτων, Χριστέ. Πῶς Πέτρῳ μὲν τοῖς ὀθονίοις μόνοις ἔδωκας ἐννοῆσαί σου τὴν ἀνάστασιν, Λουκᾷ δὲ καὶ Κλεόπᾳ συμπορευόμενος ὡμίλεις, καὶ ὁμιλῶν οὐκ εὐθέως ἑαυτὸν φανεροῖς ; διὸ καὶ ὀνειδίζῃ, ὡς μόνος παροικῶν ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ μὴ μετέχων τῶν ἐν τέλει βουλευμάτων αὐτῆς. Ἀλλ' ὁ πάντα πρὸς τὸ τοῦ πλάσματος συμφέρον οἰκονομῶν, καὶ τὰς περὶ σοῦ προφητείας ἀνέπτυξας, καὶ ἐν τῷ εὐλογεῖν τὸν ἄρτον ἐγνώσθης αὐτοῖς, ὧν καὶ πρὸ τούτου αἱ καρδίαι πρὸς γνῶσίν σου ἀνεφλέγοντο, οἳ καὶ τοῖς μαθηταῖς συνηθροισμένοις ἤδη τρανῶς ἐκήρυττόν σου τὴν ἀνάστασιν · δι' ἧς ἐλέησον ἡμᾶς.

Ἐξαποστειλάριον ς'.

C

Δεικνύων ὅτι ἄνθρωπος, Σῶτερ, εἶ κατ' οὐσίαν, ἐν μέσῳ στὰς ἐδίδασκες, ἀναστὰς ἐκ τοῦ τάφου, καὶ βρώσεως συμμετέσχες, βάπτισμα μετανοίας · εὐθὺς δὲ πρὸς οὐράνιον ἀνελήφθης Πατέρα, καὶ μαθηταῖς πέμπεις τὸν Παράκλητον ὃν ἐπηγγείλω · ὑπέρθεε θεάνθρωπε, δόξα τῇ σῇ ἐγέρσει.

Ὁ ποιητὴς τῆς κτίσεως, καὶ Θεὸς τῶν ἁπάντων, σάρκα βροτείαν ἔλαβεν ἐξ ἀχράντων αἱμάτων σου, παναγία Παρθένε, καὶ φθαρεῖσάν μου ὅλην τὴν φύσιν ἐκαινούργησε πάλιν ὡς πρὸ τοῦ τόκου, καταλιπὼν μετὰ τόκον, ὅθεν πιστῶς σε πάντες ἀνευφημοῦμεν κράζοντες· Χαῖρε, Δέσποινα κόσμου.

Ἑωθινὸν ς', ἦχος πλάγιος β.

D

Ἡ ὄντως εἰρήνη σὺ, Χριστὲ, πρὸς ἀνθρώπους Θεοῦ, εἰρήνην τὴν σὴν διδοὺς, μετὰ τὴν ἔγερσιν μαθηταῖς ἐμφόβους ἔδειξας αὐτούς, δόξαντας πνεῦμα ὁρᾷν· ἀλλὰ κατέστειλας τὸν τάραχον αὐτῶν τῆς ψυχῆς, δείξας τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας σου· πλὴν ἀπιστούντων ἔτι, τῇ τῆς τροφῆς μεταλήψει καὶ διδαχῶν ἀναμνήσει διήνοιξας αὐτῶν τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι τὰς Γραφὰς, οἷς καὶ τὴν Πατρικὴν ἐπαγγελίαν καθυποσχόμενος, καὶ εὐλογήσας αὐτοὺς, διέστης πρὸς οὐρανόν· διὸ σὺν αὐτοῖς προσκυνοῦμέν σε, Κύριε, δόξα σοι.

Ἐξαποστειλάριον ζ'.

Ὅτι ἦραν τὸν Κύριον, τῆς Μαρίας εἰπούσης, ἐπὶ τὸν τάφον ἔδραμον Σίμων Πέτρος καὶ ἄλλος μαθητὴς Χριστοῦ ὃν ἠγάπα · ἔτρεχον δὲ οἱ δύο, καὶ εὗρον τὰ ὀθόνια, ἔνδον κείμενα μόνα, καὶ κεφαλῆς ἦν δὲ τὸ

σουδάριον χωρὶς τούτων, διὸ πάλιν ἡσύχασαν, τὸν Χριστὸν ἕως εἶδον.

Μεγάλα καὶ παράδοξα δι' ἐμὲ κατειργάσω, Χριστέ μου πολυέλεε· ἐκ Παρθένου γὰρ κόρης ἐτέχθης ἀνερμηνεύτως, καὶ σταυρὸν κατεδέξω, καὶ θάνατον ὑπομείνας, ἐξανέστης ἐν δόξῃ, καὶ τὴν ἡμῶν φύσιν ἠλευθέρωσας τοῦ θανάτου· δόξα, Χριστέ, τῇ δόξῃ σου, δόξα τῇ σῇ δυνάμει.

Ἑωθινὸν ζ', ἦχος βαρύς.

Ἰδοὺ σκοτία καὶ πρωΐ, καὶ τί πρὸς τὸ μνημεῖον, Μαρία, ἕστηκας, πολὺ σκότος ἔχουσα ταῖς φρεσίν, ὀφ' οὗ ποῦ τέθειται ζητεῖς ὁ Ἰησοῦς; Ἀλλ' ὅρα τοὺς συντρέχοντας μαθητὰς, πῶς τοῖς ὀθονίοις καὶ τῷ σουδαρίῳ τὴν ἀνάστασιν ἐτεκμήραντο, καὶ ἀνεμνήσθησαν τῆς περὶ τούτου Γραφῆς· μεθ' ὧν καὶ δι' ὧν καὶ ἡμεῖς πιστεύσαντες ἀνυμνοῦμέν σε τὸν ζωοδότην Χριστόν.

Ἐξαποστειλάριον η'.

Δύο ἀγγέλους βλέψασα ἔνδοθεν τοῦ μνημείου Μαρία ἐξεπλήττετο, καὶ Χριστὸν ἀγνοοῦσα, ὡς κηπουρὸν ἐπηρώτα· Κύριε, ποῦ τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ μου τέθεικας; Κλήσει δὲ τοῦτον γνοῦσα εἶναι αὐτὸν τὸν Σωτῆρα, ἤκουσε· Μή μου ἅπτου, πρὸς τὸν Πατέρα ἔπειμι, εἰπὲ τοῖς ἀδελφοῖς μου.

Τριάδος, Κόρη, τέτοκας ἀπορρήτως τὸν ἕνα, διπλοῦν τῇ φύσει πέλοντα, καὶ διπλοῦν ἐνεργείᾳ, καὶ ἕνα τῇ ὑποστάσει· τοῦτον οὖν ἐκδυσώπει ἀεὶ ὑπὲρ τῶν πίστει προσκυνούντων, ἐκ πάσης ἐπιβουλῆς τοῦ ἐχθροῦ λυτρώσασθαι· ὅτι πάντες πρὸς σὲ νῦν καταφεύγομεν, Δέσποινα Θεοτόκε.

Ἑωθινὸν η', ἦχος πλάγιος γ'.

Τὰ τῆς Μαρίας δάκρυα οὐ μάτην χεῖται θερμῶς· ἰδοὺ γὰρ κατηξίωται, καὶ διδασκόντων ἀγγέλων, τῆς ὄψεως αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ· ἀλλ' ἔτι πρόσγεια φρονεῖ, οἷα γυνὴ ἀσθενὴς, διὸ καὶ ἀποπέμπεται μὴ προσψαῦσαι Χριστῷ, ἀλλ' ὅμως κήρυξ πέμπεται τοῖς σοῖς μαθηταῖς. Οἷς εὐαγγέλια ἔφησε, τὴν πρὸς τὸν πατρῷον κλῆρον ἄνοδον ἀπαγγέλλουσα, μεθ' ἧς ἀξίωσον καὶ ἡμᾶς τῆς ἐμφανείας σου, Δέσποτα Κύριε.

Ἐξαποστειλάριον θ'.

Συγκεκλεισμένων, Δέσποτα, τῶν θυρῶν ὡς εἰσῆλθες, τοὺς ἀποστόλους ἔπλησας Πνεύματος παναγίου, εἰρηνικῶς ἐμφυσήσας. Οἷς δεσμεῖν τε καὶ λύειν τὰς ἁμαρτίας εἴρηκας, καὶ ὀκτὼ μεθ' ἡμέρας τὴν σὴν πλευρὰν τῷ Θωμᾷ ὑπέδειξας καὶ τὰς χεῖρας· μεθ' οὗ βοῶμεν· Κύριος καὶ Θεὸς σὺ ὑπάρχεις.

Τὸν σὸν υἱὸν ὡς ἔβλεψας ἀναστάντα ἐκ τάφου τριήμερον, Θεόνυμφε, παναγία Παρθένε, ἅπασαν θλῖψιν ἀπέθου, ἣν ὑπέστης ὡς μήτηρ, ὅτε κατεῖδες πάσχοντα, καὶ χαρᾶς ἐμπλησθεῖσα, σὺν τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς γεραίρουσα τοῦτον ὕμνεις· διὸ τοὺς Θεοτόκον σε νῦν κηρύττοντας σῶζε.

Ἑωθινὸν θ', ἦχος πλάγιος δ'.

Ὡς ἐπ' ἐσχάτων τῶν χρόνων, οὔσης ὀψίας Σαββάτων, ἐφίστασαι τοῖς φίλοις, Χριστὲ, καὶ θαύματι θαῦμα βεβαιοῖς, τῇ κεκλεισμένῃ εἰσόδῳ τῶν θυρῶν τὴν ἐκ νεκρῶν σου ἀνάστασιν· ἀλλ' ἔπλησας χαρᾶς

A enim sudarium longe erat semotum. Quapropter in prece manserunt donec Christum viderent.

Magna et incredibilia propter me operatus es, o Christe! qui me magnopere miseratus es. Ex pura enim Virgine ineffabili prodigio genitus, crucem accepisti, mortem subiisti et in gloria surrexisti naturam redimens. Gloria, Christe, gloriæ tuæ! potestati tuæ gloria!

Matutinum 7, *tonus gravis.*

Ecce nondum diluculum: cur, Maria, tenebras in corde gerens, stas ad monumentum, et quæris in qua parte Jesus fuerit depositus? Sed vide concurrentes discipulos, quomodo ex linteolis et sudario resurrectionem conjecerint, Scripturarum ad illum spectantium recordantes. Cum illis et per illos nos B quoque cum fide te celebramus canticis vitæ Christum donatorem.

Exaposteilarium 8.

Duobus angelis intra monumentum conspectis, Maria territa est, Christumque non agnoscens illum hortulanum putans interrogavit: Ubi mei Jesu corpus deposuisti? Appellatione vero agnoscens Salvatorem audiit (dicentem): Noli me tangere; abeo ad Patrem: fratribus meis annuntia.

Unam Trinitatis, o Virgo, prodigio ineffabili personam genuisti, natura quidem et virtute duplicem, hypostasi autem unam. Illum ergo semper pro omnibus adorantibus in fide precare, ut eos ab omnibus inimici insidiis liberet. Itaque ad te nunc C confugimus, Domina Dei Genitrix.

Matutinum 8, *tonus obliquus* 3.

Non frustra Maria ardentes lacrymas effundit: ecce enim digna efficitur, docentibus angelis, quæ Jesum ipsum videat. Verum humilia, qualia infirma mulier, sentit ex eo quod ne Christum tangat amovetur. Sed simul nuntia discipulis tuis mittitur. Quibus fausta voce viam ad paternam hæreditatem prædicat. Cum qua et nos manifestatione tua dignos habeas, Domine!

Exaposteilarium 9.

Clausis, o Domine, portis ingressus apostolos spiritu omnis sanctitatis replevisti, pacifice sufflans (1). Eos ligare et solvere peccata jussisti; et post octo dies latus manusque Thomæ ostendisti. D Quocum clamamus: Tu Dominus et Deus es.

Filium tuum videns e sepulcro post tres dies redivivum, o Dei Sponsa, sanctissima Virgo, omnem depone afflictionem quæ te invasit, cum passionis testis fuisti, et gratia repleta mercedem cum discipulis accipiens lauda eum. Quapropter salva qui te Deiparam prædicant.

Matutinum 9, *tonus obliquus* 4.

In ultimis diebus, vespere Sabbati ante amicos stas, o Christe, miraculoque miraculum confirmas, scilicet portarum clausarum invasione resurrectionem. Quinimo gratia discipulos replevisti,

NOTÆ.

(1) Sufflando dicens: *Pax vobis.*

sanctique spiritus participes effecisti, potestatem dimittendi peccata eis tribuisti, et Thomam ne fluctu incredulitatis submergeretur servasti. Ideo veram scientiam nobis concedas peccatorumque remissionem, o benigne misericors Domine.

Exaposteilarium 10.

Tiberiadis mare cum filiis Zebedæi, Nathanael Petroque et duobus aliis Thomam habuit piscantem, qui, jubente Christo, dextrorsum (retia) demittentes, multos pisces eliciebant. Cum Petrus agnoscens adnatabat, illis tertium apparens panem piscemque carbonibus assatum manducavit.

Qui e sepulcro post tres dies excessit, Dominum, o Virgo, exora pro illis qui te celebrant votisque beatam salutant. Te enim omnes refugium, salutem, mediatricemque apud illum habemus; nos hæreditas tua et servi tui, o Deipara, ad tuum suspicimus auxilium.

Matutinum 10, *tonus obliquus* 2.

Postquam in infernum descendisses, et ex mortuis surrexisses, discipuli tua abscessione, ut par erat, prostrati ad operationem conversi sunt, et rursus ad navigia et retia, sed nusquam pisces capiebant. Tu vero, Salvator, omnium rerum Domine, dextrorsum retia injicere jubes; et vere operatio tuum verbum fuit. Multitudinem enim piscium ceperunt. Nos autem hospitali convivio, in terra parato, cujus tecum discipuli fuere participes, spiritualiter dignare delectari, o hominum amator Domine!

Exaposteilarium 11.

Post divinam resurrectionem, ter Petrum Dominus sciscitatus: Utrum me amas? suarum ei ovium pascendarum præcipuum committit munus; qui discipulum Jesu charum videns sequentem, Dominum interrogavit: Et ille quid? Si velim, respondit Dominus, illum donec iterum veniam manere, quid ad te, mi Petre?

O tremendum mysterium! O incredibile miraculum! morte mors omnino fugata est. Quis non celebret adoretque tuam, o Verbum, resurrectionem, et quæ te immaculate in carne genuit Deiparam? Cujus intercessione omnes ab inferno salva!

Matutinum 11, *tonus obliquus* 4.

Manifestans te ipsum discipulis, o Salvator, post resurrectionem, Simoni tuarum dedisti ovium curam, in amoris successionem, pascendique officium; ideoque illum interrogasti: Utrum me amas, Petre? Pasce agnos meos, pasce oves meas. Qui cito charitatem ostentans de altero discipulo sciscitatus est. Illorum precibus, o Christe, gregem tuum ipsum ab infestis lupis custodi!

A τοὺς μαθητὰς, καὶ Πνεύματος ἁγίου μετέδωκας αὐτοῖς, καὶ ἐξουσίαν ἔνειμας ἀφέσεως ἁμαρτιῶν, καὶ τὸν Θωμᾶν οὐ κατέλιπες, τῷ τῆς ἀπιστίας καταβαπτίζεσθαι κλύδωνι· διὸ παράσχου καὶ ἡμῖν γνῶσιν ἀληθῆ, καὶ ἄφεσιν πταισμάτων, εὔσπλαγχνε Κύριε.

Ἐξαποστειλάριον ι'

Τιβεριάδος θάλασσα, σὺν παισὶ Ζεβεδαίου, Ναθαναὴλ τῷ Πέτρῳ τε, σὺν δυσὶν ἄλλοις πάλαι, καὶ Θωμᾶν εἶχε πρὸς ἄγραν· οἳ Χριστοῦ τῇ προστάξει ἐν δεξιοῖς χαλάσαντες, πλῆθος εἵλκον ἰχθύων, ὃν Πέτρος γνοὺς, πρὸς αὐτὸν ἐνήξατο, οἷς τὸ τρίτον φανεὶς, καὶ ἄρτον ἔδειξε καὶ ἰχθὺν ἐπ' ἀνθράκων.

Τὸν ἀναστάντα Κύριον τριήμερον ἐκ τοῦ τάφου, Παρθένε, καθικέτευε ὑπὲρ τῶν σε ὑμνούντων καὶ πόθῳ μακαριζόντων· σὲ γὰρ ἔχομεν πάντες καταφυγὴν σωτήριον, καὶ μεσίτην πρὸς τοῦτον· κλῆρος γὰρ σὸς καὶ οἰκέται πέλομεν, Θεοτόκε, καὶ πρὸς τὴν σὴν ἀντίληψιν ἅπαντες ἀφορῶμεν.

Ἐωθινὸν ι', ἦχος πλάγιος β'.

Μετὰ τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ἀθυμοῦντες, ὡς εἰκὸς, ἐπὶ τῷ χωρισμῷ σου, Χριστὲ, οἱ μαθηταὶ πρὸς ἐργασίαν ἐτράπησαν, καὶ πάλιν πλοῖα καὶ δίκτυα, καὶ ἄγρα οὐδαμοῦ· ἀλλὰ σὺ, Σῶτερ, ἐμφανισθεὶς ὡς Δεσπότης πάντων, δεξιοῖς τὰ δίκτυα κελεύεις βαλεῖν, καὶ ἦν ὁ λόγος ἔργον εὐθὺς, καὶ πλῆθος τῶν ἰχθύων πολὺ, καὶ δεῖπνον ξένον, ἕτοιμον ἐν γῇ, οὐ μετασχόντων τότε σου τῶν μαθητῶν· καὶ ἡμᾶς νῦν νοητῶς καταξίωτον ἐντρυφῆσαι, φιλάνθρωπε Κύριε.

C

Ἐξαποστειλάριον ια.

Μετὰ τὴν θείαν ἔγερσιν, τρὶς τῷ Πέτρῳ, Φιλεῖς με; πυθόμενος ὁ Κύριος, τῶν ἰδίων προβάτων προβάλλεται ποιμενάρχην· ὃς ἰδὼν ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς ἑπόμενον, ἤρετο τὸν Δεσπότην· Οὗτος δὲ τί; Ἐὰν θέλω, ἔφησε, μένειν τοῦτον, ἕως καὶ πάλιν ἔρχομαι, τί πρὸς σὲ, φίλε Πέτρε;

Ὦ φοβερὸν μυστήριον! ὦ παράδοξον θαῦμα! διὰ θανάτου θάνατος παντελῶς ἠφανίσθη· τίς οὖν μὴ ἀνυμνήσει, καὶ τίς μὴ προσκυνήσει σου τὴν ἀνάστασιν, Λόγε, καὶ τὴν ἀγνῶς ἐν σαρκὶ τεκοῦσάν σε Θεοτόκον; ἧς ταῖς πρεσβείαις ἅπαντας λύτρωσαι τῆς γεέννης.

D

Ἐωθινὸν ια', ἦχος πλάγιος δ'.

Φανερῶν ἑαυτὸν τοῖς μαθηταῖς σου, Σῶτερ, μετὰ τὴν ἀνάστασιν, Σίμωνι δέδωκας τὴν τῶν προβάτων νομὴν, εἰς ἀγάπης ἀντέκτισιν, τὴν τοῦ ποιμαίνειν φροντίδα αὐτῶν· διὸ καὶ ἔλεγες· Εἰ φιλεῖς, Πέτρε, ποίμαινε τὰ ἀρνία μου, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. Ὁ δὲ εὐθέως ἐνδεικνύμενος τὸ φιλόστοργον, περὶ τοῦ ἄλλου μαθητοῦ ἐπυνθάνετο· ὧν ταῖς πρεσβείαις, Χριστὲ, τὴν ποίμνην σου διαφύλαττε ἐκ λύκων λυμαινομένων αὐτήν.

ΩΔΑΡΙΟΝ ΚΑΤΑΝΥΚΤΙΚΟΝ

ΠΟΙΗΜΑ

ΚΥΡΙΟΥ ΛΕΟΝΤΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

—

CANTICUM COMPUNCTIONIS

Ex meditatione extremi judicii

OPUS

DOMINI LEONIS PHILOSOPHI ET IMPERATORIS

(Latine edidit P. Pontanus, Ingolstadii 1603 post Simeonis Junioris Opera; recusum in *Biblioth. Patr.* Lugdun, tom. XXII, p 717; — Græce P. Matranga in Anecdotis Græcis. Romæ 1850. Tom. II, p. 683.

—

Ἆρα τίς γῆθεν ἀείρας
Ἐν συστροφῇ με ζεφύρου,
Ἀκαριαίως ἀπαίσει
Πρὸς τὴν κλαυθμῶνος κοιλάδα,
Ἵν' ὅπως με τὰς μενούσας
Ἰδὼν κολάσεις θρηνήσω;
Βαβαί! βαβαί! πῶς βρυχάσει
Γαῖα διχῇ ῥηγνυμένη,
Νεύσει τῆς ὕπερθεν βίας,
Φρικώδεις ἀπογυμνοῦσα
Χώρους τοὺς νῦν κεκευθμένους;
Φεῦ μοι τῆς θίας ἐκείνης!
Γλαφυροτόρνευτοι τάφοι,
Σκότους μεστοί τε καὶ γνόφου,
Μυχὸς ἀπύθμαντος ἅλλος
Καὶ ἀντρονύχιος χάσμη,
Ἐν ἀποκρύφοις τηροῦνται
Πᾶσι λυγρῶς; τοῖς βιοῦσιν.
Δεινῶς ἐκεῖσε κοιτάζων
Ὁ ἄγριος αἱμοπότης
Βρύχει, μαιμᾷ, σαίνει κέρκον,
Καὶ κεχηνὼς ἀναμένει
Καταπιεῖν πικρὸς σκώληξ
Τοὺς κατ' ἐμὲ πλημμελοῦντας.

A

Δακρύων ὄμβρους μοι δίδου,
Εὐΐλατε Θεοῦ Λόγε,
Πρὶν κατακρύψει με τάφος
Ξένον, γυμνὸν εὐπραγίας,
Πρὶν οἱ πικροὶ φορολόγοι
Ζητήσουσί μου τὰς πράξεις.
Ἐκεῖ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων,
Ὀλολυγμός τε καὶ θρῆνος,
Τάρταρος ἄμοιρος θέρμης,
Ἀνήλιος καὶ σκώδης·
Ἐκεῖ πολύστενον πένθος,
Καὶ ὀχετοὶ τῶν δακρύων.
Ζυγὸς καὶ πλάστιγξ τὰ ἔργα
Σταθμίζεται δοκιμάζων,
Ἀνακουφίζων, βαρύνων,

B

Οὐ τὰ ἐσθλὰ, τὰ δὲ φαῦλα,
Ἅπερ βιῶν ἐπεπράχειν
Ἐκ πονηρᾶς συνηθείας.
Ἡ καταιγὶς ἐκθροεῖ με,
Καὶ ταραχὴ τῶν πνευμάτων,
Τὸ αὐχμηρὸν τῆς θυέλλης,
Καὶ συνοχὴ τῶν κτισμάτων.
Κτύποι βροντῶν ἐπαλλήλων,
Ἀστεροπῶν τε τὸ δίος.

Quis tandem me humo turbine venti aliquo sublatum, ad brevissimum tempus abducet ad vallem lacrymarum, ut visis ibidem suppliciis memet lugeam?

Heu! heu! quomodo rugiet tellus, cum nutu supernæ potentiæ dirupta, locos horribiles nunc latentes aperiet. Ah! triste spectaculum!

Profunde cavata sepulcra, tenebris et caligine plena, recessus immensus, et antra caliginosa abdita servantur omnibus, qui vitam ob flagitia exitiosam duxerint.

Illic cubans immitis potor sanguinis, dirum frendet, appetit, cauda remulcet, apertisque faucibus exspectat devorare peccatores mei similes.

Misericors Fili Dei, da mihi imbres lacrymarum, priusquam me tegat sepulcrum, hospitem, et nudum a recte factis: priusquam severissimi exactores inquirant in actiones meas.

Illic stridor dentium, ejulatus, et lamentatio; tartarus, caloris expers, solis nescius et umbrosus; illic luctus gemitibus refertus, et rivi lacry-

C

marum

Trutina et lanx opera ad amussim examinans probat, alia elevans, alia deprimens: ubi erunt peccata mea, quæ in hac vita ex prava consuetudine perpetravi.

Terret me procella, et tumultus ventorum, horror tempestatis, et pressura creaturarum, sonitus tonitruorum alternantium, ac fulgurum pavor.

Θάμβος ἰδεῖν ὑπὲρ πάντα,
Καὶ τρόμος ἀναπολῆσαι
Τὸν ποταμὸν τοῦ παμφάγου
Πυρὸς, ὁμοῦ τε καὶ λίμνην
Παφλάζουσαν καὶ βριμῶσαν
Ἐνδίκως με πυρπολῆσαι.
Θεοκυῆτορ Μαρία,
Τῶν γηγενῶν εὐκληρία,
Χριστιανῶν προστασία,
Ἁμαρτωλῶν ἐλπὶς μόνη
Καὶ κοσμικὴ θυμηδία,
Ῥῦσαι πυρὸς ἀπειλῆς με.
Ἰδοὺ, ψυχὴ παναθλία,
Βλεφάροις τῆς διανοίας.
Ἱστόρησά σοι τὰς θλίψεις,
Καὶ τὰς ποινὰς πρὸ τῆ δίκης·
Νῆφε θερμῶς ποτνιῶσα
Τῆς πείρας τούτων ῥυσθῆναι.
Κριτὴς σοι πόρρωθεν ἥξει
Θρονούμενος ἐν νεφέλαις,
Τὴν κτίσιν ἀνατινάσσων
Νερτέρων ἐκ τῶν θεμέθλων,
Κυμαίνων καὶ τὸν ἀέρα
Παναλκεστάτῃ δυνάμει.
Λαῖλαψ λικμήσει τὰ ὄρη,
Καὶ ἀφαντώσει τὰς νάπας,
Καὶ ἐν πυρὶ ἀκαμάτῳ
Ἐκτεφρωθήσεται χέρσος
Ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου
Κρίναι τὴν γῆν ἐρχομένου.
Μαρμαρυγαὶ νῦν φωστήρων
Σβεσθήσονται παραυτίκα,
Καὶ τῶν ἀστέρων τὰ πλήθη
Οἱάπερ φύλλα πεσοῦνται·
Σὺ δὲ, ψυχὴ, πῶς ὑποίσεις
Τὴν ἔλευσιν τοῦ Δεσπότου·

A Μέδον ὑψίθρονε, φεῖσαι
Ὡς εὐδιάλλακτος φύσει,
Ταῖς σῆς Μητρός σου πρεσβείαις,
Τῶν νοερῶν στρατευμάτων,
Πάντων ὁμοῦ τῶν ἁγίων,
Τοῦ πλάσματος τῶν χειρῶν σου.
Ναμάτων θάλασσα σπάνιν
Ὑφέξει δειματουμένη
Καὶ ποταμοὶ κονισθῶσι
Πηγάζοντες ἀεννάως·
Σὺ δὲ, ψυχὴ, τί ποιήσεις,
Τούτων φρικτῶς τελουμένων;
Ξένον ἰδέσθαι τὰ πάντα,
Τὸ περιέχον στοιχεῖον
Πυρκαϊᾶς ἀφανείᾳ
B Διδόμενον ὕλης δίκην,
Καὶ εἱλισσόμενον αὖθις
Ὡς κώδικα μεμβρανώδη.
Οἴμοι! πῶς ταῦτα, μελέα,
Ἐν νῷ, ψυχὴ, οὐ λαμβάνεις;
Ἀλλ' ὑπὲρ ψάμμον θαλάσσης
Ἀμνημονεῖς ἁμαρτῶσα·
Ἀδέλως ὄθεν τὸ τέρμα
Ἤδη λοιπόν σοι προσψαύσει.
Ἰῶ; λυγηρῶς ὑπαδούσης
Τῆς σάλπιγγος ὑπενέγκῃς;
Τῶν κενεώνων γὰρ γαῖη
Νέκυας ἀνασφαιρίσει,
Καὶ θάλασσα τοὺς σφετέρους
C Τῇ φοβερᾷ ἐπιστάσει.
Πεποίθησίς μοι, Παρθένε,
Γενοῦ τῆς δίκης ἐν ὥρᾳ,
Σκέπη, φρουρὸς, εὐεργέτης,
Καὶ ἵλασμὸς καὶ συλλήπτωρ,
Ἐξ ἔργων μὴ κεκτημένῳ
Ἐλπίδα θείας συγγνώμης.

Stupor et tremor erit videre omnia flumine ignis omnivori involvi, simulque lacum æstuantem et crepitantem, flammisque suis juste me devastantem.

Maria, Mater Dei, inter creaturas electa, Christianorum auxilium, peccatorum spes unica, mundi exhilaratio, ab imminenti igne salva me.

Aspice, anima miserrima, mentis oculis. Narravi tibi afflictiones et pœnas ante judicium : vigila, et harum experientia liberari ferventer desidera.

Judex tibi sublimis veniet, sedens in nubibus ut in throno, creaturam ex imis fundamentis concutiens, et aerem etiam omnipotentissima vi concitans.

Turbo ventilabit montes et eruet silvas, igneque rapido in cineres redigetur terra a facie Domini, qui venturus est judicare terram.

Luminarium fulgores subito exstinguentur, stellarumque multitudines tanquam folia de arboribus cadent. Tu vero, anima mea, quomodo adventum Domini sustinebis?

Rex altisedens, pro clementia tua, meritis Matris tuæ et intelligibilium exercituum, sanctorum simul omnium, parce operi manuum tuarum.

Mare conterritum aquis rarescet, et flumina repleta pulveribus, non nisi instar fontium manabunt. Tu, anima, quid ages, cum ista horribiliter evenient?

D Insolitum spectaculum, videre omnia complexam igniferam elementi voracitatem, silvæ instar diffusam, rursumque ut librum involutam.

Heu! miserabilis anima, cur hæc non perpendis, sed eorum immemor, peccatorum numero vincis arenas maris? Incertum est unde finis jam tibi impendeat.

Quomodo funestum canentem tubam sustinebis? Ejus enim sono tam intenso et formidabili sepulcris apertis prodibunt mortui, et mare quoque reddet mortuos suos.

Virgo, fiducia mea, sis in hora justitiæ tutela mihi, custos et auxiliatrix propitia, qui propter opera spem cœlestis veniæ jam non habeo.

Ῥαγήσεται τὰ μνημεῖα
Νεκάδων κατεστιγμένων
Τῇ τοῦ κριτοῦ ὑπαντήσει,
Μιχαὴλ σπέρχοντος ἅμα
Πάντας ῥιπῇ παραστῆσαι
Τεττάρων ἐκ τῶν ἀνέμων.
Σύνες, ψυχή, μετὰ ταῦτα
Φρικτοὶ πῶς τίθενται θρόνοι,
Καὶ ἀναπτύσσονται βίβλοι
Παρισταμένων ἐν φόβῳ
Ἀπείρων καὶ ἀναρίθμων
Ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων.
Τότε λοιπὸν αἱ κολάσεις
Δειχθήσονται, ἃς προέφην,
Ἀπολαμβάνειν ἑτοίμως
Τοὺς ὑπευθύνους διψῶσαι,
Ὧν τελευταῖος καὶ πρῶτος
Μόνος ἐγὼ ὁ παντλήμων.
Ὑπαγορεύσει πραέως
Ὁ δικαστὴς τοῖς ἀξίοις·
Καὶ αὐστηρῶς ἁμαρτωλοὺς
Τοῦ βήματος ἀπελάσει,
Οὓς μὲν εἰς δόξαν ἐφέλκων,
Οὓς δὲ πρὸς ἄληκτον πένθος.
Ὑπὸ πολλῆς εὐσπλαγχνίας
Καμπτόμενος, ἐλεήμων,
Μὴ φοβεροῖς ὑπηρέταις
Καὶ ἀμειλίκτοις ἀγγέλοις
Ἀθέμιτα τὸν ἐκ βρέφους
Σοὶ πταίοντα παραδῴης.
Φιλανθρωπίας σῆς ὄντως
Ἐκπίσουσιν ἀλαζόνες
Κριταὶ, σοφοὶ, καὶ δυνάσται,
Καὶ βασιλεῖς ὑπερόπται,

A Ἀζύγων καὶ ἱερέων,
Οἴμοι! πληθὺς καὶ μιγάδων.
Χωριζομένων συγγόνων.
Γονέων, φίλων καὶ τέκνων,
Τίς ἐννοῶν οὐκ οἰμώξει;
Τίς δὲ βαστάσει τὸν πόνον;
Οὐκ ὄψονται γὰρ ἀλλήλους
Εἰς τοὺς ἀπείρους αἰῶνας.
Ψυχή, λογίζου πῶς ἄρδην
Βληθήσονται εἰς κολάσεις,
Ἑλκόμενοι ἀποτόμως
Ὑπὸ πυρφόρων ἀγγέλων,
Καὶ στέναξον πρὸ τῆς πείρας
Ἐκ βάθους τῆς διανοίας.
B Ὡς θησαυροὺς τῆς ἀβύσσου
Καὶ οὐρανοῦ καταῤῥάκτας
Ἀνέῳξας κατακλύζων,
Σῶτερ, τὴν γῆν ἐπὶ Νῶε,
Οὕτως καὶ νῦν κατάκλυσον
Τὸν βόρβορον τῶν παθῶν μου.
Ὦ Δέσποτα τῶν αἰώνων,
Πάτερ, Υἱὲ, καὶ τὸ Πνεῦμα,
Ἡ τρισυπόστατος μία
Καὶ ἀδιαίρετος φύσις,
Δός μοι καιρὸν μετανοίας
Πρὸς λύσιν ἁμπλακημάτων.
Ὦ Δέσποινα Θεοτόκε,
Σπεῦσον, βοήθει μοι τάχος·
Ἡ γὰρ ἀκμὴ τῆς ἀξίνης
C Ὡς ἄκαρπον ἐκφοβεῖ με,
Καὶ ἡ φορὰ τῆς δρεπάνης
Ὡς ἄωρον ἐκδεδίττει·
Ὁ δὲ λικμήτωρ τὴν καῦσιν
Ὡς ἄχυρον ἀπειλεῖ μοι.

Rumpentur monumenta mortuorum ad Judicis adventum, Michaele simul festinante omnes puncto temporis ei sistere, a quatuor ventis.

Intellige, anima, quomodo post hæc throni metuendi ponentur, et cum timore infinitis atque innumerabilibus angelis, hominibusque circumstantibus, libri aperientur.

Reliquum erit, ut pœnæ, quas prædixi, suscipiant reos, quorum primus et ultimus solus ego miserrimus.

Affabitur Judex dignos mansuete, et peccatores a tribunali aspera voce repellet: illos in gloriam secum adducens, hos ad luctum mittens sempiternum:

Magna permotus misericordia, propitius, ne tradas servis diris nec nuntiis duris eum qui inde a pueritia contra te delinquit.

Clementia tua excident arrogantes judices, sapientes, dynastæ et reges contemptores; conjugii expertum quoque sacerdotum et conjugatorum, proh dolor! multitudo.

Separationem fratrum, parentum, amicorum, atque liberorum, quis cogitans non ingemiscet? Quis ferat dolorem? Non enim inter se amplius videbunt in omnia sæcula.

Anima, reputa, quo pacto ab ignitis dæmonibus violenter distracti, in supplicia contrudentur, et D **antequam experiaris, mitte gemitus ex imo corde.**

Ut thesauros abyssi et cataractas cœli aperiens, Salvator, terram aqua in facie Noe diluisti, ita nunc passionum mearum cœnum dilue.

O Domine sæculorum, Pater, Fili, et Spiritus sancte, una in tribus subsistentiis indivisa natura, da mihi tempus pœnitentiæ, ad expianda delicta mea.

O Domina, Dei Mater, festina, cito succurre mihi: securis enim acies terret me, utpote infructuosum, et falx transeundo ut immaturum extimescit; ventilator autem mihi, ut paleæ, ignem minatur.

LEONIS IMPERATORIS AUGUSTI

COGNOMENTO PHILOSOPHI

AD OMARUM SARACENORUM REGEM

De fidei Christianæ veritate et mysteriis et de variis Saracenorum hæresibus et blasphemiis

EPISTOLA.

(Symphoriano Champerio, Lugdunensi, interprete Lugduni prodiit anno 1501 ; recusa deinde in *Biblioth. Patrum* maxima, tom. XVII, p. 45.)

Gloria Deo, et multiplex gratiarum actio exsuperans cœlos et perveniens ad ea quæ placita sunt illi, et penetrans abdita ipsius, cujus est bonitas et miseratio super servos suos, qui est unus, et non est alius præter eum. Ipsius est altitudo, et magnitudo, et regnum, et potestas, ipse omnia circumquaque complectens. Credimus in unum Deum, cui similis non est, nec alius est præter eum. De cætero notasti mihi commemorans de Christo Filio Mariæ, quare adoremus eum : cum ipse de semetipso testimonium perhibeat dicens quod missus sit a Deo, et qui confessus fuerit eum, confitebitur coram eo qui misit illum : et iterum, cum ascenderet ad cœlos, dixit discipulis suis : *Ascendo ad Creatorem meum, et ad Creatorem* (1) *vestrum, ad Deum meum et ad Deum vestrum* [1]. Et iterum dicis, quia, cum lex Moysi in igne fuisset cremata et renovasset eam Esdras propheta ut potuit ei memoria cordis sui recordari, et non sine mendacio, et non fuit ibidem recordatus de resurrectione, neque de paradiso, neque de inferno. Et iterum dicis, quod talis sit Christus ante Deum, qualis et Adam, et quia comedit Christus et dormivit, sicut et Adam : et tamen non te commovit ad hoc nisi paucitas intelligentiæ tuæ de Christo. Et iterum cognovi, quia dicis quod Maria soror Aaron et Moysi genuerit Christum : et quomodo potuit esse, cum mortua fuerit postquam egressi sunt de Ægypto in deserto, et nemo ex eis ingressus sit terram repromissionis, longe antequam nasceretur Maria Mater Christi et pater ejus Joachim. Nam Maria, filia Aaron, fuit de tribu Levi filii Jacob, Maria vero Mater Christi, filia fuit Joachim de genere David, de tribu Juda filii Jacob. Verumtamen si velis scire de Christo, ut pertineat ad te notitia ipsius donec non sit in te ulla titubatio, perscrutare vetus testamentum quod dedit Deus filiis Israel, Moysi et David, prophetis suis. Et iterum scrutare novam legem, quod est Evangelium, quod datum est nobis ab apostolis Christi ; et tunc reperies, de Christo veritatem et viam rectam eo usque ut non sit in te ulla titubatio, dum videris Scripturam testimonium perhibentem, sibi invicem concordantem in Christo, quod est in novo et veteri testamento, et tunc vere intelliges de Christo. Scientem te reddimus de fide nostra quomodo adoremus eum, et quæ sit eruditio in qua sumus, donec intelligas, si tamen placitum est Deo, dantes tibi testimonium de novo et veteri testamento, quia quod dicimus de Christo, verum dicimus : secundum quod notavi tibi, trutinare et scrutare donec scias.

Cognosce quod postquam in principio fecit Deus cœlum et terram (cujus nomen est benedictum) et magnum lumen cœli et terræ, quod non capient cuncta, neque mortalium attingit intelligentia, visus est Moysi in igne in monte Sina [2], in verbo luminis : et dixit, Ne timeas, Moyses, ego sum Dominus Deus tuus, creator tuus, lumen de lumine, Verbum de Patre ex quibus Spiritus sanctus procedit. Et ideo dicimus, Pater et Filius et Spiritus sanctus, lumen de lumine, verbum de Deo : quia unum sunt, non separantes ea, quia procedit Verbum de lumine, et Spiritus sanctus de lumine, et quia non est in loco minimo minimus, et in maximo multiplex, sed ubique totus est. Intuere solem in quo sunt radii et splendor : nunquid non vides, quia usque æqualis est ? Quanto magis Deus qui fecit solem et omnia quæ sunt infra cœlum et terram ! Per lumen et Verbum quod est ex seipso, facta sunt omnia, et voluit ipsum Verbum dicere Filium suum. Sed ne paveas, Verbum Dei dicere Filium Dei : quia

[1] Joan. xx, 17. [2] Exod. xix.

NOTÆ.

(1) Hic observa Mahumetanos male legere *Creatorem*, pro, *Patrem*.

Deus Pater est Verbi sui, et ubi est Verbum Dei, ibi est Deus, quia Verbum Dei ex Deo est, et Spiritus sanctus ex Deo est : et quæ vult Verbum, operatur, et quæ vult Spiritus sanctus, operatur, et quæ vult Pater, operatur, et hæc omnia unus Deus operatur. Non dividimus inter eos, neque plures deos dicimus cui non est similis in regno manens in perpetuum, regnum sanctum. Pater non est genitus, Filius est genitus, Spiritus sanctus non est genitus, neque ingenitus. Necesse est autem nobis ex prophetis proferre testimonium, quod Deus benedictus vocavit Christum Verbum, suum Filium, et per Verbum quod procedit ex lumine, condidit cœlum et terram et omnia quæ in eis sunt. Moyses dicit [3], Deus per Verbum fecit omnia. David in Psalmis, *Verbo Domini cœli firmati sunt* [4]; et alibi : *In æternum, Domine, permanet Verbum tuum* [5] ; et iterum : *Misit Verbum* [6], et contra. Job dicit de Spiritu sancto : *Spiritus Domini fecit me* [7]; Moyses : *Spiritus Domini super aquas ferebatur* [8]; Isaias : *Spiritus Domini super me, per quem unxit me* [9]; David : *Emitte Spiritum tuum* [10], et contra; et iterum, *Spiritus tuus bonus deducet me* [11], et contra ; et iterum, *Spiritum rectum innova in visceribus meis* [12] : et iterum, *Spiritu principali confirma me* [13]. Hæc sunt de veteri lege testimonia, quod Verbum et Spiritus qui sunt ex Deo, omnem creaturam creaverint. Oportet nos iterum proferre testimonium, quod Deus Verbum suum Filium suum vocavit. Isaias dicit, *Ecce Virgo concipiet et pariet Filium* [14], et contra ; et iterum : *Parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis* [15]. Iterum Deus Pater, ad David : *Postquam dormieris cum patribus tuis, suscitabo de femore tuo qui sedebit super thronum Israel. Ego ero ei in Patrem, et ipse erit mihi in filium* [16]. David in Psalmis : *Dominus dixit ad me*, et contra Zacharias dicit : *Gaude et lætare, filia Sion, clama, filia Jerusalem, quia ecce Rex tuus venit tibi mitis et sedens super pullum asinæ, loquetur pacem gentibus* [17]. Iterum oportet nos proferre testimonium de lege Dei, quia Jesus Christus Filius Mariæ, Deus de Deo sit. Jacob filius Isaac, filii Abrahæ, cum esset in obitu vitæ suæ, benedicens filios suos prophetavit de ipsis, dicens Judæ, filio suo : Tu es *catulus leonis, non minuetur de femore tuo dux neque princeps donec veniat qui sit expectatio gentium* [18], *qui est ipse Christus*. Jeremias propheta : *Ecce Deus noster cui similis non est, qui invenit omnem viam prudentiæ, et post hæc videbitur super terram, et cum omnibus erit conversatus* [19]. Iterum : *Deus manifeste veniet, veniet, et non tardabit* [20]. Isaias : *Post te ambulabunt, vincti manicis pergent, et te adorabunt, teque deprecabuntur, quia tu es Deus et non est alius præter te Deus Israel. Salvator confundens inimicos tuos, abierunt in confusionem* [21]. Iterum David : *Deus de cœlo prospexit super filios hominum ut videat si est intelligens aut requirens Deum ; omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum* [22]. Et iterum : *Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [23]. Moyses dixit de passione Christi : *Videbitis vitam vestram pendentem coram oculis vestris, et non credetis* [24]. David : *Foderunt manus meas et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea, diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem* [25]. Isaias : *Homo potest ferre plagam quia absconditus est vultus ejus, unde nec reputabimus eum. Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit* [26] (2). Hæc sunt testimonia quod Deus ex Deo est : Joannes : *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum : et Deus erat Verbum* [27]. Gabriel : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [28]. Paulus : *Spiritus sanctus scrutatur omnia, et norit occulta Dei* [29]. Joannes [30] : *Non accepimus spiritum servitutis, sed spiritum qui est ex Deo ;* iterum : *Si quis spiritum Christi non habet, hic non est ejus* [31]. Hæc sunt testimonia de Novo Testamento, quod Christus Filius Dei sit : Gabriel ad Mariam : *Ecce concipies et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum : et ipse redimet populum suum a peccatis eorum* [32]. Paulus : *Misit Deus Filium suum natum de muliere, factum sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret* [33]. Joannes : *Qui credit in Filium Dei, habet vitam æternam ; qui vero non credit in illum, non videbit vitam æternam, sed ira Dei manet super eum* [34]. Paulus : *Deus unus Filius Dei per quem facta sunt omnia* [35]. Petrus : *Tu es Christus Filius Dei vivi* [36]. Gabriel : *Ave, Maria, gratia plena, Dominus tecum : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi, et quod nascetur ex te Sanctum vocabitur Filius Dei* [37]. Iterum Christus in Evangelio : *Ego sum lux mundi, ego a Patre exivi, et ad eum reversurus sum, ego sum resurrectio et vita. Et qui me videt, videt et Patrem. Ego et Pater unum sumus.* Paulus : *Illuminabitur mundus de Juda.* Et iterum : *Ascendit Deus super cœlos, super sedem sanctam suam, intuens terram ut videat obligatos quos obligavit Satan in delicto suo.*

Vos autem habetis in lege vestra, quod angelus

[3] Gen. I. [4] Psal. XXXII, 6. [5] Psal. CXVIII, 89. [6] Psal. X, 6, 20. [7] Job XXXIII, 4. [8] Gen. I, 2. [9] Isa. LXI, 1 [10] Psal. CIII, 30. [11] Psal. CXLII. 10. [12] Psal. L, 12. [13] Ibid. 14. [14] Isa. VII, 14. [15] Isa. IX, 6. [16] I Reg. VII, 12,-14. [17] Zach. IX, 9. [18] Gen. XLIX, 9, 10. [19] Baruch. III, 38. [20] Habac. II, 3. [21] Isa. XLV, 14. [22] Psal. XIII, 2, 3. [23] Psal. CIX, 1. [24] Deut. XXVIII. 66. [25] Psal. XXI, 17. [26] Isa. LIII, 3, 4. [27] Joan. I, 1. [28] Luc. I, 35. [29] II Cor. II,10. [30] Imo Paulus Rom. VIII, 15. [31] Ibid. 9 [32] Luc. I, 31. [33] Galat. IV, 13. [34] Joan. III, 36. [35] II Cor. I, 19. [36] Joan. XI, 27. [37] Luc. I, 35.

NOTÆ.

(2) Vulgata lectio, *Vidimus eum despectum et novissimum virorum et scientem infirmitatem, et quasi absconditus vultus ejus.*

dicit Zachariæ : Ecce annuntio tibi quod nascetur tibi Filius præcedens Verbum Dei, et Verbum ipsius, vocabitur nomen ejus Messias. Quæritur a te quare Deus voluit mittere Filium in utero Virginis : quia benedictus Deus et sanctum nomen ejus, creavit cœlum et terram et omnia quæ in eis sunt, et creavit angelos suos, in prima conditione sua erant in circuitu Throni : et subito ingressus est in una legione angelorum, tumor et superbia, facientes se Deo similes, dicentes : Ponamus sedem nobis sicut est sedes Dei, et circumeamus cœlum et terram, sicut et Deus. Cumque Deus cogitationes eorum cognovisset, projecit Satanam et omnem legionem ipsius, de cœlo ad terram, et facti sunt dæmones et inimici filiorum Adæ. Cumque fecisset Deus Adam constituit eum in paradiso, dicens ei : *Comede omnia quæcumque volueris ; de ligno vero hoc quod prohibeo tibi, ne comedas, quo die comederis ex eo, morte morieris ;* tentatus vero a diabolo, comedit ex eo, et projectus est de paradiso, et hæreditavit mortem et contradictionem et delictum in progenie sua, post eum. Deus vero volens eripere creaturam suam de manu diaboli, direxit Noe ad populum suum ut pœniterent et recederent ab opere diaboli ; cumque venisset ad eos, contempserunt, et mendacem eum reputaverunt. Præcepit igitur Deus Noe ut faceret arcam, et mitteret in ea de omni creatura, et immisit Deus diluvium. Aperti sunt fontes abyssi et cataractæ cœli, et effusæ sunt aquæ et consumpti sunt habitantes terram, et omne quod movetur super eam, excepto Noe qui fuit in arca, et uxore ejus, et tribus filiis ejus et uxoribus filiorum ejus. Post hæc, misertus Deus super ea quæ fecerat, præcepit aquis ut reverterentur : et egressi sunt de arca, homines et jumenta : benedixitque illis Deus, et dixit : *Crescite, et multiplicamini, et replete terram.* Postea, homines a diabolo tentati, fecerunt sculptiles deos, adorantes eos, sicut Deum qui eos fecerat. Et volens Deus eripere illos de manu diaboli qui eos perverterat, mox descendit in potentia super montem Sinai ; et locutus servo suo Moysi, dedit ei legem, eligens filios Israel de omni plebe. Tunc filii Israel derelinquentes quæ dederat Deus Moysi, fecerunt sibi sculptile, adorantes illud quasi Deum vivum : et statim immisit eis serpentes, et consumpsit partem ex eis et misertus est eis. Item tentatio a diabolo immisit ignem, et consumpsit ex eis multitudinem, et misertus, iram ab eis removit. Item fecerunt sibi idola, adorantes illa ut Deum, immolantes filios suos et filias suas dæmoniis. Suscitavit Deus prophetas contestantes eos ut pœniterent, et reverterentur ad Deum, et recederent a diabolo : negaverunt et mendaces eos dixerunt, et quosdam ex ipsis occiderunt. Cumque vidisset Deus quod prævaluisset diabolus in eis, ex quo factus est Adam et ejectus est a paradiso, et quod prophetas qui veneraut ad eos, occiderant, volens eos eripere a potestate antiqui hostis, misit Verbum suum ad Mariam quam elegerat. Accepit formam hominis Verbum Dei, inducens carnem de Maria, cum anima et intellectu. Habitavit Verbum ipsius, quod erat ex Deo, in ipso corpore, sine separatione ab ipso in perpetuum. Si non esset ipsum corpus quod induerat, nemo posset videre Verbum Dei : sicut nec Moyses Verbum Dei videre potuit. Sed veniens Verbum Dei, induit corpus de Maria, et eripuit populum suum de potestate diaboli : Verbum utique illud quod Maria susceperat. Ipse est cujus nomen est Messias et Deus, quod erat, antequam annuntiatio veniret ad Mariam, et corpus sumeret de Maria : et ipse est Deus, et hæc est caligo in vobis ut non intelligatis.

Iterum mihi scripsisti dicens : Quia dixerit ,Missus sum ad vos, et comederit, et biberit, et dormierit. Sed nunc tibi ostendam quod in Christo fuerint duæ operationes, et duæ locutiones : una, Verbi, et alia, corporis quod susceperat de Maria. Hoc est corpus perfectum, animam habens et intellectum. Operatio Verbi est quando cum Patre cuncta creavit : et manens in corpore, peccata dimittebat, et mortuos suscitabat, et cætera talia faciebat. Vos autem, relinquentes opera Verbi, sequimini opera carnis quam assumpsit de Maria, quæ fuit de Adam : et ideo dicitis quod similis sit Christus Adæ, quod comedebat et dormiebat : et iste est sermo eorum qui non intelligunt de Christo, neque perscrutantur legem Dei. Et secundum vestrum sensum, Judæi intelligentes de Christo, persequentes et comprehendentes, eum crucifixerunt, dicentes blasphemiæ verba ad Mariam Matrem ejus, cui pudor castitatis inerat. Iterum dicis, quare adoremus Christum Verbum Dei. Numquid non invenitur in lege Dei quod filii Israel adoraverunt arcam quam præceperat Deus Moysi facere, et tamen non adorabant nec serviebant arcæ nec ligno : sed adorabant et serviebant legi et verbo Dei quod erat in arca, et tamen non ob hoc erant alieni a Deo, nec duobus diis servisse judicabantur ? Rursum dicis quod in lege vestra inveniatur, quod Deus præcepit angelis suis adorare Adam. Quod si ita est credendum, quid existimas de Verbo, quod nominatum est Messias ? Nunquid est melius eum adorare, quam petram surdam quam adoratis, ubi scimus aliquid remansisse de idololatria illa qua adorabant Jaoh, Jaoc, Nazara, et Allac et Allogei, et Mena ? Quidam ex eis erant dii in similitudine virorum, quædam in similitudine feminarum ! Majores horum dicebantur Aleubre, unde et sermo iste derivatur, Alacuiber, inter vos immolantes eis pecora et camelos in uno die, pro unoquoque anno : et secuti estis consuetudinem paganorum super lapide illo, in Mecha, in angulo domus ipsius idololatriæ, cui serviebat antiquitas paganorum, et immolabat. Iterum dicis, quod simul ante Deum Christus sit et Adam : et ponitis facturam de luto, quæ contradixit Deo suo, et non custodivit præceptum ejus, similem Verbo Dei et lumini ipsius,

qui non est factus, sed per ipsum facta sunt omnia, et ipse est Messias, cujus regnum sempiternum exsistit. Quæris quomodo Deus potuit ingredi in ventrem mulieris, tenebrosum et angustum et fetidum : sed si forte intelligas, tibi similitudinem damus. Nonne vides solem quia graditur super immunditiam et stercora, et fetorem, et tamen nullo modo inquinatur, sed mundat omnia, quanto magis Deus qui fecit solem non inquinetur a creatura? Sed noli esse incredulus ut non ingrederetur Deus in uterum Virginis, qui ingressus est in rubo qui erat in monte Sinai, et locutus est servo suo Moysi, et legem ei dedit. Nonne melius erat corpus Virginis quam illa spina rubi ? Quod autem dicis, legem Moysi esse crematam, et quod eam Esdras memoriter et mendaciter memoravit, et non fuit in ea memoratus de resurrectione, aut vita æterna, aut paradiso, nunc tibi, si Deo placeat, ostendam. Benedictus Dominus revelationem in prophetas suos misit, et omnis propheta locutus est per revelationem Dei : et dedit Moysi legem, in qua scripta sunt præcepta filiorum Israel, exitus eorum de Ægypto, dinumeratio, et contradictio, et indignatio Dei super eos, et quomodo omnia creavit : rememoratio regum, et quomodo exaltavit et humiliavit eos, et revelavit David servo suo psalmodiam, et Salomoni sapientiam, et Job suo dilecto et Danieli prudentiam : et nos credimus resurrectionem, et paradisum, et infernum, et invenimus ea scripta in Veteri Testamento per Esdram cui Deus revelavit, et scripsit ea ad plenitudinem. Et sicut Deus Moysi prophetæ suo dedit, ita Esdras declaravit et nil prætermisit, quia in prophetis Dei non est mendacium neque oblivio, quia Deus fit revelatio illorum.

Scripsisti mihi de sacrificio quid esset, et quod non reperires quemquam de servientibus Dei qui obtulerit sacrificium. Primitus, duo filii Adæ obtulerunt, et acceptum est ab uno. Sacrificium veritatis est super homines, et acceptum Deo, et ædificatio ei quicunque obtulerit : excepto sacrificio quod idolis offertur; qui enim illud offerunt, alieni sunt et perditi. Christus vero, nocte illa qua erat inchoatio passionis, discipulis dixit quid de eo Judæi facturi essent, et resurrectionem, et fugam, et reversionem ad eum annuntiavit; et tamen in illa nocte cum discipulis comedens, accipiens panem benedixit et dixit : *Accipite et comedite : hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.* Iterum accipiens calicem, dixit : *Bibite ex hoc omnes ; hic est sanguis meus qui offertur in remissionem peccatorum.* Et præcepit nobis similiter fieri, ut sit nobis remissio peccatorum, quicunque in fide et dilectione obtulerimus. Illud sacrificium licet credere, non illud quod in lege vestra vos habere dicitis. Cum discipuli Filio Dei dixissent, Invoca Deum ut dirigat nobis manna de cœlo; et dixisset Christus, Timete Deum si estis fideles, discipuli dixerunt, Volumus comedere illud, et credemus tibi et sciemus quia verum locutus es nobis, et testabimur quia Christus Deus es : dirige manna de cœlo, ut sit nobis festum solemne, et posteris nostris signum ex te : hæc nobis tribue, quia tu es dator donorum. Et Deus dixit, Dirigam illud vobis ; quod postquam negavit, cruciaverunt eum cruciatione qua nemo cruciatus fuit. Et tamen hi sermones fuerunt Nestoriani cujusdam hæretici, non sane de Christo sentientis : qui vos introduxit quasi ut aliquid de fide Christi intelligeretis, sed ut est ratio et veritas vobis non demonstravit.

Quod de Christo [*f.* de cruce] a me quæsisti, scientem te reddo modo : quia die qua crucifixus est Christus, cum eo duo latrones (unus ad lævam, alter ad dexteram) fuerunt, et mox emisit spiritum. Statim terra contremuit, et sol obscuratus est, et quosdam principes de Judæis, qui aderant, validus timor invasit propter ipsas cruces. Et ut hominibus veritatem celarent, eas sub terra absconderunt, ita ut alii nescirent nisi unus ; et nemini in vita sua dicebat : cum autem mors accederet, alicui propinquo aperiebat dicens : Quandoque quæstio crucis erit, locum vide et scito. Quando tamen voluit Christus hominibus confusionem Judæorum ostendere, inventionem crucis Constantino regi Romanorum, qui necdum erat Christianus, aperuit. Cum enim pergeret ad bellum, elevans oculos ad cœlum media nocte, vidit in cœlo quasi duas columnas, unam super aliam intentam in similitudinem crucis, et in ea scripturam igneo fulgore rutilantem, et Græce scriptam : *Quia petisti a Deo tuo ut ostenderet tibi fidem rectam, facito tibi signum regale in similitudinem crucis istius, quæ præcedat te contra inimicos tuos, secundum quod vidisti in cœlo.* Quo facto, hostes invasit, et per virtutem sanctæ crucis illos devicit. Cumque reverteretur, matrem suam Helenam cum exercitu usquequo Jerusalem veniret direxit, ut quid de cruce Christi factum esset, a Judæis perquireret. Multis autem cruciatis, virum illum qui de tribu ejus fuerat cui res primum notificabatur, inquiri præcepit. Illum autem, rei veritatem aperire nolentem, in puteo sine potu et victu reclusit. Cumque se moriturum cognovisset, ei locum ostendit ; et dum foderent, fumus incensi de fovea exivit, tres cruces, post ccc annos ex quo Christus venerat, ostendens. Et cum ante reginam nescientem quæ crux Christi esset, portarentur, super mortuum subito unam crucem posuit; et non surrexit; secunda adhibita, nil profuit; cum vero tertiam adhibuissent, statim qui erat mortuus surrexit. Regina, facta ecclesia super Christi sepulcrum, partem de cruce ibi reliquit, et reliquam filio suo detulit. Hæc est causa quare crucem Christi adoremus.

Dictum est mihi quod non salutatis eos qui sunt alterius legis, et vos habere in lege vestra quod mulieres alicujus fidei vobis liceat in connubium ducere : et quomodo fieri potest ut Deus homini uxorem ducere præcepisset, qui nec salutare me-

que sepelire illam dignaretur? Similiter, si de alia fide fuerit, non oportet super sepulcrum ejus stare aut pro illa deprecari. Cum autem vos in lege vestra scriptum inveniatis quia multi ex his qui in lege qualibet sunt fideles, apud Deum sunt, quare pro ea non deprecemini? Iterum dictum est mihi, si quis vestrum uxorem suam qualibet ex causa reliquerit, non oportet eam ad eum regredi, donec alter cum ea conveniat. Sic prævaricatores legis et Evangelii facti estis [25]. In lege enim scriptum est, ut si quis uxorem suam qualibet causa dimiserit, et voluerit ad eum quandoque regredi, ipsius est sine dubio, si tamen alter eam non sordidaverit: si autem alter eam tetigerit, ab illo in perpetuum prohibita est. In Evangelio tamen non est licitum homini uxorem suam sine causa fornicationis dimittere, et qui dimissam alterius in uxorem accedit, adulter et mœchus vindicetur. Iterum dictum est mihi, quod in lege vestra sit scriptum, quidquid fecerit homo sive bonum sive malum, præscriptum et prædestinatum sit illi a Deo antequam nascatur. Si ita est, non est illi gratia si bonum operetur, neque peccatum si male operetur: quia non ille operatur, sed quod præscriptum et præordinatum est illi antequam nasceretur. Nam si ita est, ut cuilibet homini sit præscriptum antequam nascatur, ergo Deus impie videtur egisse. Sed hoc absit a Deo, ut ista in hominibus operetur. Nam si ita esset sicut vos dicitis, quidquid faciat homo, vel bonum, et contra: Deus non prophetas diri geret ut hominibus infernum demonstrarent, et pertimescerent: sufficeret enim illis præcriptio, et prædestinatio eorum. Sed absit talis intellectus: quod homo perit, non perit nisi arbitrio suo.

[25] Deut. xx, 4.

LEONIS SAPIENTIS

OPERUM PARS SECUNDA.

OPERA JURIDICA ET CANONICA.

—

RECENTIORES

ORIENTALIUM EPISCOPATUUM

NOTITIÆ,

A Francisco Junio primum editæ, tum a PP. Jacobo Gretsero et Carolo a S. Paulo auctæ, demum a P. Jacobo Goar iterato locupletatæ, recognitæ et in unum collectæ.

—

[E. P. 333*] P. JACOBI GRETSERI PROŒMIUM.

—

Utrum quæ sequuntur, adjecta sint ab ipso Codino, an ab alio, dicere non habeo. Addere placuit, tum quia Junius suæ editioni adjunxit; tum ut lector una mecum tot nobilissimarum Ecclesiarum interitum deploret; pleræque enim vel funditus interierunt, vel, si quæ supersunt, sub Turcico jugo hodie gemunt. Quibus quæ tanti mali causa, nisi schisma et hæresis, et a sede apostolica Romana defectio Certe enim, quam primum Græci a Cathedra Petri sese abjunxerunt, quotidie res eorum in deterius labi cœpere; donec tandem justissimo Dei judicio, in eas calamitates incidere, cum quibus hac etiam ætate conflictantur. Id ita esse libens fatebitur, quisquis a Photio, præcipuo schismatis architecto, historiam Græcorum usque ad eversum eorum imperium revolvere volet.

Subjiciuntur nonnulla de titulis : nimirum Græcia ventosa titulis nunquam satiari potuit, licet plerumque essent tituli rerum inanissimi.

Vides hic itidem non patriarcham, sed imperatorem fuisse Græcorum papam; qui arbitratu suo metropolitanos, archiepiscopos, episcopos ponebat et deponebat, et quasi pilas modo in hunc, modo in illum locum jactabat. Cujus rei culpam nemo alius sustinebat, nisi ipsi Græci, qui imperatori suo serviliter adulantes, omnia ei præter sacrificandi potestatem concesserant. Id ut clare intelligas, en tibi Demetrii Chomatiani in responsis ad Cabasilam plusquam parasiticam assentationem : *Imperator ut communis in Ecclesiis sapientum princeps et re et nomine, synodorum placitis præsidet, et auctoritatem ipsis largitur. Ecclesiasticas ordinationes disponit, et legem ponit vitæ atque officio eorum, qui altari inserviunt : quin et judiciis episcoporum, et clericorum, et electioni Ecclesiarum vacantium. Promovet insuper a minori dignitate ad majorem, puta ab episcopali ad metropolitanam, honorem eum exhibens aut urbi aut homini. In summa præter sacrificandi potestatem, cætera omnia jura pontificalia manifeste exprimit imperator, quibus in rebus convenienter agit, et legibus et canonibus.* Poterat ergo Græcanicus imperator suorum quoque audire confessiones, quandoquidem omnia poterat, præter Missam seu Liturgiam celebrare. Hunc Chomatiani locum profert Hugo Grotius Calvinista in *Pietate* [E. P. 334] ordinum Hollandiæ et Westfrisiæ, ut eamdem potestatem in prædicantes Calvinianos supremo magistratui Hollandiæ et Westfrisiæ asseral : quanquam non erat cur Grotius exciperet, sicuti nec excepit, cœnæ parandæ potestatem : hanc enim sine ulla dubitatione melius et lautius apparare potest totius Hollandiæ et Westfrisiæ magistratus quam ullus ex Calviniana culina minister.

In *Jure Græco Romano* exstat Constitutio Leonis Philosophi imperatoris de thronis Constantinopolitanæ

* Editionis Parisiensis 1648 fol. paginæ repræsentantur.

sedi subjectis, et qui episcopi quibus metropolitis subdantur : quæ longe plures metropoles, archiepiscopatus, et episcopatus numerat, quam Andronicus in sua Ecthesi. Sed ubinam hodie tot illas, et tam numerosas Ecclesias invenire est ? Aut nuspiam, aut in faucibus Orci, hoc est, hæreseos, et schismatis, sub Sarracenica, plusquam Pharaonica servitute, pauculis demptis, quibus mitior servitus obtigit. Eas insuper sedes excipio, quas in Calabria et Sicilia Græci erexerant, vel jam olim erectas repererant : istæ enim pulsis ditione Græcis Cathedræ Petri adhærent, sub imperio Catholicorum regum ac principum.

Inserta est eidem volumini *Juris Græco-Romani* cujusdam patriarchæ Constantinopolitani sanctio, quæ ordine sessio in conciliis, aliisque publicis conventibus cuivis metropolitæ et archiepiscopo competat. Sed hic jam longe minor numerus est, quam in Constitutione Leonis, ita ut sedis Constantinopolitanæ amplitudo quotidie minueretur, et mala Turcarum manu circumcideretur. Libet hic adjungere hunc posteriorem Catalogum, quia brevis est, et Andronico lucem accendet.

P. JACOBUS GOAR LECTORI.

Qua in re Palatini mores, et qui in Palatiis ritus observari consueverunt (de quibus satis multa paulo superius), cum sequentibus metropoleon, et episcopatuum notitiis conveniant, ignorare me fateor, lector benevole, nisi suggesseris quem possim interrogare : quotquot enim notitias hactenus exscripsere, ne verbum quidem ea de re fecerunt. Nullius momenti res est, mihi lateat et tibi ; dummodo notitiarum scriptores, vel qui eas in lucem eduxerunt, innotescant. Ediderat Andronicus Augustus senior notitiam, quam Junius pro arbitrio interpretatus Codiniano subjunxit operi ; ea tantum, me quidem judice, de causa, quod hanc isti subnexam idem ms. codex suggessisset. Placuit Gretsero reportam aliam in *Jure Græco-Romano*, sed titulo et inscriptione expertem, veluti facem, Andronicianæ, qua lux affulgeret præmittere : verum facis obscuræ lumen obscurius ferre non potuerunt oculi. Tertiam ex Vaticanis P. Carolus a S. Paulo Abrincensis postea præsul edidit sacræ suæ geographiæ tacitis etiam de nomine superioribus ceu Parergon insertam, quartæque alteri quam Regia suppeditarunt sociam fecit. Quintam memorarem inter hasce mediam in ejusdem præsulis collectione locatam, ni (cum vetusta sit et imperfecta, necnon Hierocli, cujus pervetustam notitiam recognitam et integram doctissimus Holstenius pollicetur, non leviter tribuatur) ab ea nunc recensenda tum operis antiquitas, tum erga talem virum vetustum opus velut e ruderibus eruere, ac suæ puritati restituere molientem retraheret reverentia. Præfatis hisce manum admovere compulit amor integritatis, quæ rerum forma decus est et perfectio, et nostram, quantulacunque sit, operam publica postulavit utilitas. Quo in negotio *Regiæ Bibliothecæ* mss. usus, quod mutilum erat reposui, quod corruptum reparavi, quod obscurum illustravi, quod vagum erat et incertum in meliorem ordinem redegi. Inter hasce vero datas vel recognitas a me notitias ista series est et rerum servatus ordo, ut in prima fronte diatyposis Leonis Augusti ante octingentos circiter annos digesta, quamvis recentiori charactere conscriptam repererim, exhibeatur, quam si velis, supra laudato debebis Abrincensi præsuli (exstat enim in ejus sacra geographia) sin minus, ex parte mihi vindicabo, ceu ex diverso codice, quem variæ lectiones arguunt conscriptam, et integrius quam antehac, vel Græce traditam, vel Latine expositam. In ejus aspectu primo patriarchatuum splendet dignitas, subinde metropolis quæ Constantinopolitanæ sedi subjiciuntur elucent, demum episcopatus, quos illæ suffraganeos agnoscunt, recensentur : similes dignitates, quas thronos vocant, patriarchalibus aliis Ecclesiis facit auctor notitiæ, verum ubi de Romana mentionem habet, tanta et talis est in subditorum episcopatuum enumeratione varietas, tanta vocum corruptio, tanta denique appellationum confusio reperitur, ut pace viri litterati dixerim, putem, vel ab Occidentalium locorum ignaro, vel ab imperito conscriptam : quæ res ab ea ex integro restituenda me prohibuit (ut ab ejusdem interpretatione ex integro suscipienda, nunquam satis laudandi Abrincensis Antistitis prius deterruerat ac penitus avocarat mentem) : non enim eam mihi demandavi provinciam ut generalem prorsus patriarchalium omnium Ecclesiarum, sed illam potissimum quæ Leonis Augusti nomen defert, cui aliquid splendoris ex nostro accessit labore, referrem notitiam : ut ut se res habet præfato imperatori ascriptam recudo ; illique secundum ex Vaticano solo memorati jam sæpius auctoris cura depromptam, nonnihil tutioribus conjecturis emendatam, adnecto. Tertiæ a Gretsero prius datæ titulum ex fidelissima textus cum *Regiæ Bibliothecæ* mss. collatione præfixi ; præter quas suppeditavit et aliam Regia eadem gaza, cujus egregie digestus ordo nomen scriptoris desiderat, quam et accuratissime cum memoratis [E. P. 336] *Regiæ Bibliothecæ* monumentis collatam, et *Juris Græco-Romani* conformem exemplari in quarto dispositionis nostræ ordine collocavi. Sequitur tum demum quæ ab Andronico Seniore non plene dissito a nostris annis sæculo edita censetur, ut scilicet aliæ, quæ vel titulo vel auctoris sui nomine carebant, inter Augustales positæ plus roboris et splendoris obtineant. Codinum Junius in sua interpretatione reprehendit, Junium similiter in sua elucidatione notat

Gretserus, imo et satis acriter in totam Græciam invehitur, quam propter translatas vel mutatas nedum amplificatas dignitates vanitatis aut levitatis videtur insimulare : qua in re nil novi, nec soli Græciæ debet imputari, cum suo jure, sicut et Latina Ecclesia, si quando necessitas postulaverit, utatur. Cæterum quod spectat ad titulos et appellationes, de illis, quia honorariæ sunt, liberaliter satis Junius et Gretserus egerunt. Illi porro quibus impp. despotas, Cæsares, principes, proceres, ac eorumdem uxores; patriarchas, metropolitas, episcopos, etc., vocant et exornant (præter Junii et Gretseri dicam offensionem) nonnihil lucis et incrementi plurimum ex meo percipient labore, vel saltem aliquod melior ordo dabit ornamentum. Par est ut qui in diversis dignitatum generibus sunt constituti variis gaudeant titulis, nec fas est pontificem eodem salutandi more quo imp. convenire : quantum distat a rege princeps, tantum discrepare debet utriusque salutatio : aliis peregrinos, aliis verbis domesticos compellare solemus. Salutationes hujusmodi, etsi per modum appendicis, luculenter tamen illustr. et rever. episcopus Vabrensis dominus Isaacius Habert in suo deprompsit archieratico, cujus opera et versione, quippe quæ sit ad amussim examinata, eo facilius et felicius nonnunquam sum usus, quo devotius et humilius tanti præsulis laborem, non adeo commendare, quam venerari peroptavi. Quod amplius est sors obtulit; quod immutatum et diversum, alia dedere vel fecere Regia mss. Ex præmissis habes hujus operis propositum et ordinem; ex lectione tua, si votis cura respondet, lector charissime, consequeris utilitatem; aut meam saltem sinceritatem assequeris. Vale.

NOTITIÆ

GRÆCORUM EPISCOPATUUM

A LEONE SAPIENTE AD ANDRONICUM PALÆOLOGUM.

ΤΑΞΙΣ ΠΡΟΚΑΘΕΔΡΙΑΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΤΑΤΩΝ ΠΑΤΡΙΑΡΧΩΝ.	A *ORDO PRÆSIDENTIÆ SANCTISSIMORUM PATRIARCHARUM.*
α'. Ὁ Ῥώμης.	1. Romanus.
β'. Ὁ Κωνσταντινουπόλεως.	2. Constantinopolitanus.
γ'. Ὁ Ἀλεξανδρείας.	3. Alexandrinus.
δ'. Ὁ Ἀντιοχείας.	4. Antiochenus.
ε'. Αἰλίας, ἤτοι Ἱεροσολύμων.	5. Æliæ urbis. sive Hierosolymorum.
Τάξις προκαθεδρίας μητροπολιτῶν, καὶ αὐτοκεφάλων, καὶ ἐπισκόπων τελούντων ὑπὸ τὸν ἀποστολικὸν θρόνον ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως.	*Ordo præsidentiæ metropolitarum, et sui juris præsulum et episcoporum, huic a Deo servatæ et urbium reginæ civitatis apostolico throno subjectorum.*
Ἐπαρχίας Καππαδοκίας, πρῶτος ὁ Καισαρείας.	In provincia Cappadociæ, primus est Cæsareæ metropolita.
Ἐπαρχίας Ἀσίας, ὁ Ἐφέσου β'.	In provincia Asiæ, Ephesi II.
Ἐπαρχίας Εὐρώπης, ὁ Ἡρακλείας Θράκης γ'.	In provincia Europæ, Heracleæ Thraciæ III.
Ἐπαρχίας Γαλατίας, ὁ Ἀγκύρας δ.	In provincia Galatiæ, Ancyræ IV.
Ἐπαρχίας Ἑλλησπόντου, ὁ Κυζίκου ε'.	In provincia Hellesponti, Cysici V.
Ἐπαρχίας Λυδίας, ὁ Σάρδεων ς'.	In provincia Lydiæ, Sardium VI.
Ἐπαρχίας Βιθυνίας, ὁ Νικομηδείας ζ'.	In provincia Bithyniæ, Nicomediæ VII.
Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς, ὁ Νικαίας η'.	In eadem provincia, Nicææ VIII.
Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς, ὁ Χαλκηδόνος θ'.	In eadem provincia, Chalcedonis IX.
Ἐπαρχίας Παμφυλίας, ὁ Σίδης ι'.	In provincia Pamphyliæ, Sides X.
[338] Ἐπαρχίας Ἀρμενίας, ὁ Σεβαστείας ια'.	In provincia Armeniæ, Sebasteæ XI.
Ἐπαρχίας Ἑλενοπόντου, ὁ Ἀμασείας ιβ'.	In provincia Helenoponti, Amaseæ XII.
Ἐπαρχίας Ἀρμενίας, ὁ Μελιτινῆς ιγ'.	In provincia Armeniæ, Melitines XIII (1).
Ἐπαρχίας Καππαδοκίας, ὁ Τυάνων, ἤτοι Χριστουπόλεως ιε'.	In provincia (2) Cappadociæ, Tyanæ, sive Christopoleos XV.
Ἐπαρχίας Παφλαγονίας, ὁ Γαγγρῶν [a] ις'.	In provincia Paphlagoniæ, Gangrorum XVI.

VARIÆ LECTIONES.

[a] *Alia Regia*, ἡ Θεσσαλονίκη.

NOTÆ.

(1) Quartus decimus omissus.

(2) Secundæ.

In provincia Honoriadis, Claudiopoleos XVII.
In provincia Ponti Polemoniaci, Neocæsareæ XVIII.
In provincia Galatiæ, Pisinuntis, sive Justinianopoleos XIX.
In provincia Lyciæ Myræ XX.
In provincia Cariæ, Stauropoleos XXI.
In provincia Phrygiæ Cappatianæ (3), Laodiceæ XXII.
In provincia Phrygiæ Salutaris, Synadorum XXIII.
In provincia Lycaoniæ, Iconii XXIV.
In provincia Pisidiæ, Antiochiæ XXV.
In provincia Pamphyliæ, Perges, sive Sylæi XXVI.

In provincia secundæ Cappadociæ, Mocisi XXVII.
In provincia Lazicæ, Phasidis XXVIII.
In provincia Thraciæ, Philippopoleos XXIX.
In provincia Rhodopes, Trajanopoleos XXX.
In provincia insularum Cycladum, Rhodi XXXI.
In provincia Æmi montis, Adrianopoleos XXXII.
In provincia eadem, Marcianopoleos XXXIII.
In provincia Phrygiæ Cappatianæ (4) Hierapolis XXXIV.

Hucusque metropolitæ : sequuntur itaque deinceps qui proprii sunt juris, et nullum in subditos exercent.

In provincia Mysiæ, Odyssi archiepiscopus XXXV.

In provincia Scythiæ, Tomorum XXXVI.
In provincia Europæ, Bizyæ XXXVII.
In provincia Paphlagoniæ, Pompejopoleos XXXVIII.
In provincia Asiæ, Smyrnæ XXXIX.
In provincia Isauriæ, Leontopoleos XL.
In provincia Rhodopes, Maroneæ XLI.
In provincia Bithyniæ, Apamiæ XLII.
In provincia Rhodopes, Maximianopoleos XLIII.
In provincia Galatiæ, Germiorum XLIV.
In provincia Europæ, Arcadiopoleos XLV.
In provincia Thraciæ, Berrhœæ XLVI.
In provincia insulæ Lesbi, Mitylenes XLVII.
In provincia Hellesponti, Parii XLVIII.
In provincia Cariæ, Mileti XLIX.
In provincia Thraciæ, Nicopolis L.
In provincia insulæ Lesbi, Prœconnesi LI.
In provincia Rhodopes, Anchiali LII.
In provincia Europæ, Selybriæ LIII.
In provincia insulæ Lesbi, Methymnæ LIV.
In provincia Bithyniæ, Cii LV.
In provincia Europæ, Apri LVI.
In provincia Rhodopes, Cypsellæ LVII.
In provincia Zicchiæ, Chersonis LVIII.
In eadem provincia, Bosphori LIX.
In eadem provincia, Nicopseos LX.
In provinciæ Isauriæ, Cotiadorum (5) LXI.
In provincia Helenoponti, Euchaitarum LXII.
In provincia Armeniæ, Rhoinorum LXIII.
In provincia insularum Cycladum, Carpathi LXIV.
In provincia Rhodopes, Æni LXV.
In provincia Europæ, Driziparorum, sive Mesenes LXVI.
In provincia Emimontis, Mesembriæ LXVII.
In provincia Armeniæ, Heracleopoleos, sive Phylachthoes LXVIII.
In provincia Abasgiæ, Sebastopoleos LXIX.
In provincia Ponti Polemoniaci, Trapezuntis LXX.

In provincia Paphlagoniæ, Amastridis LXXI.
In provincia Lycaoniæ, Misthiæ LXXII.
In provincia Pisidiæ, Neapoleos LXXIII.

Ἐπαρχίας Ὀνοριάδος, ὁ Κλαυδιουπόλεως ιζ'.
Ἐπαρχίας Πόντου Πολεμονιακοῦ, ὁ Νεοκαισαρείας ιη'.
Ἐπαρχίας Γαλατίας, ὁ Πισινούντων [b], ἤτοι Ἰουστινιανουπόλεως ιθ'.
Ἐπαρχίας Λυκίας, ὁ Μύρων κ'.
Ἐπαρχίας Καρίας, ὁ Σταυρουπόλεως κα'.
Ἐπαρχίας Φρυγίας Καππατιανῆς, ὁ Λαοδικείας; κβ'.
Ἐπαρχίας Φρυγίας Σαλουταρίας, ὁ Συνάδων κγ'.
Ἐπαρχίας Λυκαονίας, ὁ Ἰκονίου κδ'.
Ἐπαρχίας Πισιδίας, ὁ Ἀντιοχείας κε'.
Ἐπαρχίας Παμφυλίας, ὁ Πέργης, ἤτοι Συλαίου κς' [c].
Ἐπαρχίας Καππαδοκίας δευτέρας, ὁ Μωκισοῦ κζ'.
Ἐπαρχίας Λαζικῆς, ὁ τοῦ Φάσιδος κη'.
Ἐπαρχίας Θράκης, ὁ Φιλιππουπόλεως κθ'.
Ἐπαρχίας Ῥοδόπης, ὁ Τραϊανουπόλεως λ'.
Ἐπαρχίας νήσων Κυκλάδων, ὁ Ῥόδου λα'.
Ἐπαρχίας Αἱμιμόντου, ὁ Ἀδριανουπόλεως λβ'.
Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς, ὁ Μαρκιανουπόλεως λγ'.
Ἐπαρχίας Φρυγίας Καππατιανῆς, ὁ Ἱεραπόλεως λδ'.

Μέχρι τούτων οἱ Μητροπολῖται· καὶ λοιπὸν ἐντεῦθεν ἄρχονται οἱ αὐτοκέφαλοι.

Ἐπαρχίας Μυσίας, ὁ Ὀδύσσου ἀρχιεπίσκοπος λε'.
Ἐπαρχίας Σκυθίας, ὁ Τόμης λς'.
Ἐπαρχίας Εὐρώπης, ὁ Βιζύης λζ'.
Ἐπαρχίας Παφλαγονίας ὁ Πομπηϊουπόλεως λη'.
Ἐπαρχίας Ἀσίας, ὁ Σμύρνης λθ'.
Ἐπαρχίας Ἰσαυρίας, ὁ Λεοντουπόλεως μ'.
[339] Ἐπαρχίας Ῥοδόπης, ὁ Μαρωνείας μα'.
Ἐπαρχίας Βιθυνίας, ὁ Ἀπαμείας μβ'.
Ἐπαρχίας Ῥοδόπης, ὁ Μαξιμιανουπόλεως μγ'.
Ἐπαρχίας Γαλατίας, ὁ τῶν Γερμίων μδ'.
Ἐπαρχίας Εὐρώπης, ὁ Ἀρκαδιουπόλεως με.
Ἐπαρχίας Θράκης, ὁ Βερόης [d] μς'.
Ἐπαρχίας Νεσσουλέσσου [e], ὁ Μιτυλήνης μζ'.
Ἐπαρχίας Ἑλλησπόντου, ὁ τοῦ Παρίου μη'.
Ἐπαρχίας Καρίας, ὁ Μιλήτου μθ'.
Ἐπαρχίας Θράκης, ὁ Νικοπόλεως ν'.
Ἐπαρχίας Νήσου, ὁ Προικονήσου να'.
Ἐπαρχίας Ῥοδόπης, ὁ Ἀγχιάλου νβ'.
Ἐπαρχίας Εὐρώπης ὁ Σηλυβρίας νγ'.
Ἐπαρχίας νήσου Λέσβου, ὁ Μεθύμνων νδ'.
Ἐπαρχίας Βιθυνίας, ὁ τῆς Κίου νε'.
Ἐπαρχίας Εὐρώπης, ὁ Ἄπρου νς'.
Ἐπαρχίας Ῥοδόπης, ὁ Κυψέλων νζ'.
Ἐπαρχίας Ζιχχίας, ὁ Χερσῶνος νη'.
Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς, ὁ Βοσπόρων νθ'.
Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς, ὁ Νικόψεως ξ'.
Ἐπαρχίας Ἰσαυρίας, ὁ Κοτιάδων ξα'.
Ἐπαρχίας Ἑλενοπόντου, ὁ Εὐχαϊτῶν ξβ'.
Ἐπαρχίας Ἀρμενίας, ὁ Ῥοΐνων ξγ'.
Ἐπαρχίας νήσων Κυκλάδων, ὁ Καρπάθου ξδ'.
Ἐπαρχίας Ῥοδόπης, ὁ Αἴνου ξε'.
Ἐπαρχίας Εὐρώπης, ὁ Δριζιπάρων, ἤτοι Μεσήνης ξς'.
Ἐπαρχίας Αἱμιμόντου, ὁ Μεσημβρίας ξζ'.
Ἐπαρχίας Ἀρμενίας, ὁ Ἡρακλεουπόλεως, ἤτοι Φυλαχθόης ξη'.
Ἐπαρχίας Ἀβασγίας, ὁ Σεβαστουπόλεως ξθ'.
Ἐπαρχίας Πόντου Πολεμονιακοῦ, ὁ Τραπεζούντων ο'.

Ἐπαρχίας Παφλαγονίας, ὁ Ἀμάστριδος οα'.
Ἐπαρχίας Λυκαονίας, ὁ Μισθίων οβ'.
Ἐπαρχίας Πισιδίας, ὁ Νεαπόλεως ογ'.

VARIÆ LECTIONES.

[b] Πισσινούντων. [c] Κόρινθος αἱ Ἀθῆναι. [d] Βερροίας. [e] Νήσου Λέσβου.

NOTÆ.

(3) Pacatianæ.
(4) Pacatianæ.
(5) Cotadrorum.

Ἐπαρχίας Αἰγαιοπελάγους, ὁ Αἰγίνης οδ'.
Ἐπαρχίας Φρυγίας Σαλουταρίας, ὁ Κοτυαίου οε'.
Ἐπαρχίας Παμφυλίας, ὁ Σέλγων ος'.

Ὁ Δέλκων ἀπὸ τῆς πρὸς παρακειμένων [f] λίμνης τῆς Δέλκου· οὕτω γὰρ αὐτὴν ὁ Διογενιανὸς κατονομάζει Δέλκην. Ἀραθῶς οὖν τὴν ἀρχιεπισκοπὴν φασι Δέρκους, τὸ ρ ἀντὶ τοῦ λ παραλαμβάνοντες.

A In provincia Ægæopelagi, Ægінæ LXXIV.
In provincia Phrygiæ Salutaris, Cotyæi LXXV.
In provincia Pamphyliæ, Selgæ LXXVI.

Delcorum nunc nomen habet a Delco lacu adjacente: hoc siquidem pacto Diogenianus Delcem appellat. Imperite igitur Dercorum archiepiscopatum, ρ vice λ substituto, quidam appellant.

[340] *Ἐπαρχίας Καππαδοκίας.*

Provinciæ Cappadociæ episcopi.

Ὁ Καισαρείας.	Cæsareæ.
Ὁ τῶν βασιλικῶν Θερμῶν.	Regiarum Thermarum.
Ὁ Νύσης.	Nyssæ.
Ὁ Μεθοδιουπόλεως Ἀρμενίας.	Methodiopoleos Armeniæ.
Ὁ Καμουλιανῶν.	Camulianorum.
Ὁ Κισκισοῦ.	Cysici.

Ἐπαρχία Ἀσίας.

Hos habet provincia Asiæ.

Ὁ Ἐφέσου.	Ephesi.
Ὁ Ὑπαίτων.	Hypætorum.
Ὁ Τραλλέων.	Trallensium.
Ὁ Μαγνησίας πρὸς Μαιάνδρον.	Magnesiæ ad Mæandrum.
Ὁ Ἐλαίας.	Elææ.
Ὁ Ἀδραμυτίου.	Adramytii.
Ὁ Ἄσσου.	Assi.
Ὁ Γαργάρων.	Gargarorum.
Ὁ Μασταύρων.	Mastaurorum.
Ὁ Καλέης.	Caloes.
Ὁ Βρυούλων.	Bryulorum (6).
Ὁ Πιττάμνης.	Pittamnes.
Ὁ Μυρρίνης.	Myrrhines.
Ὁ Φωκίας.	Phociæ.
Ὁ Αὐρηλιουπόλεως.	Aureliopoleos.
Ὁ Νύσης.	Nyssæ.
Ὁ Μασχακώμης.	Maschacomes
Ὁ Μητροπόλεως.	Metropoleos.
Ὁ Βαρέττων.	Barettorum.
Ὁ Μαγνησίας.	Magnesiæ.
Ὁ Ἀνινάτων.	Aninatorum.
Ὁ Περγάμου.	Pergami.
Ὁ Ἀνέων.	Aneorum.
Ὁ Πριήνης.	Prienes.
Ὁ Ἀρκαδιουπόλεως.	Arcadiopoleos.
Ὁ Νέας Αὐλῆς.	Novæ aulæ.
Ὁ Διὸς Ἱεροῦ.	Jovis fani.
Ὁ Αὐγάζων.	Augazorum.
Ὁ Σιών.	Siorum.
Ὁ Κολοφώνης.	Colophonis.
Ὁ Λενέδου.	Lenedi (7).
Ὁ Τέου.	Tei.
Ὁ Ἐρυθρῶν.	Erythrorum.
Ὁ Κλαζομενῶν.	Clazomeniorum.
Ὁ Ἀτάδρων.	Ataudrorum.
Ὁ Θεοδοσιουπόλεως, ἤτοι Πεπερίνης.	Theodosiopoleos, sive Peperines.
Ὁ Κύμης.	Cumæ.
Ὁ Παλαιουπόλεως.	Palæopoleos.

[341] *Ἐπαρχία Εὐρώπης.*

Provincia Europæ.

Ἡράκλεια Θρᾴκης	Heracleæ Thraciæ.
Ὁ τοῦ Πανίου.	Panii.
Ὁ Καλλιουπόλεως.	Calliopoleos.
Ὁ Χερρονήσου.	Cherronesi.
Ὁ Κύλας.	Cylæ.
Ὁ Ῥαιδεστοῦ.	Rædesti.

B

Ἐπαρχία Ἑλλησπόντου.

Provincia Hellesponti.

Ὁ Κυζίκου.	Cyzici.
Ὁ Γέρμης.	Germes.
Ὁ Ποιμανίου.	Pœmanii.
Ὁ Ὤκης.	Oces.
Ὁ Βάρεως.	Bareos.
Ὁ Ἀδριανοῦ Θηρῶν.	Adriani Venatus.
Ὁ Λαμψάκου.	Lampsaci.
Ὁ Ἀβύδου.	Abydi.
Ὁ Δαρδάνου.	Dardani.
Ὁ Ἰλίου.	Ilii.
Ὁ Τρωάδος.	Troadis.
Ὁ Πιονίας.	Pioniæ.
Ὁ Μελιτουπόλεως.	Melitopoleos.

Ἐπαρχία Λυδίας.

Provincia Lydiæ.

C

Ὁ Σάρδεων.	Sardensium.
Ὁ Φιλαδελφίας.	Philadelphiæ.
Ὁ Τριπόλεως.	Tripoleos.
Ὁ Θυατείρων.	Thyatirorum.
Ὁ Σέττων.	Settorum.
Ὁ Αὐρηλιουπόλεως.	Aureliopoleos.
Ὁ Γόρδων.	Gordorum.
Ὁ Τρωάλλων.	Troallorum.
Ὁ Σάλων.	Salorum.
Ὁ Σιλανδοῦ.	Silandi.
Ὁ Μαιονίας.	Mæoniæ.
Ὁ Ἀπόλλωνος Ἱεροῦ.	Apollinis fani.
Ὁ Ἀρκανίδος [g].	Arcanidis.
Ὁ Μουστίνης.	Mustines.
Ὁ Ἀκρασοῦ.	Acrasi.
Ὁ Ἀπολλωνιάδος.	Apolloniadis.
Ὁ Ἀτταλείας.	Attaliæ.
Ὁ Βάγης.	Bages.
Ὁ Βαλάνδου.	Balandi.
Ὁ Μεσοτυμώλου.	Mesotymoli.

D

Ὁ Ἱεροκαισαρείας.	Hierocæsareæ.
Ὁ Δάλλης.	Dalles (10).
Ὁ Στρατονικείας.	Stratoniceæ.
Ὁ Κερασέων.	Ceraseorum.
Ὁ Σατάλων.	Satalorum.
Ὁ Γαβάλων.	Gabalorum.
Ὁ Ἑρμοκαπηλίας.	Hermocapeliæ.

Ἐπαρχία Βιθυνίας.

Provincia Bithyniæ.

Ὁ Νικομηδείας.	Nicomediæ.
Ὁ Προύσης.	Prusæ.
Ὁ Πραινέτου.	Præneti.

VARIÆ LECTIONES.

[f] προσπαρακειμένης. [g] Ὀρκαιτίδος.

NOTÆ.

(6) Brylliorum.
(7) Lebadi
(8) Muizi.
(9) Cinnæ.
(10) Dales, *forsan* Daldes, *vide Ortelium*.

Helenopoleos.	Ὁ Ἑλενουπόλεως.
Basinopoleos (11).	Ὁ Βασινουπόλεως.
Dascylii.	Ὁ τοῦ Δασκυλίου
Apolloniadis.	Ὁ Ἀπολλωνιάδος.
Adrianæ.	Ὁ Ἀδριανῆς [h].
Cæsareæ.	Ὁ Καισαρείας.
Galli, sive Lophorum.	Ὁ Γάλλου, ἤτοι Λόφων.
Daphnusiæ.	Ὁ Δαφνουσίας.
Eristæ.	Ὁ Ἐριστῆς.

Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς.

Eadem provincia.

Nicææ.	Ὁ Νικαίας.
Modrinæ, sive Melinensium.	Ὁ Μοδρινῆς, ἤτοι Μελίνων.
Linoes.	Ὁ Λινόης.
Godoserborum.	Ὁ Γοδοσέρβων.
Numericorum.	Ὁ Νουμερικῶν [i]
Tarii.	Ὁ τοῦ Ταΐου.
Maximianarum.	Αἱ Μαξιμιαναί.

Ἐπαρχία Παμφυλίας.

Provincia Pamphyliæ.

Sides.	Ὁ Σίδης.
Aspendi.	Ὁ Ἀσπένδου.
Ettenes.	Ὁ Ἐττένης.
Erymnes.	Ὁ Ἐρύμνης [j].
Cassorum	Ὁ Κασσῶν.
Semneorum.	Ὁ Σεμνέων.
Caraliorum.	Ὁ Καραλίων.
Coracissii.	Ὁ τοῦ Κορακισσίου.
Sycthrorum.	Ὁ Συέθρων.
Myrabes.	Ὁ Μυράβης.
Vamandensium.	Ὁ Οὐαμάνδων [k].
Galinsadi.	Ὁ Γαλινσάδου [l].
Isynorum.	Ὁ Ἰσυνῶν.
Lyrbes.	Ὁ Λύρβης.
Colybrassi	Ὁ Κολυβράσσου.
Manæorum.	Ὁ Μαναίων.

Ἐπαρχία Ἀρμενίας.

Provincia Armeniæ.

Sebasteæ.	Ὁ Σεβαστείας.
Sebastopoleos.	Ὁ Σεβαστουπόλεως.
Nicopoleos.	Ὁ Νικοπόλεως.
Satalorum.	Ὁ Σατάλων.
Coloniæ.	Ὁ Κολωνείας.
Cerisses (12).	Ὁ Κηρισσῆς.

Ἐπαρχία Ἑλενοπόντου.

Provincia Helenoponti.

Amaseæ.	Ὁ Ἀμασείας.
Amissi.	Ὁ Ἀμισσοῦ.
Sinopes.	Ὁ Σινώπης.
Ibyrnorum (13).	Ὁ Ἰβύρνων [m].
Andrapodum (14).	Ὁ Ἀνδραπόδων.
Zalichi, sive Leontopoleos.	Ὁ Ζαλίχου, ἤτοι Λεοντοπόλεως.
Zelorum.	Ὁ Ζήλων.

Ἐπαρχία Ἀρμενίας.

Provincia Armeniæ.

Melitines.	Ὁ Μελιτηνῆς [n].
Arcæ.	Ὁ Ἄρκης.
Cucusi.	Ὁ Κουκουσσοῦ.
Arabesi.	Ὁ Ἀραβησσοῦ.
Ariarathæ.	Ὁ Ἀριαράθης.
Ceomannorum.	Ὁ Κεομαννῶν.

A *Ἐπαρχία Καππαδοκίας.*

Provincia Cappadociæ.

Tyanæ, sive Christopoleos.	Ὁ Τυάνων, ἤτοι Χριστοπόλεως.
Cybistrorum.	Ὁ Κυβιστρῶν.
Faustinopoleos.	Ὁ Φαυστινουπόλεως.
Sasimorum.	Ὁ Σασίμων.

Ἐπαρχία Παφλαγονίας.

Provincia Paphlagoniæ.

Gangrorum.	Ὁ Γαγγρῶν.
Innopoleos.	Ὁ Ἰννουπόλεως.
Dadybrorum.	Ὁ Δαδύβρων.
Sorarum.	Ὁ Σωρῶν.

[344] *Ἐπαρχία Ὡνοριάδος.*

Provincia Honoriadis.

Claudiopoleos.	Ὁ Κλαυδιουπόλεως.
B Heracleæ Ponti.	Ὁ Ἡρακλείας Πόντου
Prusiadis.	Ὁ Προυσιάδος.
Tii.	Ὁ Τίου.
Crateæ.	Ὁ Κρατηΐας.
Adrianopoleos.	Ὁ Ἀδριανουπόλεως.

Ἐπαρχία Πολεμωνιακή.

Provincia Ponti Polemoniaci.

Neocæsareæ.	Ὁ Νεοκαισαρείας.
Trapezuntis.	Ὁ Τραπεζούντων.
Cerasuntis.	Ὁ Κερασούντων.
Polemonii.	Ὁ τοῦ Πολεμωνίου.
Comanorum.	Ὁ Κομάνων.

Ἐπαρχία Γαλατίας.

Provincia (15) Galatiæ.

Pisinuntis.	Ὁ Πισσινούντων.
Myricii.	Ὁ τοῦ Μυρικίου.
Endoxiadis.	Ὁ Ἐνδοξιάδος.
C Pitamissi (16).	Ὁ Πιταμισσοῦ.
Trocnadum.	Ὁ Τρωκνάδων.
Germocoloniæ.	Ὁ Γερμοκολωνείας.
Spaniæ, sive Justinianopoleos.	Ὁ Σπανίας, ἤτοι Ἰουστινιανουπόλεως.
Orcisti.	Ὁ Ὀρκιστοῦ.

Ἐπαρχία Λυκίας.

Provincia Lyciæ.

Myræ.	Ὁ Μύρων.
Mastaurorum.	Ὁ Μασταύρων.
Telmesi.	Ὁ Τελμησσοῦ.
Limyræ.	Ὁ Λιμύρων.
Araxes.	Ὁ Ἀράξης.
Aprilorum.	Ὁ Ἀπρίλων.
Podaliæ.	Ὁ Ποδαλίας.
Orycandorum.	Ὁ Ὀρυκάνδων.
Taporum.	Ὁ Τάπων [o].
Arneorum.	Ὁ Ἀρνέων.
D Sitymorum (17).	Ὁ Σιτύμων.
Zenopoleos.	Ὁ Ζηνουπόλεως.
Olympi.	Ὁ Ὀλύμπου.
Otlorum (18).	Ὁ Ὄτλων.
Corydallorum.	Ὁ Κορυδάλλων.
Canni, seu Aleæ.	Ὁ Κάννου, ἤτοι Ἀλείας.
Acrassi.	Ὁ Ἀκρασσοῦ.
Xanthi.	Ὁ Ξάνθου.
Sophianopoleos.	Ὁ Σοφιανουπόλεως.
Marcianæ.	Ὁ Μαρκιανῆς.

VARIÆ LECTIONES.

[h] Ἀδριανῶν. [i] Νουμαρικῶν. [j] Ὀρύμνης. [k] Ὀναμάνδων. [l] Δαλισάνδου. [m] Ἰβόρνων. [n] Μελιτιν
[o] Ταΐπων.

NOTÆ.

(11) *Vide Ortelium* v. Basilionopolis.
(12) Berisses.
(13) Ibornorum, *legendum* Ibororum.
(14) Andrapenorum. *Vide Ortelium.*
(15) Secundæ.
(16) Petenisi.
(17) Sidymorum.
(18) Tiorum. *Vide Ortelium.*

Ὁ [348] Οὐνιώδων p.	Uniodum.
Ὁ Χώματος.	Chomatis.
Ὁ Κανδάνων.	Candanorum.
Ὁ Φέλλου.	Phelli.
Ὁ Ἀντιφέλλου.	Antiphelli.
Ὁ Φασήλιδος.	Phaselidis.
Ὁ Ῥοδοπόλεως	Rhodopolis.
Ὁ Ἀκαλισοῦ.	Acalisi.
Ὁ Λεβισσοῦ.	Lebisi.
Ὁ Ἀκάνδων.	Acandorum.
Ὁ Παλιωτῶν.	Paliotarum.
Ὁ Εὐδοκιάδος.	Eudociadis.
Ὁ Κατάρων q.	Catarorum.
Ὁ Κόμβων.	Comborum.
Ὁ Νύσων.	Nysornm.
Ὁ Βαρβούρων.	Barburorum.
Ὁ Μηλωϊτῶν.	Meloitarum.
Ὁ Κωνέων.	Coaneorum.

Ἐπαρχία Καρίας.

Provincia Cariæ.

Ὁ Σταυρουπόλεως.	Stauropolis.
Ὁ Κιβύρας.	Cibyræ.
Ὁ Σίζων.	Sizorum.
Ὁ Ἡρακλείας Συαλβάκης.	Heracleæ Syalbacæ.
Ὁ Ἀπολλωνιάδος.	Apolloniadis.
Ὁ Ἡρακλείας.	Heracleæ.
Ὁ Λακύμων.	Lacymorum (19).
Ὁ Τάβων.	Taborum.
Ὁ Λάρβων.	Larborum.
Ὁ Ἀντιοχείας τῆς Μαιάνδρου.	Antiochiæ ad Mæandrum.
Ὁ Ταπασσῶν.	Tapassorum.
Ὁ Ἁρπασῶν.	Harpassorum.
Ὁ Νεαπόλεως.	Neapolis.
Ὁ Ὀρθωσιάδος.	Orthosiadis.
Ὁ Ἀνωτετάρτης.	Anotetartæ.
Ὁ Ἀλαβανδῶν.	Alabandum.
Ὁ Στρατονικείας.	Stratoniceæ.
Ὁ Ἀλινδῶν.	Alindum.
Ὁ Μυλασσῶν.	Mylassorum.
Ὁ Μείζω.	Mizo (20).
Ὁ Ἰασσοῦ.	Iassi.
Ὁ Βαρβύλου.	Barbyli.
Ὁ Ἁλικαρνασσοῦ.	Halicarnassi.
Ὁ Ὑλαρίμων.	Hylarimorum.
Ὁ Κνίδων.	Cnidorum.
Ὁ Μετάβων.	Metaborum.
Ὁ Μονδοῦ.	Mondi.
Ὁ τοῦ Ἱεροῦ.	Fani.
Ὁ Κινδράμεων.	Cindramorum.
Ὁ Κεράμου.	Cerami.
Ὁ Προμισοῦ.	Promisi.

Ἐπαρχία Φρυγίας Καππατιανῆς.

Provincia Phrygiæ Capatianæ (21).

Ὁ Λαοδικείας.	Laodiceæ.
Ὁ Τιβεριουπόλεως.	Tiberiopolis.
Ὁ Ἀζάνων.	Azanorum.
Ὁ Ἀγκυροσυνσοῦ.	Ancyrosynsi.
Ὁ Πέλτων.	Peltorum.
Ὁ Ἀππίας.	Appiæ.
Ὁ Ἀκάδων.	Acadorum.
Ὁ Ἰκρίων.	Icriorum.
Ὁ Καρίας.	Cariæ.
Ὁ Τρανουπόλεως.	Tranopolis.
Ὁ Σεβαστῆς.	Sebastæ.

A

Ὁ Εὐμενείας.	Eumeniæ.
Ὁ Τιμένου Θηρῶν.	Timeni Venatus.
Ὁ Ἀγαθῆς Κώμης.	Boni Pagi.
Ὁ Ἀλίνων.	Alinorum.
Ὁ Τριπόλεως.	Tripolis.
Ὁ Ἀττανάσσου.	Attanassi.
Ὁ Τραπεζουπόλεως.	Trapezopolis.
Ὁ Σιβλίως.	Siblios.

Ἐπαρχία Φρυγίας Σαλουταρίας.

Provincia Phrygiæ Salutaris.

Ὁ Συνάδων.	Synadum.
Ὁ Δορυλαίου.	Dorylæi.
Ὁ Νακωλείας.	Nacoliæ.
Ὁ τοῦ Μηδαίου.	Medæi.
Ὁ Ἴψοῦ.	Ipsi.
Ὁ Προμισοῦ.	Promisi.
Ὁ Μηροῦ.	Meri.
Ὁ Σιβίλδοῦ.	Sibildi (22).

B

Ὁ Φυτείας.	Phytiæ.
Ὁ Ἱεραπόλεως	Hierapolis.
Ὁ Εὐκαρπίας.	Eucarpiæ.
Ὁ Λυσιάδος.	Lysiadis.
Ὁ Αὐγουστοπόλεως.	Augustopolis.
Ὁ Βρυζοῦ.	Bryzi.
Ὁ Ὑτροῦ.	Otri.
Ὁ Λυκάονος.	Lycaonis.
Ὁ Στεκτορίου.	Stectorii,
Ὁ Κιναβορίου.	Cinaborii.
Ὁ Κόνης.	Conæ.
Ὁ Σκορδαπίας.	Scordapiæ
Ὁ Νικουπόλεως.	Nicopolis.
Ὁ Ἀβροκλῶν.	Abroclorum.
Ὁ ἐπίσκοπος Καδημνῶν ὁ Ἀλώπηξ.	Episcopus Cademnorum Alopex (23).

[347] *Ἐπαρχία Λυκαονίας.*

Provincia Lycaoniæ.

C

Ὁ τοῦ Ἰκονίου.	Iconii.
Ὁ Λύστρων.	Lystrorum.
Ὁ Ἀνασάδης r.	Anasadæ.
Ὁ Ἀμδάδων.	Amdadorum (24).
Ὁ Ὀναμανάδων.	Onamanadorum.
Ὁ Λαρανδῶν.	Larandorum.
Ὁ Βερέτης.	Beretes.
Ὁ Δέρβης.	Derbes.
Ὁ Ὕδης.	Hydes.
Ὁ Σαβάτρων.	Sabatrorum.
Ὁ Κανοῦ.	Cani.
Ὁ Βηρινουπόλεως.	Berinopolis.
Ὁ Γαλβάνων, ἤτοι Εὐδοκιάδος.	Galbanorum, sive Eudociadis.
Ὁ Ἡλίστρων.	Helistrorum (25).
Ὁ Πέρτων.	Pertorum.

Ἐπαρχία Πισιδίας.

Provincia Pisidiæ.

D

Ὁ Ἀντιοχείας.	Antiochiæ.
Ὁ Σαγαλάσσου.	Sagalassi.
Ὁ Σωζουπόλεως.	Sozopolis.
Ὁ Ἀπαμείας.	Apameæ.
Ὁ τῆς Κιβύρας.	Cibyræ.
Ὁ Τυραίνου.	Tyræni (26).
Ὁ Βάρεως.	Baris.
Ὁ Ἀδριανουπόλεως.	Adrianopolis.
Ὁ Λιμένων.	Portuum.
Ὁ Λαοδικείας τῆς κεκαυμένης.	Laodiceæ combustæ.

VARIÆ LECTIONES.

p Ὀνούνδων. q Πατάρων. r Ὀνασάδης.

NOTÆ.

(19) Latmorum.
(20) Amizorum.
(21) Pacatianæ.
(22) Sibindi.
(23) Vulpes.
(24) Vide Ortelium v. Adbada et Amblada.
(25) Ilistrorum.
(26) Tyræi.

Seleuciæ Ferreæ.	Ὁ Σελευκείας τῆς Σιδηρᾶς.
Adadorum.	Ὁ Ἀδάδων.
Zarzelorum.	Ὁ Ζαρζήλων.
Tiberiadis.	Ὁ Τιβεριάδων [s].
Tomandi.	Ὁ Τομάνδου.
Conanæ.	Ὁ Κονάνης.
Mali.	Ὁ Μαλοῦ.
Siniandi.	Ὁ Σινιάνδου.
Titiassi.	Ὁ Τιτιασσοῦ.
Metropolis.	Ὁ Μητροπόλεως.
Papporum.	Ὁ Πάππων.
Paralles (27)	Ὁ Παράλλης.
Bindei.	Ὁ τοῦ Βινδέου.

Ἐπαρχία Παμφυλίας.

Provincia Pamphyliæ.

Perges, sive Sylæi.	Ὁ Πέργης, ἤτοι Συλαίου.
Attaliæ.	Ὁ Ἀτταλείας.
Magidi.	Ὁ Μαγείδου.
Eudociadis.	Ὁ Εὐδοκιάδος.
Termisi.	Ὁ Τερμισοῦ.
Isindi.	Ὁ Ἰσινδοῦ.
Maximianopolis.	Ὁ Μαξιμιανουπόλεως.
Laginorum.	Ὁ Λαγίνων.
Palæopolis.	Ὁ Παλαιουπόλεως.
Cremni.	Ὁ Κρημνοῦ.
Corydalorum.	Ὁ Κορυδάλων.
Peltinissi.	Ὁ Πελτινίσσου.
Diciotanabrorum.	Ὁ Δικιοτανάβρων [t]
Ariassi.	Ὁ Ἀριασσοῦ.
Puglorum.	Ὁ Πούγλων.
Adrianes (28).	Ὁ Ἀδριανῆς.
Sandidorum.	Ὁ Σανδίδων.
Barbes.	Ὁ Βάρβης.
Perbænorum.	Ὁ Περβαίνων.
Coi.	Ὁ Κώων [u].

Ἐπαρχία Καππαδοκίας.

Provincia Cappadociæ.

Mocissi.	Ὁ Μωκισσοῦ.
Nazianzi.	Ὁ Ναζιανζοῦ.
Coloniæ.	Ὁ Κολωνείας.
Parnassi.	Ὁ Παρνασσοῦ.
Doarorum	Ὁ Δοάρων.

Ἐπαρχία Λαζικῆς.

Provincia Lazicæ.

Phasidis.	Ὁ Φάσιδος.
Rhodopolis.	Ῥοδοπόλεως.
Abisenorum.	Ὁ τῆς Ἀβισηνῶν.
Petrarum.	Ὁ Πετρῶν.
Tzinganeorum.	Ὁ Τζιγγανέων.

Ἐπαρχία Θρᾴκης.

Provincia Thraciæ.

Philippopolis.	Ὁ Φιλιππουπόλεως.
Diocletianopolis.	Ὁ Διοκλητιανουπόλεως.
Diospolis.	Ὁ Διοσπόλεως.

Ἐπαρχία νήσων Κυκλάδων.

Provincia insularum Cycladum.

Rhodi.	Ὁ Ῥόδου.
Sami.	Ὁ Σάμου.
Chii.	Ὁ Χίου.
Coi.	Ὁ Κώων.
Naxiæ.	Ὁ Ναξίας.
Theræ.	Ὁ Θήρας.
Pari.	Ὁ Πάρου.
Lethri.	Ὁ Λέθρου.
Andri.	Ὁ Ἄνδρου
Teni.	Ὁ Τήνου.
Meli.	Ὁ Μήλου.
Pisyni.	Ὁ Πισύνης.

Ἐπαρχία Αἱμιμόντου.

Provincia Æmi montis.

Adrianopolis.	Ὁ Ἀδριανουπόλεως.
Mesembriæ.	Ὁ Μεσημβρίας.
Sozopolis.	Ὁ Σωζουπόλεως.
Plutinopolis.	Ὁ Πλουτινουπόλεως.
Zoidum.	Ὁ Ζωΐδων.

Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς.

Provincia (29) *eadem.*

Marcianopolis.	Ὁ Μαρκιανουπόλεως.
Rhodostoli.	Ὁ Ῥοδοστόλου.
Tramarisci.	Ὁ Τραμαρίσκου.
Noborum.	Ὁ Νόβων.
Zecedeporum.	Ὁ Ζεκεδέπων.
Zarcaræ.	Ὁ Σαρκάρης.

Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς.

Provincia (30) *eadem.*

Trajanopolis	Ὁ Τραϊανουπόλεως.
Peri.	Ὁ τοῦ Πήρου.
Anastasiopolis.	Ὁ Ἀναστασιουπόλεως.

Ἐπαρχία Φρυγίας Καπατιανῆς.

Provincia Phrygiæ (31) *Capatianæ.*

Hierapolis.	Ὁ Ἱεραπόλεως.
Metellopolis.	Ὁ Μετελλουπόλεως.
Dionysiopolis.	Ὁ Διονυσιουπόλεως.
Anastasiopolis.	Ὁ Ἀναστασιουπόλεως.
Attudorum.	Ὁ Ἀττούδων [v].
Mosynorum.	Ὁ Μοσύνων.
. . . . .	. . . . .
Marcianopolis.	. Μαρκιανουπόλεως. .
Rhodostoli.	. Ῥοδοστόλου. .
Tramariscorum.	. Τραμαρίσκων (31*) .
. . . . .	. . . . .

Ἐπαρχία Γαλατίας δευτέρας

Provincia secundæ Galatiæ.

Amorii.	Ὁ τοῦ Ἀμωρίου.
Philomelii.	Ὁ Φιλομηλίου.
Docimii.	Ὁ τοῦ Δοκιμίου.
Clangis.	Ὁ Κλάγξ.
Polyboti.	Ὁ Πολυβώτου.
Pissiæ.	Ὁ Πισσίας.

Εἰσὶ δὲ καὶ οἱ ἀποσπασθέντες ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς διοικήσεως, νῦν δὲ τελοῦντες ὑπὸ τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως μητροπολῖται, καὶ οἱ ὑφ' ἑαυτοὺς ὄντες ἐπίσκοποι.

Sunt vero a Romana diœcesi avulsi, qui nunc throno Constantinopolitano subjacent metropolitæ, et eis subjecti episcopi.

Thessalonicæ.	[350] Ὁ Θεσσαλονίκης.
Syracusæ.	Ὁ Συρακούσης.
Corinthi.	Ὁ Κορίνθου.
Rhegii.	Ὁ τοῦ Ῥηγίου.
Nicopolis.	Ὁ Νικοπόλεως.
Athenarum.	Ὁ Ἀθηνῶν.
Patrarum.	Ὁ Πατρῶν.
Novarum Patrarum.	Ὁ Νέων Πατρῶν.

VARIÆ LECTIONES.

[s] Τιβριάδων. [t] Δικιοζανάβρων. [u] Κώου. [v] Ἀττοΐδων.

NOTÆ.

(27) Paralais.
(28) Adrianæ.
(29) Mœsia.
(30) Rhodopes.
(31) Pacatianæ.
(31*) Ita punctis inclusa cernebantur hæc vocabula paulo supra scripta.

Οὗτοι προσετέθησαν τῇ συνόδῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως διὰ τὸ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν κατέχεσθαι τὸν Πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης. Ὡσαύτως καὶ ἀπὸ τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως ἀποσπασθεὶς ὁ Σελευκείας Ἰσαυρίας, καὶ αὐτὸς τελεῖ ὑπὸ τὸν Κωνσταντινουπόλεως μετὰ τῶν ὑπ' αὐτῷ ὄντων τεσσάρων ἐπισκόπων.

Isti synodo (32) *et Ecclesiæ CP. veteris Romæ papa a gentilibus detento, sunt adjuncti. Ab Orientali diœcesi sejunctus pariter fuit Seleuciæ Isauriensis præsul, idemque cum viginti quatuor sibi subjectis episcopis CP. patriarchæ subditur.*

Ἐπαρχία ὑπὸ τὸν ἐνδοξότατον ἔπαρχον Ῥώμης ἤτοι Ἰταλίας.

Provincia gloriosissimæ Romæ sive Italiæ Primati subjecta.

Ἐπαρχία Οὐρβικαρίας.

Provincia Urbicaria.

Ῥώμη Βριττίων [x].	Roma Bruttiorum.
Νικαυρία [y].	Nuceria.
Λούνη.	Luna (33).
Νεάπολις.	Neapolis.
Τάραντα [z].	Ferentium.
Βιγιντιμίλια [a].	Albinimium (34).
Γενούη.	Genua.
Σιπόντος.	Sipontus.
Πόντου Ῥώμη [b].	Portus Romanus.
Νῆσος Κεντούκελε [c].	Insula Centumcellæ.
Κάστρον Εὐωρίας [d].	Ebolum (35).
Κάστρον Ἀμάλφης.	Urbs Amalfitana.
Κάστρον Γετταίων [e].	Urbs Cajeta.
Κάστρον Τιβερίας [f].	Urbs Tibur.
Κάστρον Νέπης [g].	Urbs Nepe.
Νῆσος Κομανίκεια.	Insula Comacula (36).
Κάστρον Μούλιον,	Puteoli (37) vel Formiæ, nunc Mola.
Καστρον Κάμψας [h].	Urbs Compsa : forsan Tempsa (38).
Κάστρον Σωρέων.	Urbs Soranorum.
Κάστρον Σούδας [i].	Urbs Fundi.
Κάστρον Ἴλβας [j].	Urbs Ilva (39)
Κάστρον Ἀνάγνια.	Urbs Anagnia.

Ἐπαρχία Καμπανίας.

Provincia Campaniæ.

Νεάπολις.	Neapolis.
Βριττανία.	Brettania (40).
Παιωνία.	Panonia (41).
Καλαβρία.	Calabria.
Βενετία [k].	Venetiæ (42).

A Μεσήνα. Messana.
Βικοβαρῖνα. Vicus Valerius (43).
[351] Ταυράτα [l]. Taurata (44).
Ἀπουλία. Apulia.
Κάστρον Ὀπιτέρβατος. Urbs Viterbium.
Κάστρον Σάμνιος. Urbs Samnium.
Κάστρον Σουσίας. Urbs Suessa.
Κάστρον Ῥήγιον. Urbs Rhegium.
Κάστρον Ταύρατα. Urbs Taurata (45).
Κάστρον Σιγνίας. Urbs Signia.
Κάστρον Γράδων. Urbs Gradus.
Κάστρον Πατρικίας. Urbs Patricum (46).
Κάστρον Σκυλάκιων. Urbs Scyllatium.
Κάστρον Μαρτύριον. Murgantia (47).
Κάστρον Ὀρβοβέρα. Forsan Urbs vetus.
Κάστρον Ὀρτῶνος. Urbs Crotona (48).
Κάστρον Ὀσπιτερκητόν. Urbs Opitergium.

Νῆσος Σικελίας.

B *Insula Siciliæ.*

Συράκουσα.	Syracusæ.
Κατάνη.	Catana.
Ταυρομένη.	Tauromenium.
Μεσήνη.	Messana.
Κεφαλοήδιν [m].	Cephalœdis.
Θερμῶν.	Thermæ.
Πάνορμος.	Panormus.
Λιλύβαιον.	Lilybæum.
Τρόκαλις.	Trocalis sive Triacola (49).
Ἀκράγας.	Agragas.
Τυνδάριον.	Tyndarium.
Καρίνης [n].	Camarina.
Λεοντίνης [o].	Leontium.
Ἀλέσις.	Alete, sive Alæsa.
Γαῦδος.	Gaudos (50).
Μελέτη.	Melita.
Λίπαρις.	Lipara.
C Βουρκάνος.	Vulcani insula (51).
Δίδυμοι.	Didyme.
Οὔστικα.	Ustica (52).
Τὰ Ὀναρέα.	Onarea.
Βασιλοῦδιν.	Basiludium.

Ἐπαρχία Καλαβρίας.

Provincia Calabriæ.

Ῥήγιον.	Rhegium.
Λοῦκρης.	Locri.
Σκυλακίας.	Scyllacis.
Κουτρόνων.	Croton.
Κωνσταντεία [p].	Consentia.
Τροπαίων.	Tropia (53).

VARIÆ LECTIONES.

[x] Βρουττίων. [y] Νουκερία. [z] Φέρεντον. [a] Ἀλβινιμίνιον. [b] Πόρτους Ῥώμης. [c] Κεντουμκέλλαι. [d] Ἐδωλίας. [e] Καϊάττων. [f] Τυβίρας vel Τιβούριος. [g] Νεπέτης. [h] Κόμψας. [i] Φούνδας. [j] Ἴλούας. [k] Οὐενουσία. [l] Ταυρανία. [m] Κεφαλοιδίς. [n] Καμαρίνη. [o] Λεόντιον. [p] Κονσεντία.

NOTÆ.

(32) Longobardos Roman. Ecclesiam opprimentes vel Francos ejus liberatores, quibus spreto Græcorum et Iconomachorum dominio Romani pontifices adhæserunt, gentilium impropria nuncupatione præsens notitia intelligit.

(33) Etruriæ urbs et portus : vulgo *Sarazana*, vel ad eam nunc sita.

(34) Thusciæ urbs. Liguriæ urbs. vulg. *Vintimiglia.*

(35) Picentinorum urbs quam *Eboli* vulgus pronuntiat.

(36) Hodie *Comachio*, Ferrariensium ditionis.

(37) Moles Puteolana, hodie *il Molo.* Ortelius.

(38) Apud Hirpinos.

(39) Sora Latii colonia et urbs.

(40) Bruttiorum regio. Ortelius v. *Bruttii.*

(41) *Forsan* Pinna.

D (42) Venusia vulgo *Venosa.*

(43) In Æquicolis, Latii oppidum vulgo *Vicovaro.* Ortelius.

(44) Taurania Campaniæ urbs : vel Tauranium Brutiorum oppidum : forsan Tarentum.

(45) Redundat.

(46) Romani ducatus in Latio oppidum. Ortelius.

(47) Ortelius v. *Scyllacium.*

(48) Samnitum urbs quæ et *Martyrano.*

(49) Trocalitani episcopi, Italiæ ut videtur, meminit Conciliorum opus.

(50) Dicitur et *Gaulos*, insula ad Melitam *Gozo.*

(51) Una ex Æoliis insulis inter Italiam et Siciliam.

(52) Quæ Evonymus una ex Æoliis insulis.

(53) Brutii urbs, de qua Cedrenus et Ortelius.

Tauriana.	Ταυριάνα.
Sæpinum.	Κεβώνων.

[352] *Ἐπαρχία Ἀννοναρίας.*

Provincia Annonaria.

Ravenna.	Ῥάβεννα.
Fortunæ Fanum.	Φανοῦς.
Asculum (54).	Ὀλκοῦσα.
Fulginum.	Φολοῦς.
Picenum.	Πεκίνους.
Pisaurum.	Πισαύρων.
Tergestum.	Τεργέστα.
Augustopolis.	Αὐγουστόπολις.
Tolentinum.	Τολβιτάου.
Urbs Ferentinum	Κάστρον Τερεντίνωνq.
Urbs Salernum.	Κάστρον Σολέρνος.
Urbs Tuder.	Κάστρον Τουλερίκον.
Urbs Ancona.	Κάστρον Σάγγα.
Forum novum (55).	Κάστρον Νοβώ.
Urbs Firmum (56).	Κάστρον Βενέρης.
Urbs Interamnia.	Κάστρον Ταμία.
Forum Cornelii (57).	Κάστρον Βαρακταλία.
Urbs Nursia.	Κάστρον Σαμούργια.
Urbs Sora.	Κάστρον Σῶρα.
Urbinum (58).	Κάστρον Ἐρεύνικα.
Septempeda.	Κάστρον Σημανία.
Urbs. . . .	Κάστρον Βισιβάντω.
Sena Gallia quæ et Senogallia.	Κάστρον Σαιογάλεια.
Cæsena.	Κάστρον Κησήνης.
Forum populi sive Popolii.	ΚάστρονΦοροπομπόλεως.

Ἐπαρχία Αἰμιλίας.

Provincia Æmiliæ.

Brixellum.	Κάστρον Βριξίλιον.
Urbs Brinta (59).	Κάστρον Βρίντου.

Ὑπὸ τὸν ἐνδοξότατον ἔπαρχον Ἀφρικῆς.
Ἐπαρχία Βυζακίας.

Sub clarissimo præfecto Africæ.
Provincia Byzacena.

Carthago.	Καρτάγενα.
Proconsularis.	Πρικουνσουλαρέα.
Zabi.	Σούβιβα.
Cenculiana.	Καντακίλεως.
Junca.	Ἰούγκη.
Talapta.	Ταλέπτης.
Casæ Calancæ.	Κασκάλα.
Castulo.	Καστέλλαι.
Pezana.	Πέζανα.
Mamilla.	Μάμηδα.
Madassumma.	Μαδασούβα.
Cululi.	Κουκούλης.
Capse.	Κάμψης.
Adrumetum.	Ἀδραμύτης.

[353] *Ἐπαρχία Νουμιδίας.*

Provincia Numidiæ.

Calama.	Καλάμα.
Telepre.	Τελέστη.
Hippo Regius.	Ἱππών.
Castellum.	Κασταβάγε.
Vagarmelita.'	Βάδος Μηλέων.
Altaba.	Ἀλχάδους.

A	Castra vetera.	Κάστρον Βέδερα.
	Scilita.	Σκήλη.
	Egerenisium.	Ἠγηρηνίσιων.
	Tididita.	Τίτισιν.
	Vada.	Βάγης.
	Constantina.	Κωνσταντίνη.
	Siliphi.	Σίτιφνος.

Ἐπαρχία Μαυριτανίας.

Provincia Mauritaniæ.

Rhinocorura.	Ῥινοκορούρων.

Ἐπαρχία Μαυριτανίας δευτέρας.

Provincia Mauritaniæ secundæ.

	Benepota in parte Hispaniæ.	Βεπτὸν εἰς τὸ μέρος Ἱσπανίας.
	Mesopotameni in parte	Μεσοποταμινοὶ εἰς τὸ
B	Hispaniæ.	μέρος Ἱσπανίας.
	Majorica insula.	Μαιούρηκα νῆσος.
	Minorica insula.	Μήνυκα νῆτος.
	Sardinia insula.	Σάρδων νῆσος.
	Carallis Metropolis.	Κάραλος μητρόπυλις.
	Turris.	Τοῦρις.
	Suffara.	Σουμάρφα.
	Sitæ.	Σίνης.
	Sulchi.	Σούλκης.
	Phausania.	Φασιάνη.
	Chrysopolis.	Χρυσόπολις.
	Christianæ lacus.	Χριστιάνης Λίμνη.
	Tucca.	Κάστρον Τοῦτα.

Ἐπαρχία Αἰγύπτου.

Provincia Ægypti.

Πατριαρχὴ, διὰ τῆς Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως.

Patriarchatus per Ægyptiacam diœcesim.

C	Alexandria sub Duce et Augustali	Ἀλεξάνδρεια ὑπὸ Δοῦκα καὶ Αὐγουστάλιον.
	Hermopolis.	Ἑρμούπολις.
	Mileos.	Μίλεως.
	Costus.	Κόστος.
	Psanis vicus.	Ψάνεως κώμη.
	Copridis vicus (60).	Κοπρίδεως κώμη.
	Sais.	Σαΐς.
	Leontopolis.	[354] Λεοντούπολις.
	Naucratia.	Ναυκράτεια.
	Andronicius.	Ἀνδρονικίους.
	Zenonopolis.	Ζηνονούπολις.
	Paphna.	Πάφνα.
	Onuphes (61).	Ὀνοῦφις.
	Save (62).	Σ.....
	Cleopatris.	Κλεωπατρίς.
	Mareotis.	Μαρεῶτις.
	Manelitorum.	Μανελειτῶν.
D	Schedia.	Σχεδία.
	Ternuthis (63).	Τερνούθης.
	Sondra.	Σόνδρα.

Ἐπαρχία Αὐγουσταμνήκης.

Provincia Augustamnicæ.

Pelusium metropolis.	Πηλούσιον μητρόπολις.
Sethroetes.	Σεθροήτης.
Tanis.	Τάνις.

VARIÆ LECTIONES.

q Φερεντίνων.

NOTÆ.

(54) Picenorum urbs.
(55) Vel Forum Livii.
(56) Vincit hic barbaries.
(57) Vulgo *Imola*.
(58) Redundat.
(59) Vide Ortelium v. *Medoacus*.
(60) Copritis.
(61) Onuphis.
(62) Tana.
(63) Terenunthis.

Θμουΐς.	Thmuis.
Ῥηνοκούρουρα.	Rhenocurura.
Ὀστρακήνη.	Ostracene.
Πεντάσχοινον.	Pentaschœnon.
Κάσιον.	Casium.
Ἀφθαῖον.	Aphthæum (64).
Ἥφαιστος.	Hephæstus.
Παν.έφουσος	Panephusus.
Γέρος.	Gerus.
Ἰτάγερος.	Itagerus.
Θένησος	Thenesus.

Ἐπαρχία Αὐγουσταμνήκης δευτέρα.
Provincia Augustamnicæ secundæ.

Λεοντὼ μητρόπολις.	Leonto metropolis (65).
Ἀθρήκης.	Athreces (66).
Ἡλίους.	Helius (67).
Βούβαστος.	Bubastus.
Κάρβεθος.	Carbethus (68).
Ἀναβιούς.	Anabius.

Ἐπαρχία Αἰγύπτου δευτέρα.
Provincia Ægypti secundæ.

Κάβασα.	Cabasa.
Φραγόνις.	Phragonis.
Παχνέμονις.	Pachnemonis.
Διόσπολις.	Diospolis.
Σεβέννυτος.	Sebennytus.
Κυνῶ.	Cyno.
Βούσιρις.	Busiris.
Ἐλεαρχία.	Elearchia.
Ῥέγεον.	Regeon.
Πάραλος.	Paralus.
[355] Παριάνη κώμη.	Pariane vicus.
Κύμη.	Cyma.
Ῥηχομήριον.	Richomerium.
Ξοέως.	Xoeos (69).

Ἐπαρχία Ἀρκαδίας.
Provincia Arcadiæ.

Ὁ Ξύριγχος μητρόπολις.	Xyrinchus metropolis.
Ἡρακλέους κνα [r].	Heracleus, Clisma (70).
Νείλου πόλις.	Nilopolis.
Ἀρσηνοήτης.	Arsenoetes.
Θεοδοσιούπολις.	Theodosiopolis.
Ἀφροδιτῶν.	Aphroditon.
Μεμφιλίτους.	Memphilitus (71).
Στόματα τοῦ Νείλου ἑπτά.	Septem ostia Nili.
Ἀλεξάνδρεια.	Alexandria.
Κολύνθην.	Colynthen.
Ἄγνου.	Agni.
Πανάλλου.	Panalli.
Θάσματος.	Thasmatus.
Ταμιάθη.	Tamiatha.
Τενέση.	Tenese.

Ἐπαρχία Θηβαΐδος πρώτη.
Provincia Thebaidis primæ.

Ἀντινῶ μητρόπολις.	Antino metropolis (72).
Ἑρμούπολις.	Hermopolis.
Θεοδοσιούπολις.	Theodosiopolis.
Κάσις.	Casus.
Λυκώ.	Lyco.
Ὑψηλή.	Hypsele.
A Ἀπολλώνιος [s].	Apollonius (73).
Ἀντέον.	Anteon.
Πάνος.	Panus.

Ἐπαρχία Θηβαΐδος δευτέρα.
Provincia Thebaidis secundæ.

Πτολεμαΐς μητρόπολις.	Ptolemais metropolis.
Κοντὼ, ἤτοι Ἰουστινιανούπολις.	Conto seu Justinianopolis (74).
Διοκλητιανούπολις.	Diocletianopolis.
Διόσπολις.	Diospolis.
Τέντυρα.	Tentyra.
Μαξιμιανούπολις.	Maximianopolis.
Θηβαΐς.	Thebais.
Λητώ.	Leto.
Ἰάμβων.	Jambon (75).
Ἑρμούθης.	Hermuthes.
Ἀπόλλωνος.	Apollonos (76).
Κώμη Ἀνάσσης.	Villa Anasses.
B Μεγάλης Θηβαΐδος.	Magnæ Thebaidis.
Ἄνω Ἴβεως.	Superioris Ibeos.
Μαθῶν.	Mathon.
[456] Τριμουθῶν.	Trimunthon.
Ἑρμῶν.	Hermon.

Ἐπαρχία Λιβύης Πεντάπολις.
Provincia Libyæ Pentapolis.

Σώζουσα.	Sozusa.
Κυρήνη.	Cyrene.
Πτολεμαΐς.	Ptolemais.
Τεύχειρα.	Teuchira.
Ἀδριανή.	Adriane.
Βερονίκη.	Beronice.

Ἐπαρχία Τριπόλεως.
Provincia Tripolis.

Τὸ Σέβων.	Sebon.
C Λεπτίδος.	Leptis.
Ὑῶν, διὰ τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως.	Hyon per Orientalem diœcesim.

Ἐπαρχία Λιβύης.
Provincia Libyæ.

Δρανιέων μητρόπολις	Dranieon metropolis (77)
Παρατώϊον.	Paratojum (78).
Τρανζάλης.	Tranzales (79).
Ἀμμωνιακή.	Ammoniace.
Ἀντίπυργος.	Antipyrgus.
Ἀντίφρον.	Antiphron.
Ἑδονίας.	Edonia.
Μαρμαρικῆς.	Marmarica.

Ἐπαρχία Κιλικίας.
Provincia Ciliciæ.

Ταρτὸς μητρόπολις.	Tarsus metropolis.
D Πομπηϊούπολις.	Pompeiopolis.
Σεβαστή.	Sebaste.
Κώρυκος.	Corycus.
Ἄδανα.	Adana.
Αὐγουστόπολις.	Augustopolis.
Μάλος.	Malus.
Ζεφύριον.	Zephyrium.

VARIÆ LECTIONES.

[r] *Orte*, Κλίσμα. [s] Ἀπόλλωνος.

NOTÆ.

(61) Aphnæum.
(65) Leontopolis.
(66) Athribis.
(67) Heliopolis.
(68) Pharberus.
(69) Xoes.
(70) Heraclea.
(71) Memphis et Letus sive Latopolis.
(72) Antinous.
(73) Apollinis civitas magna. ORTELIUS.
(74) Coptus.
(75) Omboe.
(76) Apollinis civitas parva. ORTELIUS.
(77) Darniorum.
(78) Parætonium.
(79) Zagylis.

Ἐπαρχία Κιλικίας δευτέρα.

Provincia Ciliciæ secundæ.

Anabarzus metropolis (80).	Ἀνάβαρζος μητρόπολις.
Mopsuestia.	Μόψου ἐστία.
Ægia.	Αἰγεια.
Epiphania.	Ἐπιφάνεια
Irenopolis.	Εἰρηνούπολις.
Flavias.	Φλαβίας.
Alexandria	Ἀλεξάνδρεια.
Cabissus.	Κάβισσος.
Castabala.	[357] Καστάβαλα.
Rhossus.	Ῥόσσος.

Ἐπαρχία Ἰσαυρίας.

Provincia Isauriæ.

Seleucia metropolis.	Σελεύκεια μητρόπολις.
Cilendres.	Κιλένδρης.
Anemorium.	Ἀνεμώριον.
Titiopolis	Τιτιούπολις.
Lamus.	Λάμος.
Antiochia.	Ἀντιόχεια.
Eliosebaste (81).	Ἡλιουσεβαστή.
Sestra.	Κέστρα.
Selenuntes.	Σελινούντης.
Jostape (82).	Ἰωστάπη.
Diocæsarea.	Διοκαισάρεια.
Olya (83).	Ὀλύα.
Hierapolis.	Ἱεράπολις.
Neapolis.	Νεάπολις.
Dalisandus.	Δαλίσανδος.
Claudiopolis.	Κλαυδιούπολις.
Irenopolis.	Εἰρηνούπολις.
Germanicopolis.	Γερμανικούπολις.
Zenopolis.	Ζηνωνόπολις.
Sbidæ.	Σβίδη.
Philadelphia.	Φιλαδέλφεια.
Adrasus.	Ἄδρασός.
Meloe.	Μελόη.
Dometiopolis (84).	Δομετιούπολις.
Nausadeæ (85).	Ναυζάδεαι.
Et Climata Cassorum.	Τὰ δὲ κλίματα Κάσσων.
Banaborum.	Βανάβων.
Bolbosi.	Βολβοσοῦ.
Costradis.	Κοστράδος.

Ἐπαρχία Συρίας πρώτη.

Provincia Syriæ primæ.

Antiochia apud Daphnem Thronus Patriarchalis.	Ἀντιόχεια, ἡ πρὸς Δάφνην, θρόνος Πατριαρχικός.
Seleucia.	Σελεύκεια.
Berrœa.	Βέροια.
Chalcis.	Χαλκίς [t].

Ἐπαρχία Συρίας δευτέρα.

Provincia Syriæ secundæ.

Apamea Metropolis.	Ἀπάμεια μητρόπολις.
Arethusa.	Ἀρέθουσα.
Epiphania.	Ἐπιφάνεια.
Larissa.	Λάρισσα.
Mariamne.	Μαριάμμη.
Seleucobelus.	Σελευκόβηλος.
Rhamphaneæ.	Ῥαμφανέαι.

[358] *Ἐπαρχία Εὐφρατησίας* [u] *καὶ Ἀγιουπόλεως.*

Provincia Euphratesiæ et Agiopolis.

Hierapolis.	Ἱεράπολις.
A Cyrus sive Agiopolis.	Κύρος, ἤτοι Ἀγιούπολις
Samosata.	Σαμόσατα.
Doliche.	Δολιχή.
Germanicia.	Γερμανίκεια.
Zeuma.	Ζεῦμα.
Perre.	Πέρρη.
Europus.	Εὔρωπος.
Nicopolis.	Νικόπολις.
Scenarchia.	Σκηναρχία.
Cæsarea.	Καισάρεια.
Sergiopolis.	Σεργιούπολις.
Orimorum.	Ὑρίμων.
Santorum.	Σάντων.

Ἐπαρχία Θεοδωριάδος.

Provincia Theodoriadis.

Laodicea metropolis.	Λαοδίκεια μητρόπολις.
Paltus.	Πάλτος.
Balanea.	Βαλανέα.
B Gabala.	Γάβαλα.

Ἐπαρχία Ὀσροηνή.

Provincia Osroenes.

Edessa metropolis.	Ἔδεσσα μητρόπολις.
Caræ.	Κάραι.
Constantia.	Κωνστάντια.
Theodosiopolis.	Θεοδοσιούπολις.
Batnæ.	Βάτναι.
Callionicus, sive Leontopolis.	Καλλίνικος, ἤτοι Λεοντούπολις.
Nova Valentia.	Νέα Βαλεντία.
Birborum.	Βίρβων.
Monithilla.	Μονιθίλλα.
Therimachon.	Θηριμάχων.
Moniauga.	Μονιαῦγα.
Macarta.	Μάκαρτα.
Marcopolis.	Μαρκούπολις.
Anastasia.	Ἀναστασία.
C Hemerius.	Ἡμέριος.
Circisia.	Κιρκισία.

Μέχρι τῶν ὧδέ ἐστι τὸ πλήρωμα Μεσοποταμίας καὶ ἀρχὴ τῆς γῆς Περσίδος.

Hue usque est complementum Mesopotamiæ, initiumque terræ Persidis.

[359] *Ἐπαρχία Μεσοποταμίας τῆς ἄνω, ἤτοι τετάρτης Ἀρμενίας.*

Provincia Mesopotamiæ superioris, sive quartæ Armeniæ.

Amida metropolis.	Ἄμιδα μητρόπολις.
Martyropolis, ad 15 millia ab hac civitate oritur Tigris fluvius.	Μαρτυρόπολις, ἀπὸ δεκαπέντε μιλίων τῆς αὐτῆς πόλεως γεννᾶται ὁ Τίγρις ποταμός.
Daras, sex millibus ab urbe ista sunt confinia et termini Persidis atque Assyriæ. D	Δάρας, ἀπὸ ἓξ μιλίων τῆς αὐτῆς πόλεως εἰσι τὰ μεθόρια καὶ οἱ ὅροι Περσίδος καὶ Ἀσσυρίας.
Castrum Risciphas.	Κάστρον Ῥισκιφᾶς.
Castrum Thuritidis.	Κάστρον Τουριτίδις.
Castrum Mardes.	Κάστρον Μάρδης.
Castrum Lornes.	Κάστρον Λόρνης.
Castrum Riphthon.	Κάστρον Ῥίφθον.
Castrum Isphrios.	Κάστρον Ἴσφριος.
Castrum Tzauræ.	Κάστρον Τζαύρας.
Castrum Audasorum.	Κάστρον Αὐδάσσων.

VARIÆ LECTIONES.

[t] Πατριαρχή. [u] Εὐφράτης.

NOTÆ.

(80) Anazarbus.
(81) Juliosebaste.
(82) Jotape.
(83) Olpus.
(84) Domitiopolis.
(85) Lausadæ.

Κάστρον Ἀμάρμης.	Castrum Amarmes.
Κάστρον Τζινοβίας.	Castrum Tzinobiæ.
Κάστρον Ἰντζιέτων.	Castrum Intzietorum.
Κάστρον Βαναβήλων.	Castrum Banabelorum.
Κάστρον Χούδδων.	Castrum Chuddorum.
Κάστρον Αἰσδαδοῖος.	Castrum Æsdadœus.
Κάστρον Μασφρόνας.	Castrum Masphronæ.
Κάστρον βασιλικόν.	Castrum Regium.
Κάστρον Σπῆλον.	Castrum Spelon.
Κάστρον Βιτουβαϊθᾶς.	Castrum Bijubaithæ.
Κάστρον Μασσάρων.	Castrum Massarorum.
Κάστρον Βιρθεχαβράη.	Castrum Birthechabraes.
Κάστρον Σίτεων Σχίφας.	Castrum Siteonschiphas.
Κάστρον Κάλωνος.	Castrum Calonis.
Κάστρον Βιβασίρων.	Castrum Bibasirorum.
Κάστρον Τζαύρας.	Castrum Tzauræ.
Κάστρον Βίθρας.	Castrum Bithræ.
Κάστρον Ἀτταχᾶς κλίματος Ἀρζανικῆς.	Castrum Attachæ climatis Arsanices.
Κάστρον Ἀφούβων.	Castrum Aphuborum.
Κάστρον Ἀριμάχων.	Castrum Arimachorum.
Κάστρον Φλωριανῶν.	Castrum Florianarum.
Κάστρον Δαφνοῦδιν.	Castrum Daphnudin.
Κάστρον Βαλούης.	Castrum Balues.
Κάστρον Σαμοχάρτων.	Castrum Samochartorum.

Ὧδε πληροῦται ἡ Μεσοποταμία, καὶ ἔστιν ὁ Ταῦρος καὶ ἡ κλεισοῦρα Βαλαλέσων, καὶ ἀρχὴ τὸ ἀρκτῷον μέρος ἡ μεγάλη Ἀρμενία. Εἰσὶ δὲ οἰκοῦντες τὸ ὄρος τοῦ Ταύρου πλησίον τοῦ αὐτοῦ κλίματος, λαοὶ δύο ὀνομαζόμενοι, ὁ μὲν Ἰχθομαῖται, ὁ δὲ ἕτερος Νασουνῖται· καὶ ἔστιν ὄρος ὑψηλὸν ἐπονομαζόμενον Βαραθικὲρ, ἐν ᾧ καὶ ἡ κιβωτὸς τοῦ Νῶε ἐπιφερομένη τοῖς ὕδασι προσέκρουσεν εἰς τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους· καὶ ἔστι τοῦτο γνωστὸν πᾶσι τοῖς τῶν ἐκεῖσε μερῶν μέχρι τῆς σήμερον.

Hic finitur Mesopotamia, estque Taurus et clausura Balalesorum, atque initium partis septentrionalis major Armenia. Incolunt autem Taurum montem maxime regionis illius duo populi, dicti, alter Ichthomaitæ, alter Nasunitæ. Estque præcelsus mons Barathicen nomine, in quam arca Noe aquis delata appulit in vertice ipsius, estque id notum cunctis ejus incolis ad hunc usque diem.

[360] Ἐπαρχία τετάρτη Ἀρμενίας ἄλλη.

Provincia quartæ Armeniæ alia.

Δαδήμων, νῦν μητρόπολις.	Dademon nunc Metropolis.
Ἀρμουσάτων.	Armusatarum.
Πολίχνη Χοζάνων.	Polichne Chozanorum.
Χοζομάχων.	Chosomachorum.
Κιθαριζῶν.	Citharisarum.
Μερτικέρτων.	Castrum Merticertorum.
Κάστρον Βαϊουλοῖος.	Castrum Bajulæus.
Κάστρον Πολιός.	Castrum Polius.
Κάστρον Ἀρδῶν.	Castrum Ardon.
Κλίμα Σοφηνῆς.	Clima Sophenes.
Κλίμα Ἀνζιτινῆς.	Clima Anzitines.
Κλίμα Διγισηνῆς.	Clima Digesenes.
Κλίμα Γαρηνῆς.	Clima Garenes.
Κλίμα Ὀρζιακινῆς.	Clima Orzianices.
Κλίμα Βιλαβιτηνῆς.	Clima Bilabitenes.
Κλίμα Ἀστιανικῆς.	Clima Astianicæ.
Κλίμα Μαμουζουρῶν.	Clima Mamuzurarum.

Χρὴ εἰδέναι ὅτι αὕτη αὐτοκέφαλός ἐστι, μὴ τελοῦσα ὑπὸ Ἀποστολικὸν θρόνον· ἀλλὰ τιμηθεῖσα διὰ τὸν ἅγιον Γρηγόριον Ἀρμενίας ἔχουσα πόλεις καὶ κάστρα διακόσια.

Sciendum est hanc sui juris esse non facientem sacra sub Apostolico Throno, sed honoratam propter sanctum Gregorium Armeniæ, habentem civitates et castra 200.

A

Ἐπαρχία Φοινίκης παραλίας.

Prov. Phœnic. Paraliæ, sive littoralis.

Τύρος μητρόπολις.	Tyrus metropolis.
Σιδών.	Sidon.
Πτολεμαΐς.	Ptolemais.
Βήρυτος.	Berytus.
Βίβλος.	Biblus.
Τρίπολις.	Tripolis.
Ἄρκαι.	Arcæ.
Ὀρθωσιάς.	Orthosias.
Βότρυς,	Botrys.
Γήγαρτα κώμη.	Vicus Gegarta.
Ἄραδος.	Aradus.
Ἀντάραδος.	Antaradus.
Πανέας.	Paneas.
Γόνασι, ἤτοι Σάλτων.	Gonasitii Saltus.
Κώμη Πολιτιανή.	Villa Politiana.
Κώμη Τριερίς.	Villa Trieris.

B

Ἐπαρχία Φοινίκης Λιβανισίας.

Provincia Phœniciæ Libanisiæ.

Ἔδεσα μητρόπολις.	Edesa metropolis.
Λαοδίκεια.	Laodicea.
Ἡλιούπολις.	Heliopolis.
Ἀμβίλλα.	Ambilla.
Δαμασκός.	Damascus.
Κλίμα Ἰαμβρούδων.	Clima Jambrudorum.
[361] Εὐάριος, ἤτοι Ἰουστινιανούπολις.	Evarius, sive Justinianopolis.
Παλμύρα.	Palmyra.
Κλίμα Μαγλούδων.	Clima Magludorum.
Σάλτον Γοναϊτικόν.	Saltus Gonaiticus.
Σαλαμίας.	Salamias.
Κλίμα Ἀνατολικόν.	Clima Anatolicum, sive Orientale.

Ἐπαρχία Παλαιστίνης τρίτη.

Provincia Palæstinæ tertiæ.

C

Πέτραι μητρόπολις.	Petræ metropolis.
Αὐγουστόπολις.	Augustopolis.
Ἀριανδηλά.	Arindela.
Χαραγμουχά.	Charagmucha.
Ἀρεόπολις.	Aeropolis.
Νάψις,	Napsis.
Ἔλουσα.	Elusa.
Ζώορα.	Zoora.
Βιροσάβων.	Birosabon.
Ἐλάς.	Elas.
Πεντακωμία.	Pentacomia.
Σάλτων.	Salton.
Μαμῶ.	Mamo.
Ψωρά.	Psora.
Τιτροκωμία.	Mitrocomia.
Ἱερατικόν.	Hieraticon.

Ἐπαρχία Ἀραβίας.

Provincia Arabiæ.

D

Βόστρα μητρόπολις.	Bostra metropolis.
Ἀδρασός.	Adrasus.
Δία.	Dia.
Μέδαυα.	Medava.
Γέρασσα.	Gerassa.
Νεύη.	Neve.
Φιλαδέλφεια.	Philadelphia.
Ἔσβους.	Esbus.
Νεάπολις.	Neapolis.
Φιλιππούπολις.	Philippopolis.
Φενουτός.	Phenutus.
Κωνσταντίνη.	Constantine.
Διονυσιάς.	Dionysias.
Πεντακωμία.	Pentacomia.
Τρικωμία.	Tricomia.
Κανοθάς.	Canothas.
Σάλτων.	Saltorum.
Βατάνεως.	Batanis.

Exacomia.	Ἑξακωμία.
Enacomia.	Ἑνακωμία.
Come, seu vicus Gonies.	Κώμη Γωνίας.
Come Cherus.	Κώμη Χεροῦς.
Come Stanes.	[362] Κώμη Στάνες.
Come Machaberos.	Κώμη Μαχαβέρως.
Come Coreathes.	Κώμη Κωρεάθης.
Come Bilbanus.	Κώμη Βιλβανοῦς.
Come Caprorum.	Κώμη Κάπρων.
Come Pyrgoaretarum.	Κώμη Πυργοαρετῶν.
Come Setnes.	Κώμη Σέτνης.
Come Ariachorum.	Κώμη Ἀριαχῶν.
Neotes.	Νεότης.
Clima Orientalium et Occidentalium.	Κλίμα ἀνατολικῶν καὶ δυσμῶν.
Come Ariathæ Saxosæ.	Κώμη Ἀριάθας Τράχωνος.
Come Bebdamus.	Κώμη Βεβδάμους.

Ἐπαρχία Κύπρου νήσου.

Δει εἰδέναι, ὅτι αὐτὴ αὐτοκέφαλός ἐστι, μὴ τελοῦσα ὑπὸ ἀποστολικὸν θρόνον· ἀλλὰ τιμηθεῖσα διὰ τὸ εὑρεθῆναι ἐν αὐτῇ τὸν ἅγιον ἀπόστολον Βαρνάβαν ἔχοντα ἐπὶ στήθους τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον· εἰσὶ δὲ ἐν αὐτῇ αἱ πόλεις αὗται.

A

Provincia insulæ Cypri.

Oportet scire insulam Cypri sui juris esse, nec subjici aut litare sub apostolico throno, sed honoratam fuisse eo quod in ea inventus fuerit sanctus Barnabas apostolus habens ad pectus Evangelium secundum Matthæum: sunt autem in ea hæ urbes.

Constantia metropolis.	Κωνσταντία μητρόπολις.
Citium.	Κίτιον.
Amathus.	Ἀμαθούς.
Curium.	Κούριον.
Paphus.	Πάφος.
Arsenæ.	Ἀρσεναί.
Soli.	Σόλοι.
Lapithus.	Λάπιθος.
Cyrenia.	Κυρηνία.
Tamasus.	Τάμασος.
Cythri.	Κύθροι.
Trimithus.	Τριμιθούς.
Carpasin.	Κάρπασιν.

B

Περὶ τοῦ καιροῦ, καθ' ὃν δεῖ τοὺς παῖδας τὴν τῶν οἰκείων διοίκησιν ἐγχειρίζεσθαι, καὶ παρὰ τίνος.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ ὑπερφυεστάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

Ἐπειδὴ καὶ τοῦτο καλῶς τοῖς νομοθέταις ἔδοξε τὸ
C παισὶν ὠρφανισμένοις ἐγκαθιστᾶν ἐπιτρόπους, δι' ὧν ἡ τῶν πατέρων ἀναπληρουμένη αὐτοῖς πρόνοια δι' ἐπιμελείας μὲν τὸ τῆς ἡλικίας ποιεῖται ἀπαλὸν, τὰ ὑπάρχοντα δὲ ταῖς δεούσαις φροντίσιν ἀβλαβῆ συντηρεῖ, τῷ καλῶς διακειμένῳ τῆς νομοθεσίας συνειδόμεν ὃ λείπει παρ' ἑαυτῶν προσθεῖναι. Τί οὖν τὸ ἐλλεῖπον ἦν ; Τὸ βούλεσθαι παρὰ μόνου βασιλέως κελεύοντος ἐξίστασθαι τοὺς κουράτωρας τῆς τῶν πραγμάτων διοικήσεως, ἐγχειρίζεσθαι δὲ τοὺς παῖδας αὐτὴν ἀπολαβόντας τῆς ἡλικίας τὸ μέτρον, ὃ τοῖς μὲν ἄῤῥεσιν ὁ εἰκοστὸς ἀπονέμει χρόνος, ταῖς δὲ θηλείαις ὁ ὄγδοος καὶ δέκατος [19], ὡς εἰς ὥραν ἐλθόντας φρονήσεως καὶ τοῦ τὰ οἰκεῖα δύνασθαι καλῶς καὶ συμφερόντως οἰκονομεῖν ἐπὶ τῆς δεσποτείας καθίστασθαι. Ἀλλ' ἐπεὶ οὐχ ὁμοίως πᾶσι τὸ φρονεῖν παραγίνεται, ἔδει [20] μὴ ἁπλῶς οὕτω θεσπίζειν, μηδὲ
D πάντας ὁμοῦ ὑπὸ μόνου τοῦ καιροῦ εἰς τὴν τῶν οἰκείων ἐξουσίαν προάγεσθαι, ἀλλὰ καθ' ὃν ἀπαιτεῖται καιρὸν τῶν τὴν [21] δεσποτείαν προχειριζομένων κατάστασις. Τί γάρ ; ὁ μὲν εἰ [22] ὑπερελάσας τὸν χρόνον οὔπω εἰς τὸ φρονεῖν ἀφίκετο, τοῦ δεσπόζειν κριθείη

VARIÆ LECTIONES.

[17] Ecl. ἀπείρξει. [18] Sic Ecl. Codd. et editi habent : ὅπερ καὶ καθὰ συμβαίνει ἀπαγορεύει, ἀλλ' ἐκεῖ τὸ θῆλυ πρόσωπον ἀφαιρεῖται τὴν ἐξουσίαν, οὗ γνώμη πλησιόστης. [19] Supplendum καί. [20] Sic correxit Stephanus. Codd. εἶδει. [21] Præmittendum censeo ἐπί. [22] Codd. εἰ ὁ μὲν, Stephanus εἰ ὃς μὲν καὶ ὑπερελ. — ὃς δέ.

NOTÆ.

(99) Vid. l. 5, C. De adopt. § 10.
(1-4) Inst. De adopt. Ulp. 8, § 9.
(5) d. §. 10.
(6) Etiam ante XX et XVIII. Qui non semper anno XX aut XVIII. quod addi oportet leg. 2, C. De his qui veniam ætatis.
(7) Inst. De curat.

ἄξιος, ὁ δὲ εἰ τοῦ καιροῦ ἔλαττον ἔχων οὐκ ἐλαττοῦται φρονήσεως καὶ τοῦ ὀρθῶς τὰ πράγματα μεταχειρίζεσθαι, ἀπειρχθήσεται τῆς διοικήσεως; Ἐπεὶ οὖν οὐχ ἧττον κατὰ νοῦν ἡ τὸ σῶμα διαφέρουσιν ἄνθρωποι, καὶ οἱ μὲν εὐσταθέστερσι τὸν λογισμὸν καὶ πρὸ τοῦ νενομισμένου καιροῦ, οἱ δὲ καὶ ὑπερβάλλοντες αὐτὸν ἐν εὐσταθεῖ τὴν διάνοιαν οὐ πεπήγασι, τῷ δὴ ταῦτα βούλεσθαι ἐλλιπῶς ἔχειν τὴν νομοθεσίαν ἐποίει, καὶ ἄλλως δέ πως πρῶτον μὲν, ὅτι μὴ ῥᾴδιον μᾶλλον δὲ παντελῶς ἀδύνατον πρὸς πάντας διαβαίνειν τοῦ νομοθέτου τὸ βούλημα. Πῶς γὰρ οἱ γῆς καὶ θαλάσσης μακροῖς διειργόμενοι διαστήμασιν, ἵνα τὰ ἄλλα δυσχερῆ τοῦ βίου ἐάσω, νόσους καὶ φόβους ἐξ ἐπιβουλῆς ἐχθρῶν καὶ μελῶν πηρώσεις (ὃ πολλάκις οὐδ' ἐπὶ χώρας δίδωσι προϊέναι, μὴ ὅτι γε ὑπερορίους στέλλεσθαι πορείας), πῶς οὐ κωλυόμενοι τούτοις καὶ μυρίοις ἑτέροις, ἃ τὴν ἀνθρωπίνην συνέχει ζωὴν, παρὰ μόνης τῆς βασιλικῆς κατανεύσεως τῶν οἰκείων πραγμάτων ἀξιωθήσονται τῆς ἐπιτροπῆς;

A sit, nondum autem satis saperé cœperit, administratione dignus judicatus fuerit: ille, quanquam etiamnum infra eam ætatem sit, prudentia tamen non destituatur, ut recte res suas administrandas suscipere non possit, ab administratione arcendus erit? Quando igitur non minus animo quam corpore inter sese homines differunt, et alii etiam ante legitimum tempus rationem bene constitutam habent, aliis vero etiam id supergressis mens nondum stabilita est, quod lex hæc ita vellet, ut defectuosa eadem esset, factum est. Quin et alia hujus legislationis incommoda sunt. Ac primum quidem quod difficile, imo vero prorsus impossibile sit, ut ad omnes legislatoris voluntas pertingat. Quomodo namque qui longis terræ marisque distiB nentur intervallis (ut interim alias vitæ difficultates, ut morbos, insidiarum hostilium metus, membrorumque mutilationes omittam: quæ persæpe difficultates, ne in ipso quidem domicilii loco prodire, nedum longinquam profectionem suscipere permittunt), quomodo, inquam, hisce sexcentisque, quæ mortalium vitam allidunt rebus aliis adolescentes impediti, rerum suarum administrationem ab unius imperatoris nutu petent?

Ὅπερ οὖν, καθὼς ἔμπροσθεν ἔφημεν, ἐνέδει τῇ νομοθεσίᾳ, προσαναπληροῦντες τοῦτο κελεύομεν, τοὺς ἤδη διαβεβηκόσι τῶν παίδων τὸν ἀτελῆ τῆς ἡλικίας καιρὸν (τουτέστι τοῖς μὲν ἀνδράσι τὸν εἰκοστὸν, ταῖς θηλείαις δὲ τὸν ὀκτωκαιδέκατον), καὶ γνώμης καταστάσει ῥυθμιζομένους, καὶ φρόνησιν συλλεξαμένους, ὑφ' ἧς τὸ δεσπόζον ἡνιοχούμενον οὐ λυμαίνεται τοῖς πράγμασιν οὐδ' ἐπιβλαβῶς αὐτοῖς τὸ δεσπόζειν ὀφθείη παρασχεθὲν, τὴν τῶν οἰκείων ἐπιτροπὴν δίδοσθαι· τοίνυν οὗτοι καὶ λαβέτωσαν, C καὶ δεσποζέτωσαν. Οἱ δ' ἔτι λογισμοῦ τοῦ κυβερνήσοντος ἐνδεεῖς καὶ διὰ τοῦτο μέλλοντες ἀντὶ τοῦ δεσπόζειν (αὐτοὶ ὑπὸ ἀνοίας δεσποζόμενοι) ἐπιζήμιοι ἑαυτοῖς ὑπάρξειν, κἂν πέρα τοῦ καιροῦ ἥκοντες ἐρῶντας, οὐ λήψονται· εἰ γὰρ ὅπερ ἦν σκοπὸς, τὸ τὰ προσήκοντα καλῶς οἰκονομεῖσθαι, τοῦτο ἔτι οὐκ ἔστιν ἐπίδηλον, πῶς κἂν ἐπίδηλος ἡ ἡλικία, ἐπιτραπῇ αὐτοῖς ἐμπιστευθεῖσα ἃ τῇ ἐκείνης ἐπιστασίᾳ οὐ καλῶς διοικηθήσεται; Οὕτω δὲ ἄρα καὶ δυνατοὶ ὄντες πράγμασιν ἐπιστατεῖν, κἂν μὴ πρὸς τὸν καιρὸν ἔρθασιν τῆς ἐπιστασίας, οὐ κωλυθήσονται· ἓν γὰρ τὸ ζητούμενον, τὸ μὴ λυμήνασθαι τοῖς ὑπάρχουσιν, οὗ παραστάντος περιττόν ἐστι τὸν [23] καιρὸν ἀναμένειν.

Quod ergo (sicut superius diximus) legislationi deerat, id adimplentes, jubemus, ut (8-10) qui puberes imperfectæ ætatis tempus jam superarunt (mares nempe annum 20, feminæ vero 18) animumque ad res gerendas idoneum habent, ac prudentiam, quæ administratio refrenata res non labefaciet, ut illa nocenter concessa non videatur, collegerunt his plena rerum suarum auctoritas detur. Accipiunto itaque hi, justaque potestate res suas agunto. At quibus rerum] recte gerendarum judicium adhuc deest, eo quod sibi ipsis (utpote qui cum gubernare debeant, imprudentiæ imperio regantur) damnosi futuri sint, etiamsi id tempus prætergressi fuerint, non percipient. Si quidem, qui propositus finis erat, ut bona recte administrarentur, is necdum præsens sit, qua ratione, quanquam ætas advenerit, cum periculo ipsis committentur, quæ ipsius procuratione non recte administrabuntur? Ad hunc ergo modum qui rebus prudenter præesse poterunt, tametsi (11) ad administrationis tempus haud dum pervenerint, non prohibebuntur. Unum est enim quod requiritur, ne bona labefactentur. Quod cum adsit, supervacaneum est ætatem exspectare.

Καὶ μὴ μόνον δὲ βασιλείαν [24] τὴν τῶν οἰκείων πραγμάτων ἐπιτροπὴν καὶ διοίκησιν ἐγχειρίζειν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν ἑκάστῳ ἄρχειν λαχόντας τόπῳ καὶ κρίνειν τὸ ἀκώλυτον ἔχοντας. Οὕτω γὰρ καὶ ἡ τοῦ νομοθέτου πρόνοια πάντας ὀνήσει τοὺς χρῄζοντας, καὶ ὁ νόμος μᾶλλον τὸ οἰκεῖον ἐνεργήσει.

D Et non tantum imperator rerum suarum procurationem administrationemque concedet, verum etiam (12) quibus cujusque loci magistratus obtigerit, plenamque jurisdictionem habent. Ita enim legislatoris providentia omnibus qui indigebunt, utilis erit, atque lex vim suam magis exseret.

VARIÆ LECTIONES.

[23] Codd. et editi τό. [24] Zuich. et Meerm. βασιλέα. Scrimg. βασιλεύειν.

NOTÆ.

(8-10) Vid. C. De his qui veniam ætat. impet.

(11) Idque additur legi 2. C. De his qui veniam ætatis.

(12) Idque additur legi 1, 2, 3, 4. Cod. De his qui veniam ætatis.

CONSTITUTIO XXIX.

Ut ancillarum partus apud alium editus, ad ipsius dominum sequatur.

Idem imperator eidem Styliano.

Quemadmodum hunc sermonem, qui nullam præ se fert mendacii perversitatem, verum esse atque rectum scimus, ita etiam veram legem, quæ iniquitate perverti non deprehenditur. Atque adeo si qua id non observat, ea lex non est, quamvis ea appellatione digna habita sit. Si enim hoc legis est (13), *ut cuique jus suum tribuat*, quomodo quæ hoc non præstat, lex erit? At cum aliæ etiam nomine tenus leges id committere deprehensæ sunt, tum vero illa (14) maxime, quæ partum ancillæ, quæ non apud dominum, sed furto aliove modo subducta, apud alium quempiam peperit, postquam facinus innotuit, non cum matre ad suum dominum abire, sed ab hoc quem alieni mancipii dominum fuisse constat, detineri jubet.

Hoc itaque quia non recte se habere visum est, convenienti medela nos dignati, uti suus matrem partus sequatur, jubemus. Non enim quia fur, quæ lex domino persolvi debere decernit, obtinet, idcirco etiam ille ancillæ suæ partu privari, eumque alius lucrari debet. Ad lucrum autem huic satis sit, quod (15) illa ad ministerium pro arbitrio usus est. At dixerit aliquis : Sed si quid in illam, dum possedit, impenderit, oportet et ipsum ex pretio lucrari: ideoque alienum non est partum apud ipsum permanere. Atqui si quispiam ad detinendum fetum hoc rationem præbere putat, quomodo ut ille matrem sequi debeat, a domino persolutum pretium non majorem præbebit? Quin quomodo convenientius non est, si qui perdidit, indeque dolores in corde pertulit, ex accessione delinimentum sentiat, quam si ille eam habeat, qui præterquam quod nihil amisit (ab illo enim qui furto subductam ancillam ipsi vendidit, pretium recuperare licet), ancillæ etiam ministerium lucratus est? *Neutiquam ergo* (quomodo diximus) *detinea-tur partus*, sed quemadmodum matrem, sic etiam filium prior dominus habeat. Sive enim qui furtum commisit, dives sit, tumque ipsi quod male accepit, ejus pretium reddat, nihil amplius negotii restet: sive mortuus aut vivus adhuc inopia laboret, ut quæ lex a furibus exigit, exsolvere nequeat, tum vero quoque qui ancillam amisit, ejus calamitatem filii cum matre receptione deliniri æquius sit.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΚΘ'.

Περὶ τοῦ δεῖν, τεκούσης θεραπαίνης μὴ παρὰ τῷ οἰκείῳ δεσπότῃ, ἀλλὰ παρ' ἑτέρῳ, τὸν τόκον ἅμα τῇ τεκούσῃ πρὸς τὸν οἰκεῖον δεσπότην ἀπέρχεσθαι.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ὥσπερ ἀληθῆ καὶ ὀρθὸν λόγον ἴσμεν τὸν ψεύδους διαστροφὴν οὐκ ἐμφαίνοντα, οὕτω καὶ ἀληθῆ νόμον, ὃς μὴ ἐλέγχεται τῷ ἀδίκῳ παρατρεπόμενος· ὡς εἴ γέ τις τοῦτο οὐ διασώζει, οὐκ ἂν εἴη νόμος, κἂν τῆς τοιαύτης προσηγορίας ἠξίωται. Εἰ γὰρ τοῦτο νόμου *τὸ νέμειν ὅπερ ἑκάστῳ ἁρμόδιον*, πῶς ὁ μὴ τοῦτο ποιῶν νόμος ἔσται; Πεφώρανται μὲν δὴ καὶ ἕτεροι καλούμενοι νόμοι τοῦτο παθόντες, οὐχ ἧττον δὲ κἀκεῖνος[25] ὁ τὴν γονὴν τῆς μὴ παρὰ τῷ οἰκείῳ δεσπότῃ, ἀλλὰ παρ' ἑτέρῳ, ἢ συλήσεως τρόπῳ ἢ ἑτέρῳ τινὶ τὰς ὠδῖνας ἀπολυσαμένης θεραπαίνης, ἐπειδὴν τὸ κακούργημα εἰς γνῶσιν ἔλθῃ, παρακελευόμενος μὴ σὺν τῇ μητρὶ πρὸς τὸν οἰκεῖον δεσπότην ἀπέρχεσθαι, ἀλλὰ παρακατέχεσθαι ὑπὸ τούτου, ὃς ἀλλοτρίου κτήματος ὤφθη δεσπότης.

Τοῦτο οὖν ἐπεὶ μὴ καλῶς ἔχειν δοκεῖ, τῆς προσηκούσης θεραπείας ἀξιοῦντες ἡμεῖς παρακελευόμεθα τῇ τεκούσῃ τὸν ἴδιον τόκον ἀκολουθεῖν. Οὐ γὰρ ὅτι ὁ κλέπτης ὑπέχει ἃ διορίζει ὁ νόμος αὐτὸν καταβάλλειν τῷ δεσπότῃ, διὰ τοῦτο ἀποστερήσεται μὲν αὐτὸς τὸν τόκον τῆς οἰκείας θεραπαίνης, κερδήσει δὲ τοῦτον ἄλλος· ἀρκεῖ γὰρ τούτῳ πρὸς κέρδος, ὅσα εἰς ὑπηρεσίαν αὐτῇ ἀπεχρήσατο. Ναὶ[26], φησίν, ἀλλ' εἰ τιμὴν ὑπὲρ αὐτῆς κατατιθέμενος οὕτως ἐκτήσατο, δεῖ τι καὶ τοῦτον κερδαίνειν ἐκ τοῦ τιμήματος, καὶ διὰ τοῦτο τὸ τεχθὲν οὐκ ἄτοπον παρ' αὐτῷ διαμένειν. Ἀλλ' εἰ τοῦτό τις εὔλογον εἶναι νομίζει εἰς κατάσχεσιν τοῦ κυήματος, πῶς οὐκ εὐλογώτερον εἰς τὸ ἕπεσθαι ἡ τοῦ πρώην δεσπότου τοῦ τιμήματος προλαβοῦσα καταβολή; πῶς δ' οὐκ ἔστιν ἁρμοδιώτερον τὸν ὑποστάντα τὴν ἀπώλειαν καὶ ταῖς ἐκεῖθεν ἀλγηδόσι βεβλημένον τὴν καρδίαν τῷ κέρδει θεραπεύεσθαι, ἀλλὰ μὴ ἐκεῖνον τοῦτο ἔχειν, ὃς πρὸς τῷ μηδὲν ἀπολωλεκέναι (ἔξεστι γὰρ αὐτῷ ἀναλαμβάνειν τὸ τίμημα παρ' οὗ κλαπεῖσα ἡ θεράπαινα ἀπημπόληται) καὶ τὰ ὅσα ὑπηρετήσατο κερδήσας ὁρᾶται; *Οὐδαμῶς οὖν ἐν κατοχῇ ἔσται*, καθὼς ἔφημεν, τὸ τεχθέν, ἀλλ' ὥσπερ τὴν μητέρα, οὕτω καὶ τὸ τέκνον ὁ πρότερος ἕξει δεσπότης. Ἂν τε γὰρ ὁ τὴν κλοπὴν ἐργασάμενος τῶν εὐπόρων ᾖ, ἀποδιδόντος αὐτοῦ[27] ἥνπερ κακῶς ἔλαβε τιμὴν, οὐδὲν πλέον πολυπραγμονεῖν ὀφείλει, ἄν τε θανὼν, ἢ ζῶν μὲν, ἀπορῶν δὲ εἰς ἔκτισιν ἃ τοὺς κλέπτοντας ὁ νόμος εἰσπράττεται, καὶ οὕτως δικαιότερον τὸν ἀπολωλεκότα τὴν θεράπαιναν τῇ τοῦ παιδὸς σὺν τῇ μητρὶ ἀναλήψει παραμυθήσασθαι τὴν ἀπώλειαν.

VARIÆ LECTIONES.

[25] Scrimg. δ' ἐκεῖνος. [26] Codd. καί. [27] Scrimg. αὐτῷ.

NOTÆ.

(13) L. 10, ff. De justitia et jure.

(14) L. 10, in fin, l. 33, ff. De usucap. l. 48, § 5, ff. De fur.

(15) Ex hoc loco potest defendi, tutorem pupillæ plenam alimentorum pensionem imputare non posse, si pupillæ ministerio suum ad compendium usus fuerit.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ Λ'.

Περὶ γάμου ζῶντος τοῦ προτέρου ἀνδρός.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ὥσπερ τῶν πεφωραμένων νόμων μὴ λυσιτελῶς ἔχειν τῇ πολιτείᾳ ἀναγκαίαν ἐποίει τὴν ἐπὶ τὸ ἄμεινον μετασκευὴν ἡ δικαία τῆς πολιτείας πρόνοια, οὕτω καὶ τοὺς ὀρθῶς ἔχοντας τῶν νόμων καὶ μηδὲν τοὺς πειθομένους παραλυποῦντας τῶν μὴ οὕτως ἐχόντων μηδ' εἰς τὸ ἄλυπον τοὺς ὑπηκόους περιστάντων τῆς αὐτῆς ἂν εἴη προνοίας ἔργον ἐκλέγεσθαι καὶ προκρίνειν, ἐπειδὰν περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος δύο ἀλλήλοις μαχόμενοι ὁρίζουσι νόμοι. Πῶς γὰρ ἂν εἴη λόγον ἔχον, στρατηγοὺς μὲν καὶ ἄρχοντας τῶν χειρόνων ἐκλέγεσθαι τοὺς ἀμείνους, καὶ προκρίνειν τούτους, ὧν ἡ ἀρχὴ πρὸς τὸ συμφέρον διαθήσει τὸν βίον τῶν ἀρχομένων (καίτοιγε οὐκ ἀεὶ μέλλουσιν ἄρχειν), νόμων δὲ, οἷς μέχρις ἂν ἡ πολιτεία συνίσταται τὸ ἄρχειν δίδοται, μὴ τοὺς βελτίστους ἀξιοῦν εἰσάγειν εἰς τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ τοὺς τῆς χείρονος μοίρας καὶ οὐ καλὸν ἦν μηδὲ τὸ πρῶτον εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν;

Τί δήποτε ταῦθ' ἡμῖν εἴρηται; Ἰουστινιανὸς ἐκεῖνος, οὗ μετὰ τῆς εὐσεβείας καὶ ἡ περὶ τὸ ὑπήκοον φροντὶς ἐσέμνυνε τὸ διάδημα, πρότερον περὶ διαλύσεως γάμων θέσπισμα θέμενος, ὡς εἴπερ γυνὴ ἔτι τοῦ ἀνδρὸς ἐν ζῶσιν ὄντος περὶ γάμων αὐτῆς ἑτέρῳ διαλεγομένη ὀφθείη, μηκέτι ἐξεῖναι αὐτὴν τῷ ἀνδρὶ συνηρμόσθαι ὡς οἰκεῖον μέλος, ἀλλ' ὡς ἐπίδουλον διαρρήγνυσθαι, ὕστερον αὐτὸς ἑαυτῷ ἀντιλέγων οὐκ ἐπιτρέπει διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν διασπᾶν τὸν γάμον. Ἡμεῖς οὖν μᾶλλον τὴν προτέραν τοῦ ἀνδρὸς γνώμην λυσιτελοῦσαν ὁρῶντες τῷ βίῳ, ὡς δι' ὧν παρακελεύεται ἀσφαλιζομένην καὶ προανακόπτουσαν τὰς κατὰ τῶν γάμων ἐπιβουλὰς, ταύτην δὴ ἄρα πολιτεύεσθαι νόμον ἐκφέροντες, ἣν [28] ἐπιτηρεῖσθαι [29] φέρουσαν παλινῳδίαν ὁ ἀνὴρ ᾖσεν εἰς τὸ τῆς πολιτείας ἡμῶν θέατρον χώραν εὑρίσκειν οὐκ ἐπιτρέπομεν. Εἴ τις οὖν ἔτι τοῦ ἀνδρὸς περιόντος [30] πρὸς γάμου; ἑτέρῳ κοινολογουμένη ὀφθείη, οἷα δὴ αὐτὴ ἑαυτὴν μιαρῷ φρονήματι ἀπορρήγνῦσα καὶ τῇ τοῦ γάμου διαλύσει τούτου ἀποῤῥαγήσεται, ναὶ δὴ καὶ χρηματικαῖς ὑποβληθήσεται ποιναῖς, αἷς ἐνέχονται αἱ διὰ τοὺς ἄλλους τρόπους τῶν ἀνδρῶν διασπώμεναι. Ἡ γὰρ διὰ τῆς γαμικῆς ἁρμονίας εἰς μίαν μὲν σάρκα τῷ ἀνδρὶ χρηματίσασα, οὐ στέργουσα δὲ, ἀλλ' ὁμοῦ μὲν ἐν τῷ πρὸς ἕτερον βλέπειν τὸν συναρμόσαντα Πλάστην ὑβρίζουσα, ὁμοῦ δὲ καὶ τῷ συζύγῳ ἐχθρὸν φρόνημα φέρουσα, πῶς οὐ δικαίως αὐτὴ ἑαυτὴν προαποτεμοῦσα παντελῶς τῆς ἑνώσεως. ἀποκοπήσεται; τί γὰρ ἂν ἔτι ὀφθείη ἐχέγγυον τοῦ

CONSTITUTIO XXX.

De muliere quæ vivo marito alios de matrimonio compellat (16).

Idem imperator eidem Styliano.

Ut cum leges reipublicæ inutiles deprehenduntur, necessario illas justa reipublicæ providentia in melius transformat: ita quoque ejusdem providentiæ munus sit, ut leges recte constitutas nihilque subditos contristantes a male constitutis subditosque contristantibus seligat, hisque illas anteponat: præsertim vero quando eadem de re duæ inter (17) se pugnantes leges statuunt. Quomodo enim ratione fultum sit, si cum duces atque præfecti ex pejoribus præstantiores eligantur, et qui in gubernatione ad subditorum utilitatem omnia facturi putantur, præponantur: non item ex legibus, quibus donec respublica consistet, præcesse datur, cum contra temporanea ducum præfectura sit, non præstantissimæ, sed pejoris notæ, quasque neque a principio innotuisse decuisset, ad gubernacula deducantur?

At quorsum hæc a nobis dicta sunt? Justinianus ille cujus diadema præter religionem, subditorum cura etiam decoravit, cum prius (18) de solutione matrimoniorum sanctionem edidisset, ut si mulier marito etiamnum superstite de matrimonio cum altero agat, non amplius illam, ut ipsius membrum ipsi jungi liceat, sed ceu insidiatrix ab ipso avellatur: postmodum (19) sibi ipse contradicens, ob hanc causam dirimi non permittit (20) matrimonium. Nos itaque priorem hominis voluntatem, ut quæ his ipsis quæ statuit roboretur, et adversus matrimonia insidias præcidat, humanæ vitæ conducibiliorem esse intelligentes, eam lege lata in republica observari jubemus: quam vero cantata palinodia evulgavit, eam in reipublicæ nostræ theatro locum invenire non permittimus. Si qua igitur marito adhuc vivo, de contrahendo matrimonio cum altero sermonem habuisse deprehendatur, ut quæ se ipsa nefario proposito abruperit, et matrimonii solutione ab illo abstrahetur, et profecto etiam pecuniariis pœnis, quibus quæ aliis modis a maritis avelluntur, obnoxiæ sunt, subjicietur. Quæ enim matrimonii compage in unam (21) carnem cum marito coiit, non acquiescit autem, sed 'simul ad alium respiciendo Creatorem qui illam conjunxit, contumelia afficit, simul in maritum hostili animo est, quomodo non juste hæc cum prius se ipsa a conjunctione prorsus abruperit, abscindetur? Et sane quando mulier

VARIÆ LECTIONES.

[28] Codd. ὃν. [29] Codd. ἐπιτηρειται. [30] Scrimg. παρόντος.

NOTÆ.

(16) Dimittenda ex Nov. 22, c. 6, § 1, neglecta Nov. 117, c. 8, et ita reducitur ad Nov. 22.
(17) Ἀντινομίαι interdum in jure occurrunt.
(18) Nov. 22, c. 16, § 1.
(19) Nov. 117, c. 8, J.
(20) Saltem non numeratur inter causas repudiorum.
(21) Gen. II, vers. 24; Matth. XIX, vers. 5; Luc. XVI.

protervo proposito oculum (22-23) a membro suo avertens, in alienum respicere gestit: quæ alia signa et testimonia ipsam in maritum hostilia cogitare desideres?

A ἐχθρὰ φρονεῖν τῷ ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα, ὑπότε ἀσελγεῖ φρονήματι τοῦ οἰκείου μέλους τὸν ὀφθαλμὸν ἀποστρέφουσα ἀλλοτρίῳ ἐνατενίζειν ἔρωτα φέρει;

CONSTITUTIO XXXI.

Ut (24) *quæ mulier mariti odio abortat, repudiari ab illo possit* (25).

Idem imperator eidem Styliano.

Qui hominem e (26) terra creavit, costa ipsius in mulierem transformata, adjutricem (27) illi ex ipsius membris conjunxit, quo videlicet suæ creationis causam illa cognoscens, vel hinc discat, qua lege erga conjugem, benevolentiam atque amorem incontaminatum conservet. Quæ igitur ita animata est, benevolentiamque suam marito custodit, B revera illa auxiliatrix est, neque Conditoris promissum fallit: quæ vero diverso animo est, non amplius neque hoc esse cognoscitur, neque, quanquam conjugium in unum illam cum marito cogere animum fuerit, caro ex carne, membrumve ipsius est.

Idcirco cum de muliere, quæ propter inimicitias quas cum marito habet, de industria abortando (28), neque in vitæ lucem fetum producendo, seminis ipsius fructum opprimit, duæ leges latæ sint, quarum una (29) repudiare injuria affectum maritum jubeat, altera (30) vero non permittat: nos, legi divortium suadenti assentientes, illi ut multo utiliori auctoritatem attribuimus. Alienum enim mihi a ratione, prorsusque iniquum videtur, ut quæ tam C apertum in maritum odium suscepit, ut ipsius semen disperdat (ut interim omittam, quod communi naturæ insidiata sit), ipsi cohabitet. Nam si qui alicui alii operi damnum inferunt, eos tanquam inimicos aversamur, quomodo eam quæ procreandorum liberorum operi, tum maxime necessario, tum præstantissimo noxam fecit, ipse qui damno affectus est, ut suam apud se habere poterit, nec ut insidiatricem et hostem dimittet? Quod insuper evidentius signum requiras ut mulierem marito inimicam esse cognoscas? Quomodo id inde manifestum non est, quod dum adversus illum hostilia cogitat, in vitam progressu fetum privat? Quomodo igitur dictum est: Lex quæ ipsos separat, obtineto, maritusque secedendi a muliere in hoc D facinore deprehensa facultatem habeto. Nam si quæ solum extra (31) ædes mansit, aut cum homi-

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΛΑ' [31].

Περὶ τοῦ τὸν ἄνδρα χωρίζεσθαι τῆς ἑαυτοῦ γυναικός, ὅταν δι' ἀπέχθειαν τὴν πρὸς αὐτὸν ἀμβλώσκουσα φωραθῇ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ὁ πλάσας ἄνθρωπον ἀπὸ γῆς ἐξ οἰκείων μελῶν, βοηθὸν αὐτῷ συνάπτει τὴν πλευρὰν εἰς γυναῖκα διαπλάσας, ἵνα τὴν ἑαυτῆς ἐπισταμένη τῆς πλάσεως αἰτίαν καὶ ἐντεῦθεν παιδεύηται οἷόν τινι νόμῳ τὸ πρὸς τὸν ὁμόζυγον εὔνουν, καὶ σώζῃ αὐτῷ τὸ φίλτρον ἀνόθευτον. Ἡ μὲν οὖν οὕτω φρονοῦσα καὶ γνώμην οἰκείαν τῷ ἀνδρὶ τηροῦσα, βοηθός τέ ἐστιν ἀληθῶς καὶ τὴν τοῦ Πλάσαντος οὐ ψευδομένη ὑπόσχεσιν, ἡ δ' ἐναντίον φρόνημα κτησαμένη οὐκέτι οὔτε τοῦτο γνωρίζεται, οὔτε σὰρξ ἐκ τῆς σαρκὸς ἢ μέλος ἐκείνου καθίσταται, κἂν ἡ συνάφεια πρὸς ἓν ἀγαγεῖν ἔσπευσε.

Διὰ τοῦτο περὶ γυναικὸς δύο κειμένων νόμων, ἡ δι' ἀπέχθειαν τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα τῷ ἐκείνου τῆς σπορᾶς καρπῷ λυμαίνεται ἀμβλώσκουσα καὶ πρὸς βίου φῶς οὐκ ἄγουσα τὴν γονὴν ἐκοῦσα, καὶ τοῦ μὲν χωρίζεσθαι τὸν ἀδικούμενον κελεύοντος, τοῦ δὲ οὐκ ἐπιτρέποντος, ἡμεῖς ὡς λυσιτελεστέρῳ κατὰ πολὺ προστιθέμενοι τῷ χωρίζοντι ἐκείνῳ τὸ κῦρος προσνέμομεν. Ἄτοπον γάρ μοι φαίνεται καὶ παντελῶς ἄδικον, τὴν οὕτω προφανῶς τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα δυσμένειαν ἐπανῃρημένην δι' ὧν τῷ ἐκείνου λωβᾶται σπέρματι (ἀφίημι γὰρ, ὅτι καὶ τῆς κοινῆς ἐπίβουλος φύσεως) συγκατοικίζειν αὐτῷ. Εἰ γὰρ τοὺς εἴς τι ἕτερον ἔργον βλάβην ποιουμένους ὡς ἐχθροὺς ἀποτρεπόμεθα, πῶς ἂν τὴν εἰς τὸ πάντων ἀναγκαιότατον καὶ τιμιώτατον τῆς παιδοποιίας ἔργον ἀνυστὴν [32] ζημίαν φέρουσαν ὡς οἰκείαν ἕξει ὁ ζημιούμενος παρ' ἑαυτῷ, ἀλλ' οὐκ ἀποπέμψεται ὡς ἐπίβουλον καὶ πολεμίαν; Τί γὰρ ἂν ἐναργέστερον σημεῖον ἐπιζητήσει ἔτι, ὥστε ἰδεῖν ὅτι δύσνους ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί; πῶς δ' οὐχὶ φανερὸν, ὅτι ἐν τῷ κατ' ἐκείνου φρονεῖν τῆς πρὸς τὸ ζῆν παρόδου ἀποστερεῖ τὴν γονήν; Ὥσπερ οὖν εἴρηται, Ὁ διιστῶν αὐτοὺς κρατείτω νόμος, καὶ ἄδειαν ὁ γαμέτης ἐχέτω χωρίζεσθαι τῆς ἐπὶ τοιούτῳ τολμήματι πεφωραμένης γυναικός. Εἰ γὰρ καὶ μόνον ἔξω μείνασαν τῆς οἰκίας, ἢ συμποσίου μετασχοῦσαν προσώποις οἷς οὐ νενόμισται,

VARIÆ LECTIONES.

[31] Laudatur ab Harmenop. lib. IV, tit. 12, p. 347. ἀνδρὶ τήν legendum censuerunt.

[32] Codd. ἂν οὐ τήν. Steph. ἀκροτάτην, Spangenberg

NOTÆ.

(22-23) Tertul. lib. De velandis virginibus ait nuptias de animo et affectu fieri, quemadmodum et stuprum. Adde Matth. V, vers. 28.

(24) Exstat apud Harm. 4, § 6.

(25) Ut Nov. Justin. 22, c. 16, § 1, fuerat constitutum: omissum vero in Nov. 117, c. 8, in fin.

(26) Genes. II.

(27) Mulier ex viro et propter virum. Tertul. 5, adversus Marcionem et lib. De veland. virginib.

(28) De abortu vide l. 8, De sicar. l. 39 ff. De pœnis.

(29) Nov. 22, c. 16, § 1.

(30) Nov. 117, c. 8, in fid.

(31) D. Nov. 117, c. 8, vers. Si noluerit viro foris domum manserit.

τῆς γαμικῆς συναφείας ὁ νόμος αὐτὴν δίστᾳ (καίτοιγε ἐνταῦθα οὐχ οὕτω περιφανὲς ὁρᾶται μαρτύριον τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα δυσμενείας, συνενεχθῆναι[33] τοῦτο αὐτῇ τοιοῦτον εἰκὸς καὶ μηδενὸς ἀδικήματος τῷ γάμῳ συμβαίνοντος), τίνα λόγον ἕξει, τὴν εἰς τοσοῦτον μὲν ἐλάσασαν μίσους, οὕτω δὲ ἄδικον καὶ περὶ τὸν ἄνδρα καὶ περὶ τὴν φύσιν μὴ διαζευγνύειν, εἰ τοῦτο δοκεῖ τῷ ἀνδρὶ, ἀλλ' ἐπιτρέπειν σύνοικον ἔχειν, ἢ ἐφεδρεύει τῇ ἐκείνου ζωῇ;

A nibus cum quibus non deceret convivata (32-33) est, hanc lex a nexu matrimoniali separat (eam tamen hic in maritum odii nullum tam evidens testimonium sit, et accidisse id illi citra matrimonii injuriam videri etiam possit), cujus rationis erit, eam quæ tantum tamque in maritum et naturam injurium odium conceperit, non disjungere, si ita marito videatur, et jubere ipsum uxorem habere, quæ ipsius vitæ insidietur?

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΛΒ'.

Περὶ τοῦ ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλόντος μοιχοῦ ἢ μοιχαλίδος.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Τὸ τῆς μοιχείας ἄγος εἴπερ τι ἄλλο τῶν ἀνοσιουργημάτων βαρεῖαν καὶ φοβερὰν ἀπαιτεῖ τὴν ποινὴν καὶ, οἶμαι, μὴ ἀνδροφονίας ἐλαττουμένην· ὁ μὲν γὰρ τῆς μιαιφονίας ἐργάτης ἑνός τινος πολλάκις τῇ μιαιφόνῳ χειρὶ ἀνατρέπει τὸν βίον, ὁ δὲ μιαρὸς τῆς μοιχείας ἐργάτης πλείστων ὅσων ἀνέτρεψε βίους, ἀνδρὸς, παίδων, συγγενῶν ἄλλων, μιᾷ πληγῇ πάντας τῇ τῶν γάμων ἀνατρέπων διασπαράξει[34]. Ἴλλην ἀλλ' ἐπεὶ πάλαι φόνῳ τιμωμένης[35] τῆς ἀνοσιουργίας ἔδοξε τοῖς μετὰ ταῦτα φιλανθρωποτέραν ἐκφέρειν ψῆφον, καὶ δέ πως ἡμᾶς ἡ φιλανθρωποτέρα ἐφέλκεται γνώμη, ἣν ἐκεῖνοι ὥρισαν[36] τιμωρίαν (φημὶ δὴ τῆς[37] ῥινὸς ἐκτομῇ ἀμφοτέρους τοὺς ἐναγεῖς ὑποβάλλεσθαι), τοῦτο καὶ ἡμεῖς ὁρίζομεν. Ἀλλὰ τοῦ μὲν ἀνοσιουργήματος ἔστω τοῦτο ποινή.

B Homicidii pœna non minorem. Homicida enim persæpe unius tantum sanguinaria manu vitam evertit: scelestus vero adulterii perpetrator quam plurimos fere de medio tollit, maritum, liberos, cognatos, aliosque, dum uno vulnere dilacerato matrimonio omnes prosternit. Verumtamen quia, cum olim id facinus morte (37-39) puniretur, visum est posterioribus mitiorem proferre sententiam, ac vero semper nos fere ad benigniora trahimur, quam illi constituerunt pœnam, ut nempe nasus (40) detestandis illis ambobus abscindatur, hanc et nos statuimus. Atque hæc quidem nefarii istius sceleris esto pœna.

Ἐπεὶ[38] δὲ καὶ τὸν ἄνδρα χρὴ ἀντὶ τῆς τοσαύτης ἀδικίας μὴ ἀπαραμύθητον[39] ἔχειν, ἐχέτω παραμύθιον ἐκ τοῦ τὴν προῖκα λαμβάνειν τῆς ὀφθείσης ἀδίκου περὶ τὰ γαμικὰ δίκαια γυναικός. Αὐτὴν δὲ μηδαμῶς ἀφίεσθαι τῶν γάμων κατορχεῖσθαι, μηδ' ὥσπερ ἆθλον λαμβάνειν[40] ἐν τῇ τῶν ῥινῶν ἐκτομῇ ἐδέως τὸ λοιπὸν τοῖς ἀκολάστοις συμπλέκεσθαι, ἀλλ' ἐν μοναστηρίῳ περιορίζεσθαι ὑπὲρ ἧς παρανομίας τετόλμηκεν, ἐν συντριβῇ τῆς ψυχῆς εὐμενεστέραν ἑαυτῇ τὴν ἐκεῖθεν καθιστῶσα δίκην, καὶ πρὸς ἕρωτα μὲν τοῦ μονήρους βίου καταστάσης αὐτῆς καὶ τοῦτον ἐπανελομένης, τὴν περιουσίαν δὴ κεχώρισται τῆς προικὸς τούς τε παῖδας καὶ τὸ μοναστήριον συνδιανείμασθαι, εἰ δὲ μὴ παῖδες παρεῖεν, ἀντ' ἐκείνων εἰς τὴν διανομὴν εἰσάγεσθαι[41] τοὺς γονέας, εἰ δὲ καὶ

C Ac quoniam maritum pro tanta injuria citra consolationem reliqui non oportet, in matrimonii jus injuriæ mulieris (41) dotem percipiendo se consolator. Insuper mulieri ad alteras nuptias prosultare, neque, quasi in nasi abscissione præmium acceperit, libere in posterum se cum libidinosis commiscere, nequaquam permittitor: sed ob scelus commissum, in monasterium (ubi in contritione animæ leviorem sibi pœnam faciat) velut in exsilium detruditor. Et, si monasticæ vitæ desiderio correpta, illam susceperit, quæcunque ipsius bona a dote separata sunt, ea liberi et monasterium inter se distribuunto: si liberi nulli supersint, pro illis parentes, et si neque hi sunt, alii cognati ad divisionem adducuntor.

D Quod si in profano habitu e vita excedat, cum

CONSTITUTIO XXXII (34).

De adulteris manifesto (35) *deprehensis* (36).

Idem imperator eidem Styliano.

Adulterii scelus si quod aliud gravem horrendamque pœnam exigit, et (ut puto) homicidii

VARIÆ LECTIONES.

[33] Steph. ἐπεὶ συνεν. vel συνεν. γὰρ, Agyl. καὶ συνεν. [34] Ecl. διαπράξει. [35] Cod. unus τιμωρουμένης. [36] Ecl. ὁρίσαντο. [37] Ecl. φημὶ δὲ τῇ. [38] Scrimg. ἐπειδή. [39] Ecl. ἀπαραμυθήτως. [40] Agyl. vult λαμβάνουσαν. Sed ἆθλον λαμβάνειν τὸ συμπλέκεσθαι recte habet: τὸ enim non ad λοιπὸν sed ad verbum συμπλ. pertinet. [41] Ecl. εἰς τὴν νομὴν εἰσάγεσθαι.

NOTÆ.

(32-33) Nov. 22, c. 15, § 2, Nov. 117, c. 8, § 4, c. Ibi si cum viris extraneis nolente marito convivatur.

(34) Decima nona dicitur ab Harm. 6, tit. 2.

(35) Ἐπ' αὐτοφώρῳ dixi ad l. 23, ff. de adult. in flagranti delicto deprehensis. Gal. *trouvez sur le faict*.

(36) Et eorum nova pœna: quippe nasus præcidi adulteris jubetur hac constitutione, quod veteribus legibus non erat.

(37-39) Adulterium olim morte puniebatur, vid. l. 30, in fin. ff. ad l. Jul. de adult.

(40) Harmenopulus d. loco. Sic manus furibus præciduntur in Longobard. l. De latronib. l. Si quis latro de furtis in Longobard. et in patriam conspirantibus l. De conspiratoribus, De aggressionib. in via factis in leg. Longob. Nov. 134, cap. 13, vers. Si vero criminis qualitas, ubi de pedis, manus, auriumque et narium amputatione dixi, et exsecatione.

(41) Vid. Nov. 134, c. 10; et Nov. 117, c. 8.

testamenti factionem habeat, prout illa constituerit, quæ bona extra dotem habuit, dispensabuntur.

CONSTITUTIO XXXIII.

Ne (42) *captivorum uxoribus aliis nubere liceat* (43).

Idem imperator eidem Styliano.

Si qui olim leges tractarunt, eo fuisse animo, ut prorsus sua, quanquam in illis correctione nonnulla indigerent, corrigi tamen nollent, suspicatus essem, fortasse nunquam hoc consilium suscepissem, uti leges, quæ sese recte non haberent, corrigere tentarem, et tametsi arcta reipublicæ cura, quo videlicet recte illa administraretur, necessario correctionem injunxisset, ut ne tamen primos legislatores contristare videremur, qui nos in hoc impetus ferret, inhibuissemus. At quoniam illis quoque ipsis, si etiamnum in vivis essent, non modo illorum institutum, qui corrigere conantur, non displiciturum, sed eosdem etiam qui ita faciendum censerent, his gratias acturos arbitror, (non enim gloriæ causa, sed quod reipublicæ commoda curæ haberent leges edidere), age quæ reipublicæ conducant, neque illis ipsis veteribus legislatoribus displiceant, facientes, exactiore consideratione, ceu medicamento quodam Pæonio (44), legum morbos propitio Deo curemus. Supra cætera etiam ubi de captivis sanxerunt, hoc caput, in quo de matrimonii dissolutione statuerunt, valde rationi esse dissentaneum videtur. Sic autem et in hæc verba aiunt (46), sive marito captivitatis infortunium accidat, manente uxore in civitate, sive cum uxor in jus captivitatis pervenit, maritus in civitate permaneat, exquisita quidem et subtilis ratio distrahit matrimonium. Semel enim servitute alteri superveniente, conditionis inæqualitas æqualitatem, quæ in nuptiis spectatur, permanere non patitur. Nos tamen humanius talia contemplantes, donec certum est superesse maritum vel uxorem, pro non solutis matrimonia haberi sinimus : neque ad alias migrabunt nuptias vel mariti vel uxores nisi petulanter id egisse videri velint, et in pœnas incidere, ille quidem exactionis donationis ante nuptias, hæc vero dotis. » Hi ergo istiusmodi de captivorum matrimonio pronuntiarunt sententiam. Nobis autem neque causa, quam exquisita (ut ipsi loquuntur) subtilisque ratio suppeditat, rationi esse consentanea, neque humanitas, quæ dirimendi matrimonii facultatem præbet, dum ipsos damno subjicit, sincera videtur. Si enim (quemadmodum

τούτων ἔρημος εἴη, τοὺς ἄλλους τῶν συγγενῶν· ἐν λαϊκῷ δὲ [42] τῷ σχήματι ἀφανισθείσης τοῦ βίου, πάντως κυρίας οὔσης διατίθεσθαι [43], κατὰ [44] τὴν ἐκείνης διάταξιν τὰ προσόντα οἰκονομηθήσεται.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΛΓ' [45].

Περὶ τοῦ μὴ ἐξεῖναι τὰς τῶν αἰχμαλώτων γαμετὰς ἑτέροις συνάπτεσθαι.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Εἰ μὲν τοὺς πάλαι περὶ νόμων διαλαβόντας τοῦτο φρονεῖν ὑπελάμβανον, μηδαμῶς βούλεσθαι τὰ οἰκεῖα ἐπανορθοῦσθαι, κἄν τι ἐν αὐτοῖς τοιοῦτον οἷον προσδεῖσθαι διορθώσεως, ἴσως οὐκ ἂν ἐπὶ ταύτην ἦλθον τὴν γνώμην, φημὶ δὴ τοῦ πειρᾶσθαι τοὺς μὴ τῶν νόμων ὑγιῶς ἔχοντας ἐπανορθοῦν· εἰ γὰρ καὶ οὕτως ἡ περὶ τὸ ὑπήκοον ἀναγκαία φροντὶς, τοῦτο πῶς [46] ἂν εὖ πολιτεύοιτο, ἀναγκαίως ἐπέτρεπε τὴν διόρθωσιν, ἀλλ' οὖν ἵνα μὴ δόξωμεν τοὺς ἐξ ἀρχῆς νομοθέτας λυπεῖν, καὶ [47] ἐπέχωμεν τὴν ἐπὶ τούτῳ ὁρμήν. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις, εἴπερ ἔτι ἐν ἀνθρώποις ἐστρέφοντο, οὐκ ἂν οἶμαι τὴν προαίρεσιν ἀπαρέσκειν τῶν διορθοῦν ἐπιχειρούντων, ἀλλὰ καὶ χάριν ὁμολογῆσαι τοῖς οὕτω διεγνωκόσιν (οὐ γὰρ φιλοτιμίας ἕνεκεν, τὸ δὲ συμφέρον τῇ πολιτείᾳ προνοούμενοι τὴν τῶν νόμων ἔκθεσιν ἐποιήσαντο), φέρε δὴ καὶ τῇ πολιτείᾳ συμφέροντα καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις τοῖς πάλαι νομοθέταις οὐκ ἀπὸ γνώμης ποιοῦντες, καθάπερ τινὶ Παιωνίῳ φαρμάκῳ τῇ ἀκριβεστέρᾳ διασκέψει τὴν τῶν [48] νόμων ἀῤῥωστίαν ἐν [49] Θεῷ ἐξιώμεθα. Ἐπὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς περὶ τῶν αἰχμαλώτων νενομοθετήκασι, κἀκεῖνο τὸ μέρος, ἐν ᾧ περὶ τῆς γάμων διαλύσεως ὡρίσαντο, πάνυ δοκεῖ ἀτόπως ἔχειν. Φασὶ δὲ οὕτως ἐπ' αὐτοῖς ῥήμασι [50]· « Εἴτε ἀνδρὶ συμβαίη τὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἀτύχημα, τῆς γυναικὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ μενούσης, εἴτε αὖθις γυνὴ μὲν εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπίοι, μένοι δὲ ὁ ἀνὴρ ἐν τῇ πολιτείᾳ, ὁ μὲν ἀκριβὴς καὶ λεπτὸς λόγος διαλύει τὸν γάμον· δουλείας γὰρ ἅπαξ ἐπιγενομένης θατέρῳ, ἡ τῆς τύχης ἀνισότης τὴν ἐκ τῶν γάμων ἰσότητα [51] μένειν οὐ συγχωρεῖ. Πλὴν ἀλλὰ φιλανθρωπότερον τὰ τοιαῦτα θεωροῦντες, ἕως μέν ἐστι φανερὸν ἢ τὸν ἄνδρα περιεῖναι ἢ τὴν γαμετὴν, μένειν ἄλυτα τὰ συνοικέσια συγχωροῦμεν, καὶ οὐκ ἐλεύσονται πρὸς δευτέρους γάμους οὔτε γυναῖκες οὔτε ἄνδρες, εἰ μὴ βούλοιντο δοκεῖν κατὰ προπέτειαν τοῦτο πρᾶξαι, καὶ ὑποπεσεῖν ταῖς ποιναῖς, ὁ μὲν τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς τῇ ἐκτίσει, ἡ δὲ τῆς προικός. » Οἱ μὲν οὖν προφθάσαντες τοιαύτην περὶ τοῦ γάμου τῶν αἰχμαλώτων ἐξέφηναν γνώμην. Ἡμῖν δὲ οὔθ' ἡ αἰτία εὔλογος, ἣν ὁ ἀκριβὴς, ὡς αὐτοί φασι, καὶ λεπτὸς λόγος δίδωσιν, οὔτε ἡ φιλανθρωπία ἐστὶ καθαρὰ, ἡ ἄδειαν λελύσθαι παρεχομένη τὸν γάμον ἐν τῷ ὑποβαλεῖν αὐτοὺς τῇ ζημίᾳ. Εἰ γὰρ, ὥσπερ

VARIÆ LECTIONES.

[42] Ecl. addit τυχόν. Non male. [43] Ecl. παντὸς κυρ. οὖσ. διαθέσθαι. [44] Sic Ecl. Codd. καὶ κατά. [45] Ecl. Nov. 20 et laudatur apud Harmenop. lib. IV, tit. 12, p. 346. [46] Stephanus τοῦ ὅπως, Osenbrüggen τοῦτο ὅπως. [47] Zuich. et Meerm. κἄν. [48] Steph. περὶ τῶν legi vult. [49] Rectius forte σὺν Θεῷ. [50] Justiniani Nov. 22 c. 7. [51] Ita Steph. Codd. τὴν ἐκ τοῦ γάμου ἀνισότητα.

NOTÆ.

(42) Exstat. 4. Harmenop. 12, §. 4.

(43) Etiam post quinquennium, et ita abrogatur Novell. 22, c. 7, vers. Si vero incertum. Nov. 117, c. 12.

(44) Fuit Pæon medicus deorum. Suidas in Παιώνος.

(45) Nov. 22, c. 7, in princ.

λέγουσι, τῆς τύχης ἡ ἀνισότης οὐ συγχωρεῖ μένειν τὸν γάμον, πῶς εἰ πρὸς ἐλευθερίαν ἐπαναχληθείη ὁ αἰχμάλωτος, μετὰ τὴν τοῦ γάμου διάλυσιν πρὸς τὸ ἴσον ἐπανελθούσης τῆς τύχης καὶ ἀμφοτέρων ἐλευθερίως βιούντων, οὐκ εἰς τὸ ἴσον ὁ γάμος πάλιν ἐπανελεύσεται; Ποῦ δὲ τὸ φιλάνθρωπον καθαρὸν, ζημιοῦν μὲν τῇ τῶν οἰκειοτάτων μελῶν ἀφαιρέσει, πειρᾶσθαι δὲ τὴν ζημίαν παραμυθεῖσθαι ἀντεισαγωγῇ τῶν ἄλλων κτημάτων; Πῶς δὲ μέχρι καὶ τῶν φαυλοτάτων αὐτῆς περιουσίας τῶν αἰχμαλώτων λογίζεται [52] φυλαττομένων αὐτοῖς τῶν δικαίων, οὐχὶ πάνδεινον [53] τῷ μείζονι μέρει (φημὶ δὴ τῇ τοῦ οἰκείου μέλους συντηρήσει) κινδυνεύειν αὐτοὺς μὴ [54] ὁμοίως ἀξιοῦσθαι τῶν δικαίων, ἀλλ' εἶναι ἀνεπίσχετον τὴν ζημίαν, εἰ τοῦτο ἐπὶ γνώμην ἥκοι θατέρῳ μέρει ἐλογῆσαι τοῦ οἰκείου μέλους; Τί οὖν φημι ἐγώ; Ἐάν περ τοῦ ἑνὸς μέρους ἐν αἰχμαλωσίᾳ ὄντος, τὸ ἀπείρατον διαμεμενηκὸς τῆς αἰχμαλωσίας ἑτέρου πρὸς συνάφειαν ἴδοι, ἐπανέλθοι δὲ τῆς αἰχμαλωσίας τὸ ἐν ταύτῃ κατεσχημένον, ἄδειαν εἶναι αὐτῷ [55] τὸ οἰκεῖον, εἰ βούλοιτο, ἐπαναλαμβάνειν μέλος, καὶ μηδαμῶς διότι ἑτέρῳ συνήφθη τοὺς ἐξ ἀρχῆς καινοτομεῖσθαι γάμους. Εἰ γὰρ ἡ γενομένη πρὸς ἕτερον ὕστερον συνάφεια δόξει τισὶν ἀδιάλυτος ἂν διαμεῖναι, πῶς οὐ δικαιότερον ἡ ἀρχῆθεν τῶν γάμων συνάφεια πρὸς τὴν οἰκείαν κατάστασιν ἐπανελεύσεται; καὶ εἰ, διότι ἀλλοτρίῳ μέρει συνῆπται, οὐκ ἐπιτρέπει τις διασπᾶν, πῶς οὐκ εὔλογον, διότι τοῦ οἰκείου ἀπερράγη μέρους [56], τοῦτο πρὸς τὴν ἰδίαν οἰκειότητα συναρμόζειν; Καὶ [57] φησιν, Ἀλλὰ κέρδος γίνεται τῶν αἰχμαλώτων ἐκ τῆς κατὰ προπέτειαν τῶν δευτέρων γάμων ὁμιλίας ἡ ἀντεισαγωγὴ τῆς ἐκτίσεως. Ἀλλ' οὗτος ὁ λόγος ἄμεινον [58] ἦν μὴ ὅτι γε χειλέων προελθεῖν, ἀλλὰ μηδ' ἐπὶ διάνοιαν τῶν ταῦτα πεφρονηκότων ἀναβεβηκέναι. Πῶς γὰρ οὐκ ἰσχάτως εἰς φρένα δυστυχὴς καὶ ἄπορος, ὃς τοῦ οἰκείου μέλους ἀλλάττεται χρήματα;

Θεσπίζομεν [59] οὖν, μηδαμῶς ἔτι πρὸς συνάφειαν ἑτέρου τὸν ἀπείρατον μεμενηκότα τῆς αἰχμαλωσίας ἔρχεσθαι, ἀλλ' ὅσοις ἂν δήποτε χρόνοις ἐν αἰχμαλωσίᾳ ᾖ [60] τὸ ἐκεῖ ταλαιπωρούμενον, περιμένειν τὸ ἕτερον, κἂν μήτε ἔγγραφος δήλωσις μήτε ἄγραφος ἐκεῖθεν καταλαμβάνῃ. Εἰ δὲ παρὰ τόνδε τὸν νόμον βουληθείέν τινες τῇ πρὸς δευτέρους γάμους ὁμιλίᾳ τῶν προτέρων διαῤῥήγνυσθαι καὶ οὐχὶ κατὰ τὴν παρατήρησιν τὴν ἐν τῇ ριζ' νεαρᾷ [61] περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐν ἐξπεδίτοις ὄντων κειμένην, ἵστωσαν ὡς ταῖς ποιναῖς ὑποκείσονται ταῖς ἐν τῇ εἰρημένῃ διατάξει τεταγμέναις, δηλονότι ἀδείας οὔσης, ὡς ἔφαμεν, εἰ ἀναῤῥυσθείη τῆς αἰχμαλωσίας τὸ ἐκεῖ

A aiunt) durare matrimonium fortunæ non (46) permittit inæqualitas, quomodo si ad libertatem revocetur captivus, cum post matrimonii dissolutionem ad æquabilitatem fortuna redeat, amboque in libertate vivant, ad æqualitatem matrimonium non redibit? Quæ vero illa sincera humanitas, quæ amicissimorum membrorum subtractione damnum inferre, aliorumque substitutione id quasi sarcire conatur? Quomodo item, et si usque ad vilissima quæque captivorum substantia jure statuque ipsorum integro taxetur, illos non ita præstantiore parte (sui nempe membri conservatione) atque rerum suarum jure periclitari velle, immensumque damnum fore, si altera pars membrum suum negligere in animum inducat, non perquam est manifestum?

B Quid igitur ego? Si cum altera pars in captivitate sit, altera quæ a captivitate libera mansit, ad alterius conjugium respexerit, postliminio vero revertatur quæ in captivitate detenta fuit: ut illi (47) si velit, suum membrum recipiendi facultas sit, ac nequaquam quod alteri conjunctum fuerit, prius matrimonium innovetur. Si enim conjugium cum altero postmodum initum videbitur aliquibus dissolvi non oportere, quomodo non æquius fuerit, si primus matrimonii nexus in suum statum revertatur? Et si eo quod alienæ parti conjunctum sit, id quispiam avelli non permittat: quomodo quod a sua parte abruptum sit, id in suum locum restitui, rationi non fuerit consentaneum? At dixerit

C aliquis: Sed in lucrum captivis cedit quod prop'er alterum temeritate contractum matrimonium, per compensationem pœnæ nomine introductum est. Verum hunc sermonem non dico non labris exprimi, sed ne in mentem quidem auctoribus ejus venire melius fuerit. Nam quomodo ille, qui membrum suum pecuniis commutat, non extrema mentis infelicitate et penuria laborat?

Sancimus itaque, ut nequaquam amplius quæ pars a servitute intacta mansit, ad alterius conjugium procedat: sed quotcunque annis altera in servitutis miseria detinebitur, tametsi (48) inde nullam neque de scripto, neque citra scriptum significationem accipiat, illam exspectet. Et quod si

D præter hanc legem alterius matrimonii commercio a priore abrumpi aliqui velint, idque non secundum observationem in Novella centesima decima septima de uxoribus eorum, qui in expeditione sunt relata, fiat: sciunto illi, quod positis in dicta constitutione pœnis subjacebunt. Insuper etiam (quemadmodum diximus) ut si qui servitutis ærum-

VARIÆ LECTIONES.

[52] Locus corruptus. Stephanus, quocum Agylæus facit: πῶς δὲ εἰ μέχρι καὶ τῶν φαυλ. αὐτῆς ἡ περιουσία. Rectius forte: πῶς δ' εἰ μέχρι καὶ τῶν φαυλοτάτων αὐτῶν περιουσία, κτλ. [53] Agyl. πάνδηλον. Minus recte. [54] Forte præmittendum καί. [55] Scrimg. αὐτῇ. [56] Legerim, μέλους. [57] Steph. val. [58] Steph. corr. ἀμείνων. [59] Ecl. incip. [60] Ita Ecl. Codd. ἦν. [61] Justiniani Nov. 117, c. 11.

NOTÆ.

(46) L. 45, ff. De ritu; l. 1, ff. De divor.; l. 19, l. 56, ff. Solut., l. 12, § 4, ff. De captivis.

(47) Novell. 117, cap. 11.

(48) Quod exigebatur d. c. 11.

nas sustinet, liberetur, suum si velit membrum recipiat, licebit.

CONSTITUTIO XXXIV.

De tutore qui pupillam suam (49) *vitiat.*

Idem imperator eidem Styliano.

Nefaria res est, si illi, de quibus ea exspectatio fuerat quasi probi futuri essent, cum ab illis qui talem de ipsis opinionem conceperant, jam aliqua fide digni habiti sint, pro bonis atque fidis inimicos et infidos se exhibeant. In illis autem quibus pupillorum obvenit cura, si cum pupillis salutariter prospicere debeant, ipsorum eversores exsistant, tanto id scelus gravius (51) est, quanto illorum fides ab iis, qui id ipsis injunxerunt, major judicata est. Constat enim, quod parens persuasum habens, quos pupillaris ætatis relinquit liberos, ab eo cui cura committenda est, paternum patrocinium sensuros, eam cui ita fidit, demandat. Recte igitur superiores fecere, qui pro patre conservatoreque pupillæ deprehensum vitiatorem punierunt. Deportationi (52) enim hunc subjiciunt, ac bonorum privatione multant. Verum in decora specie decorum non servarunt, neque ullam injuria affectæ graviaque passæ puellæ, ut illius infortunio succurrerent, susceptisse curam videntur, dum vitiatoris bona in fiscum statuunt esse inferenda, non animadvertentes hinc fieri, ut ulcisci quidem injuriam velle, sed in proposito non persistere existimentur. Ubi enim injuriæ ultio, quando injuria affecto damnum injuria datum non resarcitur, neque qua tenetur calamitatem legis auxilio effugit? Quale autem calamitatis puellæ est effugium, quando non modo infortunii compensationem non invenit, sed lucrum (53) etiam progressu ætatis ex suo dedecore atque infamia paratum esse videt?

Ut igitur hoc lege, tanquam (54) probrum aliquod reprehensione affricatum purgemus, ut vitiatoris bona in fiscum deferantur, abroganus: jubemus autem, ut eo concedant, quo ipsorum dominus injuriam et infortunium projecerit.

CONSTITUTIO XXXV.

De raptoris virginis, eorumque qui in raptu adfuerunt, pœna (55).

Idem imperator eidem Styliano.

Neque quod ecclesiasticæ legi rebellemus, neque

παλαιπωρούμενον, το οἰκεῖον, εἰ βούλοιτο, ἐπαναλαμβάνειν μέλος.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΛΔ' [69].

Περὶ ἐπιτρόπου φθείροντος τὴν ἐπιτροπευομένην παῖδα [63].

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Δεινὸν μὲν τοὺς ὅσοι χρηστοὶ προσδοκηθέντες; ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν προσδοκησάντων πίστεως ἠξιωμένοι τινὸς, ἀντὶ τοῦ ἀγαθοὺς καὶ πιστοὺς ὀφθῆναι, ἐχθροὺς ἀποφανθῆναι καὶ ἀπίστους. Τοσοῦτον δὲ ὑπέρδεινον τὸ κακὸν ἐπὶ τῶν λαχόντων ὀρφανικῶν παίδων ἐπιτροπὴν, εἶτα [64] ἀντὶ τοῦ σωτήριον πρόνοιαν τῶν ἐπιτροπευομένων σχεῖν αὐτοὺς ὀφθῆναι τούτων λυμαντικοὺς, ὅσῳ [65] καὶ μείζονος ἠξιώθησαν πίστεως παρὰ τῶν εἰς τοῦτο καταστησάντων αὐτούς. Δῆλον γὰρ, ὡς πεπεισμένος ὁ γονεὺς οὓς καταλείπει παῖδας ὀρφανικοὺς πατρικῆς ἀπολαύσειν προστασίας παρὰ τοῦ τὴν ἐπιτροπὴν ἐγχειριζομένου, δίδωσι ταύτην αὐτῷ. Καλῶς οὖν οἱ πρὸ ἡμῶν τιμωρούμενοι τὸν ἀντὶ πατρὸς, ἀντὶ σωτῆρος παιδὸς ὀρφανικῆς δεδειγμένον φθορέα (ἐξορίᾳ γὰρ τοῦτον ὑποβάλλουσι, καὶ τῶν προσόντων ζημιοῦσι τῇ ἀφαιρέσει), οὐκ ἐφύλαξαν [66] ἐπὶ καλοῦ σχήματος τὸ καλὸν, οὐδ' ἥντινα περὶ τοῦ ὑβρισμένου καὶ δεινὰ παθόντος γυναίου ὑπὲρ τοῦ βοηθεῖν [67] τῇ ταύτης δυστυχίᾳ λαμβάνοντες ὁρῶνται πρόνοιαν, ἐν τῷ διορίζεσθαι τὴν τοῦ φθορέως ὕπαρξιν πρὸς τὸ δημόσιον ἄγεσθαι, οὐ συνιδόντες [68], ὡς ἐκ τούτου γίνεται αὐτοῖς νομίζειν ἀδικίαν ἀμύνασθαι, μὴ μέντοι σώζειν τὸ βούλημα. Ποῦ γὰρ ἀδικίας ἄμυνα, μὴ τοῦ ἀδικηθέντος ἀπολαμβάνοντος τὸ ἀδίκημα μηδὲ τὴν κατασχοῦσαν αὐτὸν συμφορὰν διὰ τῆς τοῦ νόμου ἐπικουρίας ἀποφυγόντος; Ποία δ' ἀποφυγὴ τῷ γυναίῳ τῆς συμφορᾶς, ὅτε οὐ μόνον οὐ [69] παραμύθιον εὑρίσκει τῆς δυστυχίας, ἀλλὰ καὶ ποριζόμενον ἕτερῳ [70] κέρδος ὁρᾷ ἐκ τῆς ἰδίας ὕβρεως καὶ [71] αἰσχύνης;

Ἵνα οὖν ὥσπερ κηλῖδα μῶμόν [72] τινα τῷ νόμῳ προστριβομένην καθάρωμεν, τὸ προσφέρεσθαι τῷ δημοσίῳ τὴν ὕπαρξιν τοῦ φθορέως ἀποθεσπίζομεν, κελεύομεν δὲ ἐκεῖ ταύτην ἀπιέναι, οὗ τὴν ἀδικίαν καὶ τὸ δυστύχημα ὁ τῆς ὑπάρξεως κύριος κατεβάλετο.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΛΕ' [73].

Περὶ ἁρπαγῆς καὶ βίας γυναικός.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Οὔτε πρὸς τὸν ἐκκλησιαστικὸν ἀπαυθαδιαζόμενοι

VARIÆ LECTIONES.

[62] Ecl. Nov. 21. [63] Ecl. φθείραντος. [64] Scrimg. omittit εἶτα. [65] Ecl. ὅσον. [66] Scrimg. ἐφύλ. δέ. [67] Codd. μὴ βοηθεῖν. [68] Ecl. συνειδότες. [69] Negatio supplenda erat. [70] Codd. ὕστερον ἕτερον. Ecl. ἕτερον. [71] καὶ deest in Codd., habetur in Ecloga. [72] Ita Ecl. Codd. μώμῳ τινά. Forte μωμητήν. [73] Ecl. Nov. 22 et citatur apud Bals. ad Photii Nomocanonem, tit. IX, c. 29.

NOTÆ.

(49) Id est, cujus tutelam vel curam gerit, vel gessit. Et ita communiter intelligi tradit.

(50) Clarus 5, sent. § Fornicatio, vers. Cum pupillus.

(51) Ejusque bonis pupillæ vim passæ addicendis, non fisco, ut olim leg. un. C. Si quis eam cujus tutor fuerit, corruperit. Duci proditori comparatur violator pupillæ tutor. Quintilianus declamat. 284.

(52) D. l. un.

(53) Πορισζόμενον ἕτερον ἕτεσιν κέρδος ὁρᾷ Scrimg πορισζόμενον ἕτερον κέρδος. Cujac. 17, observ. 32.

(54) Ὥσπερ κηλῖδα μώμῳ. Scrimger. ὥσπερ κηλῖδα μῶμον, Cujac. d. l.

(55) Mutatur lex unica C. De raptu virgin. adde

νόμον, οὔτε τὸν τῆς πολιτείας ἁπλῶς συγκροτοῦντες τὴν περὶ τοῦ κορικοῦ ἅρπαγος γνώμην ἐκφέρομεν, ἀλλ' οἷον ὁδόν τινα τοῦ βίου τοῖς πράγμασι τὴν συμφέρουσαν κατανοήσαντες, ἐπείπερ εἴδομεν τῇ τοῦ ἱεροῦ συμπαθείᾳ νόμου ὥσπερ ἀναιδευόμενον τὸ κακὸν, τῇ δὲ τοῦ πολιτικοῦ νόμου αὐστηρίᾳ καταστελλόμενον, διὰ τοῦτο τῆς μᾶλλον ἐπαμυνούσης τῇ καταστάσει τῶν πραγμάτων ἐγενόμεθα προνοίας. Βούλεται μὲν γὰρ ὁ πολιτικὸς νόμος οὐ μόνον τὸν δι' ἁρπαγῆς καὶ βίας φθορέα γεγονότα κόρης θανάτῳ ὑπαγορευθῆναι [75], ἔτι δὲ καὶ πρὸς τῇ τοῦ θανάτου δίκῃ καὶ τὴν ὕπαρξιν ἀφαιρεῖσθαι, ὅταν εὐγενεῖς ὦσιν αἱ φθειρόμεναι, ἀλλὰ κἀκείνους, οἳ συναντιλήπτορες ὤφθησαν τοῦ ἀνοσιουργήματος, τὴν αὐτὴν ὑφίστασθαι ποινὴν καὶ ζημίαν, καὶ τοῦτο γίνεσθαι [76] οὕτως, κἂν ἑαυτὴν ἑκοῦσα ἡ γυνὴ τῷ ἁρπαγι ἐνεχείρισεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν ταύτης πατέρα ἐν συνειδήσει καταστάντα τῆς πράξεως ὑπερορίᾳ κολάζει· καὶ οὐ τοσοῦτον μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰ μὴ παρὰ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἡ ἁρπαγὴ τετόλμηται, συνειδὼς [77] ἐλέγχεται, ζημιοῖ δὲ ὀλιγωρίᾳ διδοὺς τὴν τοῦ θυγατρίου διαφθορὰν καὶ ἀφιεὶς τῆς δίκης τὸν Ἔνοχον, ἢ τὸν τοιοῦτον γάμον ἀποδεχόμενος, ποινὴν ὑπέχει τῆς ὀλιγωρίας φυγὴν ὑπερόριον. Ταῦτα μὲν ἐδόκει τοῖς πάλαι.

quod civilem simpliciter collidamus, hanc adversus virginis raptorem sententiam proferimus : sed posteaquam velut via quadam rebus humanis conducibili investigata, commiseratione sacræ legis id malum quasi insolescere, civilis vero legis austeritate supprimi, cognovimus, in eam sententiam, unde rerum statui plus subsidii esset, inclinavimus. Vult autem civilis lex (56), ut non solum qui per raptum et vim virginem ingenuam stupravit, morti addicatur, insuperque supra mortis adjudicationem bonis privetur, verum etiam qui in scelere adjumento fuerunt eamdem et pœnam et multam sustineant : idque tum etiam, cum voluntarie se mulier raptori dedidit. Quin et ejus patrem, si facti conscius fuerit, deportatione punit. Neque vero tunc solum, sed etiam, si cum quo tempore raptus committeretur, ejus rei ignarus fuerit, filiolæ vitiationem postmodum parvi pendat, reoque judicium remittat, aut istiusmodi matrimonium approbet, in incuriæ pœnam deportationem sustineat. Atque hæc quidem veteribus placuere.

Ὁ δ' ἀείμνηστος ἡμῶν πατὴρ οὐκ εἰς μόνην τὴν ἁρπαγὴν τοῦ γυναίου ἀποσκοπήσας, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἄλλα παρακολουθήματα, πρὸς ἐκεῖνα τὴν ψῆφον ἐναρμόζεται, καὶ θεσπίζει, μετὰ μὲν ὅπλων ἤτοι ξιφῶν ἢ ἄλλων τινῶν ἄνευ ξίφους ἀναιρετικῶν τῆς ἁρπαγῆς γεγενημένης, ξίφει τιμωρεῖσθαι τὸν βιασάμενον, ὡς δι' ὧν μεθ' ὅπλων ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἐχώρησεν, οὐκ ὄντος αὐτοῦ καὶ μιαιφονίας ἀθώου· τοὺς δὲ συνεπειλημμένους ἢ συνειδότας [78] ἢ συνεισάγοντας [77] σπουδὴν ῥινὸς ἐκτομῇ καὶ μάστιξι καὶ κουρείᾳ τῇ ἐν χρῷ τιμωρεῖσθαι· ὅπλων δὲ μὴ συμπαρόντων τῇ βίᾳ, μὴ [79] μέχρι φόνου τὴν δίκην ὁρᾷν, ὡς οὐδὲ τῆς μιαιφονίας χώραν ἐχούσης, ἀλλὰ τὸν μὲν αὐθέντην τῆς ἁρπαγῆς εἰς χειρὸς κινδυνεύειν ἀποκοπὴν, τοὺς δὲ συνυπουργησαμένους ἢ κοινωνήσαντας ἄλλως μάστιξι καὶ κουρείᾳ καὶ ὑπερορίᾳ τὴν δίκην εἰσπράττεσθαι. Περὶ μὲν οὖν τῆς εἰς τὸ σῶμα ζημίας οὗτος ὅρος· ἃ δ' εἰς χρήματα ἀφορᾷ, ταῦτα τὸ ἀμεταποίητον καὶ ἐναργὸν συγκεχώρηται φέρειν τῆς ἀρχῆθεν νομοθεσίας. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ ἡμέτερος ἀποθεσπίζει πατὴρ· οἷς σύμψηφον γνώμην καὶ ἡμεῖς ἀναδεχόμενοι τήν τε ἐν τῷ παρόντι καιρῷ καὶ τῷ ἔπειτα [79] τιμήν τε καὶ ἐνέργειαν τῇ νομοθεσίᾳ ἐπισφραγιζόμεθα

Verum sempiternæ memoriæ pater noster non tantum in mulieris raptum, verum etiam in circumstantias oculos dirigens, ad illam sententiam accommodat ac sancit, ut si cum armis, sive gladiis aliisve nonnullis præter gladium letalibus raptus commissus sit, qui raptum fecit, gladio puniatur, utpote qui eo quod cum armis ad id factum processerit, neque ab homicidio immunis sit : qui vero suppetias tulerint, factive perpetratores susceperint, naso mutilentur, verberentur, et cute tenus tondeantur. Quando autem arma violentiæ adhibita non essent, ut mortem sententia non spectet, quod nempe tunc homicidium locum non habuerit : sed raptus auctor manus (57-60) mutilatione periclitetur; qui vero ministerium præbuerint, alioquive se isti rei immiscuerint, verberibus, tonsura et deportatione pœnas pendant. Ac sane corporalis pœnæ hæc est descriptio : quod vero ad pecuniariam attinet, ne a primitiva legislatione mutetur, ejusque effectum retineat, permittitur (61). Atque hæc quidem pater noster sancit, quorum et nos approbatricem sententiam suscipientes, legislationem illam et in præsens et in futurum auctoritate et effectu obsignavimus.

VARIÆ LECTIONES.

[75] Zuich. et Heerm. ὑπάγεσθαι. [76] Scrimg. γενέσθαι. [78] Codd. συνειδότος. [77] Ita Ecl. Codd. συνεισοντας ἀγαγόντας. [79] Ecl. μηδέ. [79] Ita Ecl. Codd. τῷ εἰς ἔπειτα.

NOTÆ.

Novell. 143 et 150, De ea quæ raptori suo nubit, 5, Harm. 7, Clar. 5, sent. § Raptus.

(56) D. l. un.

(57-60) De manus mutilatione ad Nov. 134, c. 13.

(61) Eaque in re nihil mutatur d. l. unica.

CONSTITUTIO XXXVI.

Ut captivi filius (63) *hæres sit* (64).

Idem imperator eidem Styliano.

Si reipubl. sustentaculum (65) atque fundamentum sunt leges, certe ut illa in tuto sit, sanitatem leges conservent oportet. Legis autem sanitatem quid aliud quam æquitatem quis dicat? Circa hanc itaque, quo leges, quæ rempublicam nostram gubernant, æquabiliter sese habeant, cogitationes nostras obvertentes legem (66) illam, quæ eum qui ex duobus captivis natus est hæredem bonorum ejus parentis qui apud hostes mansit, fieri non vult: hanc, inquam, legem, ne legum sanitate (quæ æquitas est) privetur, periclitari animadvertentes, illam ad sanitatem transformare voluimus. Nam quod injuste istud statuat, non difficile cognitu est. Quam enim vim locorum natura ad adscribendam filio hæreditatem habet? Neque vero hoc quisquam objiciat, quod cum parens servus sit, propter servilem conditionem filius exhæres erit. Quomodo enim civilis lex, quæ, si captivum liberari contigisset, illum liberum agnosceret, ex eo natum liberum hæredem esse non permittet, sed qui apud hostes est, servo bonorum administrationem dabit. Tum etiam ad quem captivi bona aliquis pertinere putabit? Ad cognatosne? At quomodo servitus obsistens his ad hæreditatem introitum non præcludit? Aut quomodo, quibus permissum est, non longe prius hæredes esse licebit? An vero fisco danda erunt? Verum quomodo manifesta illa injuria non est? Si etenim rationi consonum est, ut captivorum liberi e publico subsidium sentiant: quomodo captivi filium bonis privari, illaque fisco attribui, non perquam evidens injuria est? Quodsi sæpenumero, cum uonnulli parentes graviter conscientia abusi, atque ideo pœnis subjecti, acerbeque e vivis sublati sunt, liberi eorum substantiæ domini esse lege non (67-68) prohibentur: quæ ratio est, quamobrem quando pium propositum parentes decorat (et quidem in fidei testimonium effusus sanguis, ut eximius ipsorum animus magnusque spiritus ipsis etiam impiis miraculo esset, persæpe effecit) liberi facultatum ipsorum domini esse non permittantur? Nequaquam itaque constitutio (69) illa sana esse nostræ majestati videtur.

Eaque propter sancimus, uti deinceps, sive cum captivitatis caligine circumfusi parentes essent, in lucem prodiit filius, sive etiam in libertatis splen-

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΛΖ' [59].

Περὶ τοῦ κληρονομεῖν τὸν τοῦ αἰχμαλώτου παῖδα.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

sed ne (9) ignari litterarum testes essent, si in civitatibus, ubi non fere peritorum pe- est, testamenta facta sint : sed si aliis in in quibus litterarum studia disciplinæque non ndum usitatæ sunt, illic testium non exacte retur ratio : neque illi soli qui ad litterarum lium educati sunt, quærerentur, sed ad testan- et litterarum rudibus aditus esset. Quod ita- illis in locis, in quibus hominum scribendi litorum abundantia non est, lex fieri statuit, id nsuetudo omnibus ubique locis et civitatibus, anquam magna doctorum hominum copia esset, facere volentibus concessit. Quod sane et impe- toriæ nostræ majestati legum auctoritate dignan- dum esse placuit.

Sancimus igitur *ut quocunque* in loco et civitate, etiam (10) ab imperitis testamenta confirmentur, dummodo mores testium fidem mereantur. Quin et numerum non solum ad quinque contrahimus, sed iis in locis in quibus raros fide dignos prodire constat, tres (11) quoque admitti, ac testimonium illorum non reprobari volumus.

CONSTITUTIO (12) XLIV.

A quibus (13) *obsignari testamenta oporteat.*

Idem imperator eidem Styliano.

Cum omnes alii hominum actus ac negotia quæ in litteras referuntur, necessario exquisitum testimonii subsidium requirant : tum maxime id faciunt, quæ homines natura sua ad interitum vergente, discessuque e carne imminente litteris exponunt, his in ipso e vita excessu rationes suas et voluntatem committentes. Quæ enim inter vivos conscripta sunt, quanquam obsignata sint, nihilominus tamen illorum vitia ex verborum ejus qui scripsit, eorumque de quibus scriptum confectum est, examinatione deprehenduntur. Quæ vero a morientibus scripto constituuntur, ea se minus recte habere, si nullum certum testium suffragium adsit, impossibile dicere est. Verum enimvero et hic tractatus longe optime a legislatore conscriptus est, dum sæpe testamentorum testes ad jusjurandum adigi nolens, illis census (14) magistri nunc generalis (15) appellatur, sigillo parari firmitatem jubet. Etenim quod tanquam levem promptumque ad jurandum aditum non præbet, insignique sigillo ambiguis testamentis vigorem tribuendo, ut juramenta reprimerentur, fecit: ea sane res et pru-

μαρτυρίαν κατατιθεμένους, εἰ [46] ἐν πόλεσιν εἰησαν αἱ διατάξεις πεποιημέναι, ἐν αἷς οὐκ ἔστιν ἀπορία γραμμάτων· ἐν ταῖς ἄλλαις δὲ χώραις, οὗ μὴ πάνυ τὰ τῆς παιδείας καὶ μαθήσεως ἐπιχωριάζει, ἐκεῖ τὰ τῶν μαρτύρων μὴ ἀκριβολογεῖσθαι, μηδὲ μόνους ἐκείνους ἐπιζητεῖν, οἳ διὰ παιδείας ἦχθησαν, ἀλλ' εἶναι πρὸς τὸ μαρτυρεῖν εἴσοδον καὶ γραμμάτων ἀμνημονεύτοις. Τοῦτο μὲν οὖν, ὅπερ ὁ νόμος διώριζε μόναις [46] γίνεσθαι χώραις, ἐν αἷς οὐκ ἔστιν εὐθηνία γραμμάτων, ἡ συνήθεια πανταχοῦ λαβοῦσιν ἔδωκεν πράττεσθαι καὶ τόποις καὶ πόλεσιν, κἂν διὰ μαθήσεως πεπαιδευμένων ἀνδρῶν ὦσιν εὔποροι. Ὃ καὶ τῇ βασιλείᾳ ἡμῶν ἀρέσκον ὤφθη καὶ νόμων ἀξιοῦσθαι τῆς βεβαιώσεως.

Θεσπίζομεν [47] τοίνυν, ἐν πάσῃ χώρᾳ καὶ πόλει καὶ ὑπ' ἀμαθῶν κυροῦσθαι τὰς διαθήκας, εἰ μόνον ἐκ τοῦ τρόπου τὸ ἀξιόπιστον οἱ μάρτυρες ἀποφέρονται. Καὶ τὸν ἀριθμὸν δὲ οὐ μόνον ἄχρι τῶν πέντε περιορίζομεν, ἀλλ' ἐν τόποις, ἐν οἷς, ὡς εἰκὸς, συμβαίνει [48] σπάνιν ἀνδρῶν εἰς μαρτυρίαν ἀξίων εἰσιέναι, καὶ μέχρι τριῶν φθάνοντα τὸ εὐαπόδεκτον ἔχειν, καὶ εἶναι ἀθετήσεως κρεῖττω τὴν μαρτυρίαν.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΜΔ' [49].

Παρὰ τίνων ἐπισφραγίζεσθαι δεῖ τὰς διαθήκας.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Καὶ πάντα μὲν ἄλλα ὅσα γραφῇ πραγματεύονται ἄνθρωποι, ἀναγκαίως ἐπιζητεῖ τὴν ἀκριβῆ τῆς μαρτυρίας παράστασιν, μάλιστα δὲ ἐκεῖνα, ὅσα τῆς ἀνθρωπίνης πλάσεως εἰς διάλυσιν ὁρώσης καὶ τῆς ἐκ τοῦ σαρκίου παριστα μένης ἐκδημίας γράμμασιν ἐκτιθέντες, τούτοις τοὺς ἑαυτῶν λογισμοὺς ἀναχωροῦντες τῶν ἀνθρωπίνων καταπιστεύουσιν. Ἃ μὲν γὰρ ἔτι περιόντων ἐν βίῳ ἐγράφη, κἂν ᾖ [50] ἐσφραγισμένα, τούτων φωρᾶται τὰ σφάλματα ἐκ τῆς τῶν λόγων συνεξετάσεως αὐτοῦ τε τοῦ γράψαντος καὶ τῶν, περὶ ὧν τὴν γραφὴν ἐποιήσατο [51]· ἃ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ἀπιόντων διατυποῦται, ταῦτα οὐκ ἂν ᾖ φαύλως ἔχοντα καταμαθεῖν, εἰ μὴ παρῇ ἡ ἐκ τῶν μαρτύρων ἀσφαλὴς ψῆφος. Ἀλλὰ γὰρ ἄριστον [52] καὶ τοῦτο τὸ μέρος τῷ νομοθέτῃ διατέτακται, ἐν οἷς βουλόμενος μὴ εἰς ἀνάγκην ὅρκων [53] πολλάκις καθίστασθαι τοὺς μαρτυροῦντας ταῖς διαθήκαις, τὸ βέβαιον αὐτὰς κελεύει σφραγῖδι πορίζεσθαι τοῦ λαχόντος τὴν τῶν κήνσων ἐπιστασίαν, ὃς νῦν τὴν τοῦ γενικοῦ προσηγορίαν ἀποφέρεται. Καὶ γὰρ τὸ [54] μὴ ὥσπερ ὁμαλὴν καὶ ἕτοιμον ἐν τοῖς ὅρκοις παρέχειν τὴν εἴσοδον, ἀλλ' ἐπισήμῳ σφραγῖδι ταῖς [55] διαθήκαις

VARIÆ LECTIONES.

[46] Ita Zuich. et Meerm. Scrimg. καὶ. [47] Steph. vult ἐν μόναις. [48] Inc. Ecloga. [49] Ecl. et Blast. συμβαίνειν. [50] Laudatur apud Harm. lib. v, tit. 1, pag. 355. [51] Malim κἂν μὴ ᾖ. [52] Spang. ex Zuich. et Meerm. ἐποιήσαντο præfert. [53] Steph. et Agyl. ἄριστα. [54] Zuich. et Meerm. ὅρκου. [55] Codd. τὴν. [55] Scrimg. διτταῖς.

NOTÆ.

(9) D. vers. Si vero.

(10) Abrogatur d. vers. Si vero.

(11) Novell. 41, s. 5, Harmen. 1, § 11.

(12) Hujus constitutionis meminit Harm. 5, tit. 1, § 12; ait enim Novella Leonis constitutum ut testamenta a magistratu non signata valeant, etsi testium subscriptionem non habeant. Puto tamen locum illum Harmenopuli pertinere ad Novellam 42, s. eod.

(13) Olim a magistro census, l. 23, Cod. De test. hodie a quæstore : et ita pars. d. l. 23, abrogatur.

(14) Nov. 44, c. 1, § 4, ; 17, § 2, Cod. De sacr. eccl. l. 23, C. De test.

(15) Ὃς νῦν τοῦ γενικοῦ προσηγορίαν ἀποφέρεται.

δόντα τὸ βέβαιον τὴν τῶν ὅρκων ἐπίσχεσιν προνοηθῆναι ποιήσασθαι, εὐβουλότατόν τε καὶ ἄριστον. Ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν πρόσθεν· ἡ δὲ συνήθεια μετὰ ταῦτα ἐπὶ τοῖς μάρτυσι τὴν σφραγῖδα τῇ διαθήκῃ προσμαρτυρεῖν μετήγαγεν ἐκείνου, ὃς δὴ πρὸς τὸ τοῦ κοιαίστωρος ἀναβεβηκὼς ὁρᾶται ἀξίωμα. Οὕτω μὲν καὶ τοιαύτη τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀρίστη ἀσφάλεια ἔδοξεν.

A dentissimi consilii, et præstantissima est. Atque hoc quidem obtinuit olim. Postmodum autem consuetudo id mutavit, ut supra testes ejus qui ad quæstoris dignitatem pervenisset, sigillum testamento testimonium ferret. Et quidem illa etiam confirmatio majoribus nostris optima visa est.

Οἷς ἑπόμενοι καὶ ἡμεῖς, ἵνα μᾶλλον ἀμείνων ᾖ, κελεύομεν τῇ μὲν σφραγῖδι τοῦ ἐπὶ τῶν κήνσων καθεστηκότος ἀνδρὸς, ὅτι μηδὲ μέτεστιν αὐτῷ νῦν τῆς τῶν νόμων ἐπιμελείας καὶ διοικήσεως, μηδέν τι πρὸς τὴν ἐπισήμανσιν τῶν διαθηκῶν μετεῖναι (ὥσπερ οὐδὲ ἐπισημαίνονταί γε ταύτῃ) [86], τὴν δὲ νῦν ἀντ' ἐκείνης ἐπισημαινομένην αὐτῇ [87] τοῦ κοιαίστωρος σφραγῖδα μηδὲ ταύτην μόνον ἐπισφραγίζειν τὰ διατετυπωμένα, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεγαλοπρεπεστάτους ἡμῶν μαγίστρους καὶ πατρικίους καὶ τὸν τῆς πόλεως ἔπαρχον καὶ τοὺς ἄλλους, οἱ ἐπὶ τῶν κρίσεων καθεστήκασι, τοῖς ἑαυτῶν σφραγίσμασι τὰς διατυπώσεις τῇ ἀξιοπιστίᾳ σεμνύνειν. Ἀλλ' ἐν μὲν τῇ προκαθημένῃ τῶν πόλεων οὗτοι, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις χώραις καὶ πόλεσιν οἵ τε στρατηγοὶ καὶ οἱ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν κριταὶ τοῦτο ἵστωσαν καὶ ποιείτωσαν.

Quos et nos sequentes, quo illa vallidior sit, jubemus, ut (16) *sigillo* magistri census(quod nunc ad illum neque legum cura, neque administratio pertineat) nihil prorsus in obsignatione testamentorum juris nec commercii sit (quemadmodum neque nunc id illa obsignat), sed pro (18) illo quæstoris sigillum obsignet. Neque vero hoc solum testamenta obsignet : verumetiam magnificentissimi nostri magistri et patricii, præfecti urbis etiam, aliique qui judiciis præsunt, sigillis suis illa fidei commendent. Verum hi in urbe : in aliis autem locis et civitatibus præfecti, et in quaque provincia præsides hoc sciunto et faciunto.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΜΕ' [88].

Περὶ τοῦ πάντα δικαστὴν ἔγγραφον ἀπολύειν τὴν ψῆφον καὶ τῇ οἰκείᾳ χειρὶ διασεσημασμένην.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Τῆς ἀσφαλείας τῶν ἤδη φθασάντων κεκρίσθαι πραγμάτων καὶ ὥστε μή τινα ὑποψίαν καὶ ἀμφισβήτησιν ταῖς κρίσεσι παρακολουθεῖν προμηθουμένοις ἡμῖν, καὶ τοῦτο παρέστηκε διορίσασθαι, τὸ ἕκαστον, οἳ κρίνειν καὶ διαλύειν δίκας ἔλαχον, περὶ ὧν ἂν ἐξενέγκοι κρίσιν, ἔγγραφον ἀπολύειν τὴν ψῆφον οἰκείᾳ αὐτοῦ διασημανθεῖσαν χειρὶ, ὥστε μήτε ἐκεῖνον ἔξαρνόν ποτε τοιαύτης καταλαμβανούσης περιπετείας δύνασθαι γεγονέναι, μήθ' ἑτέρῳ τινὶ ἐξεῖναι ὑποβολιμαίαν καὶ νόθον διαπλασάμενον κρίσεως γραφὴν εἴς τινα τῶν κρινόντων ἀναφέρειν αὐτήν.

Πᾶς τοίνυν δικαστικῷ τετιμημένος ἀξιώματι οὕτως ἐκ τοῦ παρόντος ποιείτω καιροῦ, ἔγγραφα [89] ἀπολύων ἃ ἐδίκασε καὶ διασεσημασμένα ὑπὸ τῆς οἰκείας χειρός.

CONSTITUTIO XLV.

Ut sententiam judices in litteras referant, suaque (18) manu obsignent.

Idem imperator eidem Styliano.

Dum ut res judicatæ firmæ maneant, et ne qua suspicio atque controversia sententias insequatur, curam gerimus, hoc se nobis constituendum obtulit, ut quibuscunque dijudicare ac dirimere lites obtigisset, de quibus rebus judicium pronuntiaturi essent, de iis sententiam de scripto ferrent, eamque manibus suis (19) obsignarent : ut ne si temere judicatum esse postmodum deprehendatur, negare illi suam sententiam possint : neque alii quidpiam supposititia adulterinaque sententiæ scriptura efficta, illam in judicum aliquem referre liceat.

Quicunque igitur judicum dignitate honoratus, dehinc ita facito : ac quibus de rebus judicavit, decretum scriptum, suaque manu obsignatum edito.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΜΣ'.

Περὶ τοῦ ἐκβάλλεσθαι νόμους τινὰς, τοῖς μὲν βαρείας ἐπιτρέποντας λειτουργίας, βουλευτηρίοις δὲ προνόμιον ἀρχῶν τινων προβολῆς καὶ διοικήσεως αὐτεξουσίου τῶν πόλεων παρέχοντας.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

CONSTITUTIO XLVI.

Abrogatio (20) *quarumdam de curiis et decurionibus* (21) *latarum legum.*

Idem imperator eidem Styliano.

VARIÆ LECTIONES.

[86] Scrimg. ταύτην. [87] Scrimg, ἐπισημαινομένης αὐτός. Et αὐτὸς quidem etiam Zuich. et Meerm. habent. Osenbruggen vel αὐτοῦ vel αὐτὰς legendum censuit. [88] Hæc Novella integra habetur in Paris. gr. 1385 A. Cum rubrica : περὶ τοῦ ἕκαστον δικάζειν λαχόντα τῶν παρ' αὐτοῦ κεκριμμένων ἔγγραφον ἀπολύειν τὴν ψῆφον οἰκείᾳ χειρὶ ὑπομαινομένην. [89] Codd. ἄγραφα : Zuich. et Meerm. notant : καὶ αὕτη κρατεῖ καὶ πράττεται.

NOTÆ.

(16) Harm. d. l.

(17) Apud magistrum census insinuari testamenta moris erat d. l. 23, hodie a quæstore et aliis magistratibus hic enumeratis.

(18) Poterant olim manu aliena, l. ult. C. De sententia ex periculo recitandis : cui hoc additur a Leone.

(19) Et ita supplet d. l. ult.

(20) Hac Nov. tolluntur ordines decurionum, ideoque hic titulus non est in Basilicis. Vid. Cujac. ad tit. C. De decur.

(21) L. D. 2, 10, Cod. 31, Nov. 38.

Quemadmodum ut quæcunque aliæ res in communis vitæ usum assumantur, ipsarum commoditas facit, et quæ utilitatem aliquam afferunt magnifacimus: quæ vero ad nihil conducunt, contemnimus: sic omnino et ad legalium capitum compositionem nos accommodari oportebit, ut quarum usus aliquis sit, qui bono quopiam rempublicam beet, hæ necessario et ferantur et honorentur: quarum vero usurpatio aut nullius momenti, aut mala sit, harum non modo non ratio habeatur, sed etiam e legum corpore exemptæ rejiciantur.

Hæc idcirco dicimus, quod inter veteres de decurionibus et curiis latas leges quadam gravia intolerabiliaque decurionibus quæpiam munera adjunxerint: curiis autem privilegium, ut quosdam magistratus constituerint, suaque auctoritate civitates gubernarent, præbuerint. Quæ nunc, eo quod res civiles in alienum statum transformatæ sint, omniaque ab una imperatoriæ majestatis sollicitudine atque administratione pendeant, tanquam incassum circa legale solum oberrent, nostro decreto illinc submoventur.

CONSTITUTIO XLVII.

Abrogatio (22) *legis quæ senatui prætores decurionibus vero præfectos constituere concedebat.*

Idem imperator eidem Styliano.

Quod alius olim reipublicæ status esset, rerum ordo similiter alius erat. Cum enim cuncta in principis deliberationem non caderent, sed nonnulla essent, de quibus dispicere, et jubere senatus officium esset, ea ab illo etiam proferebantur. Prætores itaque tres (23) numero in urbe rebus administrandis ab eo præficiebantur, isque actus sanctione legis procedebat. Neque vero id in urbe solum, sed in aliis etiam civitatibus a decurionibus (24) ut vocabantur, præfecti quidam (non tamen quales hodie militaris præfectura novit, sed excellentiores quidam, quique aliam curam demandatam haberent) præficiebantur.

Cum igitur aliter sese tunc res haberent, communis usus illam legem requirebat. Nunc autem cum omnia a principali cura pendeant, Deoque opitulante ipsius providentia discutiantur et dijudicentur: ac vero illa lex nullum de se usum præbeat, cum aliis quæ de republica ejectæ sunt, hanc etiam ejiciendam esse statuimus. Quemadmodum enim legibus nondum enatis nascendi causam re-

Ὥσπερ τῶν [60] ἄλλων ἁπάντων τῶν κατὰ τὸν βίον πραγμάτων ἑκάστου τὴν μεταχείρισιν ἡ χρεία παρέχεται, καὶ ἃ μὲν φέρει τινὰ εὐχρηστίαν, ταῦτα ἐν λόγῳ ποιούμεθα, ἃ δὲ μηδὲν συντελεῖ, ἐν τῷ μηδενὶ τιθέμεθα, οὕτω πάντως καὶ πρὸς τὴν σύνταξιν τῶν νομίμων κεφαλαίων δεήσει ἁρμόζεσθαι· ὧν μὲν οὖν ἔστι τις χρῆσις δεξιόν τι φέρουσα τῇ πολιτείᾳ, τούτων ἀναγκαίως καὶ κειμένων καὶ τιμωμένων, ὧν δὲ ἡ οὐδαμῶς ἡ φαύλη ἡ μεταχείρισις, τούτων οὐ μόνον ἀξιουμένων λόγου τινός, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν νόμων θέσεως διακρινομένων τε καὶ ἀποβλήτων γινομένων.

Ταῦτά φαμεν, ἐπεὶ τοῖς πάλαι νόμοις τινὲς ἐκτεθειμένοι [61] περί τε βουλευτῶν καὶ βουλευτηρίων τοῖς μὲν βαρείας τινὰς καὶ δυσυποίστους ἐπέτρεπον λειτουργίας, προνόμιον δὲ τοῖς βουλευτηρίοις παρεῖχον ἀρχῶν τινων προβολῆς καὶ διοικήσεως αὐτεξουσίου τῶν πόλεων. Οἱ νῦν, ὅτι πρὸς ἑτέραν κατάστασιν τὰ πολιτικὰ μεταπεποίηται πράγματα καὶ πρὸς μόνην τὴν βασίλειον πρόνοιάν τε καὶ διοίκησιν ἀνήρτηται πάντα, ὡς μάτην περιπλανώμενοι τῷ νομίμῳ ἐδάφει ἐκεῖθεν τῷ ἡμετέρῳ ὑπεξάγονται δόγματι[62].

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΜΖ'.

Περὶ τῆς ἐκλογῆς τοῦ διδόντος νόμου τοῖς βουλευταῖς στρατηγῶν καὶ ἄλλων τινῶν ἀρχῶν προβολήν.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Πάλαι μὲν ἄλλην ἐχούσης τῆς πολιτείας κατάστασιν ἄλλως καὶ τῶν πραγμάτων ἡ τάξις ἐτάττετο. Μὴ γὰρ πάντων ὑπὸ τῆς βασιλικῆς διασκοπουμένων προνοίας, ἀλλ' ὄντων τινῶν, ἃ τῆς συγκλήτου ἔργον ἦν διασκέψασθαι καὶ χειροτονεῖσθαι, ὑπ' ἐκείνης καὶ τὴν προβολὴν ἐλάμβανον[63]. Πραίτωρες γοῦν ἐν τῇ προκαθημένῃ τῶν πόλεων τρεῖς ὑπὸ ταύτης εἰς τὴν τῶν πραγμάτων διοίκησιν καθίσταντο, καὶ ἡ τάξις αὕτη νόμου προῆει θεσπίσματι. Ἀλλὰ γὰρ οὐ μόνον ἐν τῇ φερούσῃ πόλει τὸ κράτος, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ὑπὸ τῶν οὕτω καλουμένων βουλευτῶν στρατηγοί τινες (οὐχ οἵους ἡ νῦν οἶδε στρατηγικὴ ἀρχή), καὶ τιμιώτεροι δέ τινες καὶ ἄλλην ἐγκεχειρισμένοι φροντίδα [64] προβέβληντο.

Τότε μὲν οὖν ἄλλως τῶν πραγμάτων διακειμένων ἡ χρεία τὸν νόμον ἐζήτει· νῦν δὲ τῆς βασιλικῆς φροντίδος πάντων ἐξηρτημένων καὶ σὺν Θεῷ τῇ ταύτης προνοίᾳ καὶ σκοπουμένων καὶ διαιτωμένων, καὶ χρείαν οὐδεμίαν ἐκείνου τοῦ νόμου παρεχομένου, μετὰ τῶν ἄλλων, οἳ τῆς πολιτείας ἐκβέβληνται, καὶ τοῦτον συνεκβεβλῆσθαι ὁρίζομεν. Ὥσπερ γὰρ οὐκ οὔσι τοῖς νόμοις ἡ τῶν πραγμάτων χρεία παρέχει προελ-

VARIÆ LECTIONES.

[60] In Zuich. et Meerm. notatum est : αὕτη ἀνήρηται τὸ γ' διγ. τοῦ β' τὸ κς τί. θε. τοῦ νβ' τῶν διγ. καὶ διάτ. ζ', ιβ', ιδ', ιθ', κγ' (κη'), κ0', λς', τοῦ λβ' τί. καὶ διάτ. α', τοῦ νε' λε' πθ' ρα'. οὐκ ἐδέχθη[σαν] διὰ τούτων [τοῦτο?] οὐδ' ἐν τοῖς βασιλικοῖς, Scrimg. omitit τῶν. [61] Codd. ἐκτεθειμένοις. [62] Codd. ὑπεξάγοντι δόγματα. [63] Steph. excedisse aliquid suspicatur, veluti ἀρχαί τινες ἐλάμβανον. Melius forte ὄντων τινῶν, φῦς τῆς συγκλ. κτλ. [64] Zuich. et Meerm. φορτίδα.

NOTÆ.

(22) Abrogatur l. 2, C. De off. prætor.

(23) D. l. 2.

(24) Nam quod Constantinopoli atque Romæ senatores, hoc decuriones in municipiis fuere.

θεῖν τὴν ἀρχὴν, οὕτως οὐ πρὸς τὸ χρήσιμον τοῖς πράγμασι δόγματος κειμένου, ἀκόλουθον ἐξαλείφειν αὐτό.

rum usus præstat : sic quando lex rerum utilitati non subservit, eam abolendam esse sequitur.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΜΗ'.

Περὶ τοῦ μὴ ἔρχεσθαι γυναῖκας ἐπὶ τὰ τῶν συμφώνων μαρτύρια.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Οὐκ οἶδ' ὅπως μὴ σκεψάμενοι γνώμην ἀκριβῆ [68] ταῖς γυναιξὶν ἔδοσαν ἄδειαν εἰς τὸ μαρτυρεῖν προϊέναι οἱ παλαιοὶ· οὐδὲ τὸ πρόχειρον εἰς ἐνθύμησιν ἐνθυμηθέντες, ὅτι γυναικὶ ἀκοσμίαν φέρει ἡ ἀφειδὴς πρὸς τὰς ἀῤῥένων ὄψεις ἀπάντησις, σώφρονας δὲ καὶ κοσμίους ἡ ἐκεῖθεν καθίστησιν ἀποφυγή. Πῶς οὖν ἐπέτρεψαν εἰς μαρτυρίαν παραλαμβάνεσθαι, ἐξ ἧς συμβαίνει πολλάκις ἐν δήμοις πολυανθρώποις αὐτὰς ἀναστρέφεσθαι καὶ χρῆσθαι τῇ γλώσσῃ ἀνευλαβέστερον ἢ κατὰ γυναικὸς λαλιάν, τοῦτο ὥσπερ εἶπον ἐπῆλθέ μοι ἀπορεῖν. Τί γὰρ ἡ γυναικῶν μαρτυρία τούτοις ἐνομίσθη προϊέναι εἰς πράγματα, αἷς [69] ὁμοίως τοῖς ἀνδράσι μαρτυρεῖν συγκεχωρήκασι, καθάπερ τὰς Σκυθικὰς γυναῖκας ἀκούομεν ὁμοῦ τοῖς γαμέταις συνεξοπλίζεσθαι, καὶ τοῦτο δὴ πῶς οὐχὶ μετὰ τοῦ ἀδόξου καὶ πολλὴν σύγχυσιν καὶ ἀνατροπὴν ἔχει τῶν ὁρίων [67] τῆς φύσεως, οἷς τὸ τῶν θηλειῶν καὶ ἀῤῥένων γένος διεστείλατο; πῶς δ' οὐ προδίδωσι τὴν γυναιξὶν ὀφειλομένην αἰδώ τε καὶ κοσμιότητα; ὧν καὶ τὴν οἴκοι ἐντυχίαν δεῖ τετηρημένην εἶναι, καὶ μὴ παντελῶς ἀφειμένην καὶ ἄνετον. Ἡ γὰρ εἰς τὴν μαρτυρίαν εἴσοδος ἀνοίγουσα χώραν τῇ μὴ [68] προσηκούσῃ γυναιξὶ παῤῥησίᾳ, δι' ὧν ἐν πολυανθρώποις δήμοις ἐγκαταμίγνυνται καὶ τοῖς τῶν ἀνδρῶν ἐνστρέφονται πράγμασι, τὴν κειμένην ἐν τῇ γυναικείᾳ φύσει ὑποστολήν τε καὶ αἰδὼ ὑφαιρεῖται, καὶ προκόπτειν αὐτὰς ἐπασκεῖ πρὸς ἀναίδειαν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὕβριν τρόπον τινὰ τοῖς ἀνδράσι φέρει τὸ γινόμενον· τί γὰρ ἂν ἕτερον τοῦτο ἢ ὕβρις (καὶ ὕβρις ἡ βαρυτάτη) ἔσται, εἰς ἐκεῖνα τὰ πράγματα ὧν κυριωτάτη ἀνδράσιν ἡ μεταχείρισις τὸ παριέναι τὸ θῆλυ γένος;

Διὸ μᾶλλον τῇ συνηθείᾳ, ἣ [69] τὸ πταῖσμα τοῦ νόμου διορθουμένη ἀπέκλεισεν αὐταῖς τὴν ἐπὶ τὸ μαρ-

CONSTITUTIO XLVIII.

Ne mulieres in contractibus (26) testimonium præbeant.

Idem imperator eidem Styliano.

Haud scio quomodo, re non exactiore judicio disquisita mulieribus ad dicendum testimonium procedendi facultatem dederint veteres (27). Illud saltem vulgo notum, volutandum animo fuerat, crebrum nempe in virorum oculos occursum mulieri dehonestamento esse : pudicam vero et honestam ejusdem rei fugam efficere. Qua ratione igitur illas ad testimonium assumi permiserint (unde fit persæpe, ut in magnis hominum turbis conversentur, irreverentiusque quam mulierum sermo ferat, lingua utantur), hoc, quemadmodum dixi, mihi dubitare subiit. Quorsum enim hisce visum est, ut in negotia publica mulierum prodiret testimonium, quibus juxta atque viris testari permiserunt, quemadmodum Scythicas mulieres cum maritis ad bella coarmari audimus ? Et sane quomodo præter absurditatem ingentem, hoc naturæ etiam finium, quibus virilis muliebrisque sexus disterminati sunt, tum confusionem, tum eversionem non continet ? Quomodo item mulieribus quas etiam domi observantes, nequaquam autem dissolute ac indulgenter, conveniri oportet, debitam non produnt et verecundiam et honestatem? Si quidem ad ferendum testimonium progressio, cum eo (quod multorum illæ hominum commiscentur conventibus, negotiisque implicantur virilibus) ad liberius loquendum quam mulieribus decorum sit, fenestram aperiat : muliebris sexus submissos morem pudoremque adimit atque ipsas ad inverecundiam et procacitatem exercet. Jam vero res illam contumeliam aliquo modo etiam viris affert. Quid enim hoc aliud nisi contumelia, et ea quidem gravissima erit, si quarum rerum tractatio virorum maxime propria est, ad illas sexus etiam femineus procederet ?

Quapropter non minus consuetudinem, quam legis erratum majestas nostra corrigens, *illis* ad testan-

VARIÆ LECTIONES.

[68] Zuich. et Meerm. γνώμῃ ἀκριτεῖ. [69] Forte οἷς, ut ad πραγματα referatur. [67] Zuich. et Meerm, ὀρέων. [68] Codd. Negationem omittunt, Steph. supplevit. [69] Codd. τὴν συνήθειαν ἣ.

NOTÆ.

(25-26) Testis in contractu mulier esse prohibetur hac Nov. Gell. 6, cap. 7, scribit, nulli feminæ dicendi testimonii jus fuisse, et Constantinus l. 1, C. Theod. De rapt. virg. mulieres removet a postulationibus et testimoniis, omnibusque rebus judiciariis: ut et antiquitus penitus removebantur. Harmenop. 1, tit. 6, refert mulieres admitti in testimonium, ἔνθα ἡ τῶν ἀνδρῶν βία ἀπείργεται, et post capite περὶ κεκωλυμένων, mulieres ait in testamentis non admitti, ut et in aliis negotiis : iis exceptis, ἐν οἷς ἄνδρες οὐ προσκαλοῦνται, in quibus non advocantur vel adhibentur masculi. Idem paulo post negat mulierem admitti ἐν ταῖς συστατικαῖς μαρτυρίαις, admitti vero ait ἐν ταῖς ἀποδεικτικαῖς, appellat autem συστατικὰς, διαθήκην, κοδίκελλον, δωρεὰν αἰτίᾳ θανάτου ἀποδοικτικὰς δὲ τὰς λοιπὰς, id est, judicialia, vid. l. 18, ff. De testam. lege 20, § 6, ff. Qui testam. His adde quæ scripsi 2. Feud. 31, in fin., ubi feminæ removentur a testimonio investituræ, quamvis feudum habeant ab eodem domino.

(27) D. l. 18, d. § 6.

dum præcludit aditum, ac proposita sententia sua decernit, legesque prohibet, ne quo modo mulieres ad contractuum testimonia accedant. In rebus autem peculiariter ad ipsas pertinentibus, quibus interesse viris fas non est (de partu (28-32) loquor, et si cui rei (33) alii sola mulier adhibetur) sua peculiaria virisque occulta testantor.

CONSTITUTIO XLIX.

Ne servi ad dicendum testimonium admittantur (34).

Idem imperator eidem Styliano.

Testimonium cum magni momenti, necessariaque ad tuenda communis vitæ negotia res sit, non a quibuslibet (35), sed ab iis qui extra ignominiam vivunt, ferri æquum est. Recte ergo exquisita ratione de hoc disceptant leges, et non simpliciter ad dicendum testimonium cuique aditum præbent. Verumtamen, quia nonnullæ leges servilis conditionis hominibus in quibusdam (35), rebus testari concesserunt : visum nobis est, hoc nota inducendum esse, ut quæ liberæ vitæ participes non sunt, in universum ad testandum non admittantur, lexque Novellarum (36) constitutionum obtineat, et de quocunque simpliciter testimonio statuat, idque in quacunque re, sive testamenta, sive aliam humanæ vitæ actionem testimonium complectatur. Si enim illis qui cum liberæ vitæ sint, vitam ingenue, eaque libertate quam nacti sunt digni non degunt, neque quantum fieri potest animi magnitudinem a servitute liberam conservant, sed in illicitarum actionum servitutem subiguntur, testimonium dicere non licet : neque his quorum vitam non esse liberam constat, ferre testimonium concedetur. Nam tametsi alius hic servitutis modus sit, attamen ea servitus est, quam libertatis dignitate participem esse indignum sit.

CONSTITUTIO L.

Ut (37) *donationes quæ in Novellas relatæ non sunt ad quingentos usque aureos valeant.*

Idem imperator eidem Styliano.

Quandoquidem multi alias gratias relaturi, alias benigno duntaxat proposito moti, dona in nonnullos conferunt : et de hoc capite distincte tradendum esse visum est, quales donationes non everti,

τυρεῖν εἴσοδον, καὶ ἡ βασιλεία ἡμῶν προστιθεμένη. ψῆφον οἰκείαν ποιεῖται τὸ ταύτης δόγμα, καὶ ἀπαγορεύει νόμῳ ὅλως γυναῖκας ἐπὶ τὰ τῶν συμφώνων μαρτύρια ἔρχεσθαι. Ἐν πράγμασι δὲ γυναιξὶν ἰδιάζουσιν, οὗ μὴ θεμιτὸν ἐντυγχάνειν ἀνδράσιν (φημὶ δὴ ἐπί τε ὠδίνων, καὶ εἴ τι ἕτερον ὁ μόνη θῆλυς ὄψις ὁρᾷ), τὰ οἰκεῖα καὶ ἀῤῥένων ὀφθαλμοῖς ἀθέατα μαρτυρεῖτωσαν.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ Μϑ'.

Περὶ τοῦ ἀπροσδέκτους εἰς τὸ μαρτυρεῖν καθίστασθαι ὅσοις ὁ βίος ἐλεύθερος οὐ γνωρίζεται.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ[1].

Ἡ μαρτυρία μέγα τι καὶ ἀναγκαῖον ὂν εἰς τὴν τῶν πραγμάτων τοῦ βίου ἀσφάλειαν, οὐκ ἐκ τῶν ἐπιτυχόντων προσώπων ἀλλ' ὧν οὐκ ἄτιμος ἡ πολιτεία δικαία ἐστὶ συνίστασθαι. Καλῶς οὖν ἀκριβολογεῖται περὶ τούτου τοῖς νόμοις, καὶ οὐχ ἁπλῶς παντὶ διδόασι πάροδον πρὸς τὴν εἴσοδον τῆς μαρτυρίας. Πλὴν ἀλλ' ἐπείπερ τοῖς ὑπὸ δουλικὴν τελοῦσι τύχην ἔνιοι τῶν νόμων ἔδοσαν εἰς μαρτυρίαν ἔν τισι τῶν πραγμάτων εἰσιέναι, ὀρθῶς ἡμῖν ἔχον ἐφάνη καὶ τὰ περὶ τούτου παρατημήνασθαι. Ὥστε καθόλου τοὺς μὴ μετασχόντας πολιτείας ἐλευθέρου εἰς τὸ μαρτυρεῖν ἀπροσδέκτους καθίστασθαι, καὶ τὸν [2] ἐν τῇ νεαρᾷ νομοθεσίᾳ [3] κρατεῖν καὶ περὶ πάσης ἁπλῶς μαρτυρίας ὁρίζειν καὶ ἐν παντὶ πράγματι, ἄν τε διαθῆκαι ὦσιν, ἄν τε τις ἑτέρα τοῦ βίου πραγματεία παραλαμβανομένη [4]. Εἰ γὰρ οὐκ ἔξεστι μαρτυρεῖν ἐκείνοις, ὅσοι καίτοι πολιτείας ἐλευθέρου ὄντες μὴ τὸν βίον ἐλευθερίως καὶ ἀξίως ἧς ἔλαχον ἐλευθερίας διαζῶσιν, οὐδ' ἐφ' ὅσον δυνατὸν ἀδούλωτον τοῦ νοῦ συντηροῦσι τὸ ἀξίωμα, ἀλλὰ πρὸς δουλείαν ὧν οὐ δεῖ πράξεων ὑπάγονται, οὐδὲ τούτοις παρασχεθήσεται μαρτυρεῖν, ὅσοις ὁ βίος ἐλεύθερος οὐ γνωρίζεται. Εἰ γὰρ καὶ ἕτερος ἐνταῦθα τρόπος δουλείας, ἀλλ' ὅμως δουλεία, ἣν μετέχειν οὐκ ἄξιον τοῦ τῆς ἐλευθερίας ἀξιώματος.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ Ν'.

Περὶ τοῦ τὰς δωρεὰς τὰς μέχρι φ' νομισμάτων οὐσας ἐγγράφως γίνεσθαι.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ἐπειδὴ πολλοί ἐστιν ὅτε μὲν χάριτας ἀμειβόμενοι, ὁτὲ δὲ μόνῃ χρηστῇ προαιρέσει κινούμενοι, δωρεαῖς ἐνίους δεξιοῦνται, καὶ περὶ τούτου τοῦ μέρους διαστείλασθαι ἔδοξεν, οἵας τε χρὴ ἀνατρέπτους[5], καὶ

VARIÆ LECTIONES.

[1] Nov. Justiniani 90, c. 6. [2] Scrimg. ἄν τε τὴν ἑτέραν τοῦ βίου πρργματείαν παραλαμβανομένην. [3] Ecl. No. 29. Laudatur apud Harmenop. lib. II, tit. I, p. 206. [4] Malim ἀτρέπτους.

NOTÆ.

(28-32) Vid. til. De ventre inspiciendo.

(33) Puta balneo muliebri, 1, Harmenop. 13, admittitur etiam in quæstionibus majestatis, l. 8, ff. ad l. Juliam majestatis, et in domesticis factis l. 8, § 6, C. De repud.

(34) Testis esse ullo modo non potest, qui servus est ; Nov. Just. 98, c. 6, et ita abrogatur, l. 7, ff. De test.

(35) In iis scil. in quibus alia probatio ad eruendam veritatem non est, l. 7, ff. De testib.

(36) Nov. sc. Just. 90, c. 6.

(37) Titulus aliter a Græcis accipitur his verbis, περὶ τοῦ τὰς δωρεὰς τὰς μέχρι φ'. νομισμάτων οὔσας ἐγγράφως γίνεσθαι. Scrimg. Mihi sic videtur hac Nov. non requiri insinuationem in donatione 500 aureos excedente (ut ita abrogetur l. 24, l. 36, in fin. C. De don. § 2, Inst. De don.) etiamsi in ea requiratur scriptura : si tamen testibus probari possit, 3, Harm. 1, in fin. ubi hujus constitutionis meminit, quam et pro 29, laudat.

οἷας ἀκύρους εἶναι. Οἱ μὲν οὖν παλαιοὶ περὶ τούτου διασκοποῦντες γνώμην ἐξέφηναν, ἐκείνην τὴν δωρεὰν ἐκπίπτειν τοῦ βεβαίου[78], ἣ χρυσίων πεντακοσίων ὑπερτείνει τιμῆς, εἰ μὴ πρᾶξις δημόσιος ἐμφανὲς τὸ δῶρον ποιήσει, κἂν ἰδιαζούσῃ καὶ μυστικωτέρᾳ γραφῇ τοῦ δωρησαμένου ὁ λαβὼν ἀποφέρεται τῆς προαιρέσεως τὴν ἀσφάλειαν· οὐκ οἶδα τί βουλόμενοι ταύτῃ τῇ περιττῇ ἀκριβολογήσει. Ἐγγράφως γὰρ πεπραγματευμένης τῆς δωρεᾶς καὶ μαρτυρίας οὐ δεχομένης παραίτησιν[76] ταύτῃ συναπτομένης, τί πλέον ἀκριβολογεῖσθαι ἔδει;

Ἡμῖν[77] τοίνυν τὴν περίεργον[74] ταύτην ἀκριβολογίαν (ἣν οὐδὲ τηρηθεῖσαν[79] ἐπὶ δωρεαῖς ὅλως ἴσμεν) δοκεῖ καὶ θεσπίσματι καταπαύσασιν ἐκεῖνο ἐκθεῖναι, ἵνα δωρεὰ ἡ χρυσίων ὑπερέχουσα πεντακοσίων ἔγγραφος μὲν οὖσα ἀναθέτητος διαμένῃ, ἐγγράφου δὲ συστάσεως ἐρήμη γνωριζομένη ἀβέβαιος ᾖ κατὰ τὸ ὑπερβαῖνον μέτρον τῶν πεντακοσίων νομισμάτων, κἂν ὑπὸ μάρτυσιν ὁ τῆς δωρεᾶς ἀντιποιούμενος ταυτης ἀντιποιῆται. Καὶ γὰρ ἡ μέχρι τῶν πεντακοσίων τιμωμένη, εἰ καὶ ἄγραφος εἴη, τρισὶ μάρτυσι κυρουμένη φέρει τὸ βέβαιον· καὶ δέον τούτῳ τῷ τύπῳ ἐξεταζομένας ἰσχύειν ἢ ἀκυροῦσθαι τὰς δωρεάς.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΝΑ'.

Περὶ τοῦ εὑρεθέντος θησαυροῦ, μετὰ τίνος δεῖ τὸν εὑρόντα μερίζεσθαι αὐτόν.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ἦν μὲν ἀγαθὸν καὶ σωτήριον τοῖς θείοις ἡμᾶς καὶ σωτηρίοις πείθεσθαι νόμοις· οὕτω γὰρ πολιτευόμενοι ἥκιστα νόμων ἀνθρωπίνων προσεδεήθημεν, καὶ τῷ ἐκεῖθεν φωτὶ ἀσφαλῶς ὁδηγούμενοι οὐκ ἂν τῆς ἐκ νόμων βοηθείας ἀνθρωπίνης εἰς χρείαν[80]

qualesque contra irritas esse oporteat. Atque veteres quidem hac de re tractantes pronuntiarunt, illam donationem concidere, ne firma sit quæ quingentorum aureorum summam exsuperat, nisi in acta publica relata sit : quanquam etiam donatarius donationis certam probationem propria donatoris manu privatim scriptam abstulerit. Ac nescio quid sibi illi superflua hac subtilitate velint. Quando enim donatio scripto comprehensa, eique justum testimonium adhibitum esset, quorsum amplius accurate finire oportebat.

Nobis itaque exacta hac definitione, quam neque de donationibus dictam (38) esse omnino scimus, per sanctionem consopita, illud proponere visum est, *ut* (39) *si* donatio quæ quingentos aureos excedit, in litteras relata sit, rata permaneat : quæ vero scripto comprehensa non est, pro eo modo qui quingentos aureos excedit, irrita sit : tametsi donatarius præsentibus testibus rem donatam adeptus sit. Etenim donatio, cujus æstimatio quingentos aureos non superat, etsi conscripta non sit, dummodo tribus testibus confirmetur, rata judicatur. Ad hanc ergo formam examinatæ donationes, aut valeant, aut irritæ sint.

CONSTITUTIO LI.

De invento thesauro cujus esse debeat (40).

Idem imperator eidem Stylïano.

Bonum sane atque salutare esset, si divinis salutiferisque morem gereremus legibus. Minime enim tum humanis indigeremus, illarumque luce tutam viam commonstrante, humano ex legibus auxilio nobis non esset opus. Verum quoniam

VARIÆ LECTIONES.

[78] Scrimg. βεβαίαν, cui Agyl. cum Steph. addi vult εἶναι. Βεβαίου habent Zuich. et Meerm. [76] Scrimg. οὐ δεχομένης παρ' αὐτῆς, pro quo cum Steph. ἐνδεχομένης παρ' αὐτῆς editores fere dederunt. [77] Inc. Ecl. [74] Ecl. ἀπερίεργον. Fortasse rectius. [79] Codd. τὴν ῥηθ. Ecl. vero τηρηθεῖσαν. [80] Zuich. et Meerm. ἐν χρείᾳ.

NOTÆ.

(38) Ῥηθεῖσαν Scrim., τηρηθεῖσαν. Cujac. 17, observ. 32.

(39) Græci aliter legunt, ut locum esse corruptum hinc colligamus.

(40) Thesaurus cujus esse debeat, breviter hic notemus : Thesaurum non esse, quod quivis vel lucri, vel metus, vel custodiæ causa sub terra condidit, l. 31, §. 1, ff. De acquirendo rerum : quod quis perdidit, aut per errorem e suo fundo non abstulit, l. 67, in fin. ff. De rei vind. Thesaurus est vetus quædam depositio rei mobilis l. un. C. De thesaur. seu pecunia cujus non exstat memoria, ut ea jam dominum non habeat, d. l. 31, ejusque dominus sit ignotus d. l. unica. De invento hoc tenendum est, eum qui thesaurum in suo casu invenerit, omnimodo suum facere. vers. Quæ quidem lex infra idque ex naturali æquitate et D. Hadriani constitutione § 39, Instit. De rerum divis. Non est idem in eo qui sceleratis ac puniendis sacrificis repererit, d. l. unic.; nam et thesaurum inventum amittit, et eo amplius puniri potest, arg. l. 13, ff. De sicariis. Eadem pene sunt in eo qui in privati fundo et alieno, data opera, non volente invitove domino thesaurum perscrutatur, aut certe principis permissu : quippe inventor fundi domino thesaurum reddere cogitur, d. l. unic. Quid si non studio, sed casu, puta ab aratore vel colono, d. l. un. in fin. vel fabris ad domus refectionem adhibitis, l. 67, ff. De rei vindic. thesaurus sit repertus ? dividetur inter fundi dominum et inventorem vers. jubemus infra eod. d. l. unic. dict. § 39, Quid si in loco sacro vel religioso sit repertus ? Hadrianus totum concessit inventori d. § 39. Divi vero fratres dimidium fisco dederunt l. 3, § 3, De jure fisci. Jam hic opinionum turba nascitur. Accursius dictum § tricesimum nonum refert ad æquitatem : dictam legem tertiam, ad jus strictum ; Angelo dicta lex tertia displicet, fisci loco ecclesiam substituenti. Zoanerus in dicta lege tertia legit *non etiam religiosis*, quo nomine reprehenditur a Roberto 1, recept. 5. Cujac. 5, observ. 5, refert dictam legem tertiam ad locum religiosum qui sit publicus d. § 39, ad religiosum, qui sit nullius. Fornerius 2, selectionum 26, dictum § 39 emendat, legitque *ac si quis* pro *at si quis*, eo sensu ; ei qui thesaurum in loco religioso invenit dimidium cedere, ac si in alieno reperisset, sic sentio, Justinianum repudiata divorum fratrum sententia, D. Hadriani constitutionem amplecti. Quid si in Cæsaris fisci, vel publico, vel civitatis loco thesaurus sit repertus? inventor thesaurum cum fisco ac civitate dividet ea constitutione Hadriani d. § 39. Plura de inventione thesauri, et cui cedat vide apud Ferrandum 2, Explicationum 28.

cœno atque luto omnes emergere, divinisque præceptis in cœlum tollentibus elevari difficile est : humano generi salutem etiam humana prudentia per leges suas adinvenit. Quapropter etiam nunc cum, quanquam Dominus et Servator noster misericordes esse eorumque qui inopia premuntur illos qui ipsius donis fruentes in affluenti rerum copia vivunt, angustiis succurrere jusserit, nonnulli tamen ita in Dominum ingrati, ergaque communem hominum cognationem commiserationis expertes sunt, ut non modo non benignam manum egentibus præbeant, verum etiam, tanquam solis quoque radiis tetricos thesauros suos aspicere invideant, in terram illos defodiant : de inhumano hoc invento in medium legem prodire oportuit. Quæ quidem *lex* cum olim lata fuerit, victa autem postmodum a cupiditate, quæ multas egregias res labefactat, ab eademque suo vigore privata sit : nunc ab imperatoria nostra majestate in integrum restituitur. Jubebat autem illa (41), ut qui in defossum thesaurum incidisset, si prædium in quo inventus esset, ad principem (42) pertineret, alioquive publicum esset, illum ex æquo cum fisco partiretur, si vero locus unde thesaurus in lucem prodiisset, neque ad principem pertineret, neque publicus, sed alterius cujuspiam esset, is æqualibus partibus inter inventorem prædiique dominum divideretur : denique si inventoris prædium esset, ipsi res inventa universa cederet. Atque hæc quidem lex illa sanxit. Verum (43) perversa cupiditas haud scio quomodo illa circumscripta, iniquoque lucro fisco donato, illi in hunc usque diem inventum thesaurum attribuit, legemque otiosam reddidit. At quid hinc contingit? Qui alicubi reconditos latere thesauros sciunt, dum alios laboribus suis gavisuros, se autem frustra illos subdituros, quin et interdum acerbis examinationibus subjiciendos considerant, illos investigare negligunt : itaque in perpetuum recondita manent et pereunt, quæ in lucem producta magnam hominibus erant utilitatem allatura.

Jubemus ergo, *uti* (44) *deinceps* secundum veteris legis æquitatem judicetur ; et quando thesaurus aliquis inventus fuerit, si locus ubi inventus est, in publicis imperatoriisve fundis sit, inventor illum cum fisco partiatur : si vero alterius cujuspiam sit, simili modo ipsum et inventor, et loci in quo thesaurus inventus est dominus inter se dividant. Cæterum si improbus esse, neque quidquid repererit confiteri inventor omne velit, sed dolo mendaciisque ex re reperta nonnulla detineat ; in

A κατέστημεν. Ἀλλ' ἐπεὶ τοῦ πηλοῦ καὶ τῆς ἰλύος χαλεπὸν ὑπεράνω πάντας γενέσθαι καὶ τοῖς πρὸς οὐρανὸν ἐπαίρουσι θείοις ἐντάλμασιν ἐπαρθῆναι, ἐφεῦρε καὶ ἡ ἀνθρωπίνη πρόνοια διὰ δογμάτων οἰκείων σωτηρίαν τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ. Διὰ τοῦτο καὶ νῦν, τοῦ Δεσπότου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν οἰκτίρμονας εἶναι παρεγγυωμένου, καὶ τῶν ἀπορίᾳ πιεζομένων τοὺς, ὅσοι τῶν ἐκείνου δωρεῶν ἀπολαύοντες ἐν εὐπορίᾳ διαβιοῦσι, παραμυθεῖσθαι τὴν στενοχωρίαν, ἐπείπερ τινὲς ἀχάριστοι μὲν περὶ τὸν δεσπότην ὄντες, ἀσυμπαθεῖς δὲ περὶ τὸ συγγενὲς, οὐ μόνον οὐκ ὀρέγουσι χεῖρα ἐλέου τοῖς χρῄζουσιν, ἀλλ' ὥσπερ φθονοῦντες καὶ αὐγαῖς ἡλίου τοὺς ἑαυτῶν σκυθρωποὺς ὀρᾷν θησαυροὺς, γῇ τούτους κατορύττουσιν, ἐδέησε καὶ περὶ ταύτης τῆς ἀπανθρώπου ἐπινοίας νόμον

B εἰς βίον ἐλθεῖν. Ὃς πάλαι μὲν ἐκτεθειμένος, πλεονεκτηθεὶς δὲ παρ' ἧς πολλὰ τῶν καλῶν διαλυμαίνεται πλεονεξίας καὶ ὑπ' αὐτῆς τὸ οἰκεῖον κράτος ἀφῃρημένος, νῦν παρὰ τῆς ἡμετέρας βασιλείας τοῦτο πάλιν ἀνακομίζεται. Ἐκέλευε γὰρ ὁ νόμος τὸν τῷ κατορωρυγμένῳ περιτυχόντα θησαυρῷ [41], εἰ μὲν βασιλικὸν εἴη τὸ χωρίον ἢ δημόσιον ἄλλως, διακληροῦσθαι τὸν εὑρόντα καὶ τὸ δημόσιον ἐπίσης τὸ εὕρημα· εἰ δ' ὁ τόπος, ὃς τὸν θησαυρὸν εἰς φῶς ἤνεγκεν, οὔτε βασίλειος οὔτε δημόσιος ἀλλ' ἑτέρου τινὸς προσώπου, ἀμφοτέροις ὁμοίως τῷ τε περιτυχόντι καὶ τῷ τοῦ χωρίου δεσπότῃ τοῦτο [42] ἐπίσης διανέμεσθαι· εἰ δὲ τοῦ εὑρόντος τὸ χωρίον, αὐτοῦ καὶ τὸ πᾶν εὕρημα εἶναι. Ταῦθ' ὁ νόμος ἐθέσπισεν.

C Ἀλλ' ἡ φαύλη πλεονεξία οὐκ οἶδ' ὅπως τοῦτον παραλογισαμένη, κέρδος ἄδικον τῷ δημοσίῳ χαριζομένη ἐκείνῳ μέχρι τοῦ νῦν τὸν εὑρισκόμενον δίδωσι θησαυρὸν εἰς ἀπραξίαν τὸν νόμον περιστήσασα. Τί οὖν ἐκ τούτου συμβαίνει ; γνῶσιν ἔχοντες θησαυρῶν κατορωρυγμένων, ἐννοοῦντες, ὅτι τοῖς αὐτῶν πόνοις ἡσθήσονται ἕτεροι, αὐτοὶ δὲ μάτην ὑποστήσονται τὸν κάματον, οὐ μόνον δὲ ἀλλ' ἐνίοτε καὶ πικραῖς ἐξετάσεσιν ὑποβεβλήσονται, παρὰ φαῦλον ποιοῦνται τὴν ἔρευναν καὶ λαμβάνει οὕτως αἰώνιος ἀπόκρυψις καὶ ἀπώλεια, ὧν ἡ φανέρωσις ὠφέλειαν ἀνθρώποις ἔμελλε πραγματεύεσθαι.

D Κελεύομεν τοίνυν, κατὰ τὴν δικαιοσύνην τοῦ ἀρχαίου νόμου καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος γίνεσθαι, καὶ θησαυροῦ εὑρεθέντος, εἰ μὲν ὁ τοῦτον ἐξαγαγὼν τόπος τῶν δημοσίων ἢ τῶν βασιλείων εἴη χωρίων, μετὰ τοῦ δημοσίου τὸν εὑρίσκοντα μερίζεσθαι, εἰ δ' ἑτέρου τινὸς προσώπου, παραπλησίῳ τρόπῳ αὐτόν τε τὸν εὑρίσκοντα [43] καὶ τὸν κύριον τοῦ τὸν θησαυρὸν ἀναδόντος χωρίου τὴν διανομὴν ποιεῖσθαι. Εἰ μέντοιγε πρὸς ἀγνωμοσύνην ἴδοι ὁ τοῦτον εὑρὼν καὶ μὴ πᾶν τὸ εὑρηθὲν ἀνομολογῆσαι

VARIÆ LECTIONES.

[41] Scrimg. τὸν κατορωρυγμένον — θησαυρόν. Zuich. et Meerm. τῷ κτλ. [42] Melius τοῦτον. [43] Zuich. et Meerm. εὑρηκότα.

NOTÆ.

(41) Lex 3, § 10, ff. De jur. fisci § 39, Inst. De rer. divis.

(42) D. § 10, dict. § 9.

(43) Hoc innuit dictum § decimum, et dict. § nonum, certis temporibus non fuisse in usu.

(44) Sententia d. § 10, d. § 9, in usum revocatur a Leone.

βουλήσεται, ἀλλὰ παρακατάσχοι δόλῳ καὶ ψεύδει ἐκ τοῦ εὑρήματος, τότε κενοὺς αὐτῷ γίνεσθαι τοὺς πόνους, καὶ μηδὲν ὅλως αὐτὸν λαμβάνειν ὡς κακοῦργον καὶ τῶν ἀλλοτρίων κλέπτην, ἀλλ' εἶναι μόνου ἐκείνου τὴν εὐεργεσίαν, ὃς ἔχει τοῦ χωρίου τὴν κυριότητα.

A vanum tunc ille laborarit, et tanquam malitiosus rerumque alienarum occultator et fur, nihil omnino accipiat, et beneficium loci domino soli cedat.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΝΒ'.

Περὶ τοῦ πᾶν εἶδος νομίσματος, ἀπαραποίητον ὂν καὶ ἀκίβδηλον, καὶ ὁλκὴν τελείαν ἔχον, δι' ἴσου πολιτεύεσθαι, εἴτε τινὸς τῶν πρυτανεστέρων, εἴτε τινὸς τῶν μεταγενεστέρων βασιλέων εἴη.

CONSTITUTIO LII.

Ut tam veterum (45) *principum quam recentiorum numismata modo justi ponderis, probæque materiæ sint, valeant* (46).

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Εἰ νεῦρα τῶν πραγμάτων [84] αἱ τούτων εὔποροι ἀφορμαὶ, εὐστάθεια δὲ πολιτείας ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων δυνάμεως, καλῶς ἄρα οἱ παλαιοὶ τὴν ἔνδειαν ὡς νόσον καὶ φθορὰν κάντεῦθεν ἐδίωκον, ἐκ τοῦ βούλεσθαι πᾶσαν ἰδέαν νομίσματος, κἂν εἰς τοὺς πάλαι καὶ πρόπαλαι ἀναφέροιτο βεβασιλευκότας, ὁμοίως ἐμπολιτεύεσθαι. Ἀλλὰ τούτῳ τῷ καλῷ οὐκ οἶδα τί παθόντες οἱ πρὸς τὰ σκῆπτρα ὕστερον καταστάντες οὐκ ἔδοσαν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μεῖναι σχήματος, ἀλλ' ὥσπερ τῇ εὐπορίᾳ τῶν ὑπηκόων διαβασκήναντες, τὸ ἀπολίτευτον μὲν τοῖς φέρουσι τῶν πρὸ αὐτῶν ἀρξάντων νομίσμασι τὴν μορφὴν κατεψηφίσαντο, μόνοις δὲ τοῖς ἑαυτῶν ἀπένειμαν πολιτεύεσθαι, οὐ βουληθέντες συνιδεῖν τὴν ἐκ τούτου περιισταμένην καινοτομίαν τὰ πράγματα, οὐδὲ τὴν βλάβην, ὅση χωρεῖ μὲν διὰ πάντων, μάλιστα δὲ κατὰ τῶν ἀπορωτέρων καὶ χρῃζόντων μείζονος βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως. Καὶ γὰρ τὸ τῶν ἐμπόρων πλῆθος καὶ τοὺς ἄλλως ἐκ χειρῶν βιοῦντας καὶ ὅλως τὸ γεωργικὸν γένος εἰς μεγάλην ἀπορίας ἀνάγκην συνελαύνει, οὐκ ἐχόντων ἑτέρωθεν ἐρανίζεσθαι τὴν τῶν πραγμάτων εὐπορίαν, ἐκείνης καταλυθείσης τῆς ἀφορμῆς [85], ἢ τέως αὐτοῖς συναντελαμβάνετο.

Idem imperator eidem Styliano.

Si pecuniam nervi (47) sufficiens et copiosa illarum materia est, remque publicam pecuniarum vis stabilit; recte profecto veteres defectum, velut morbum quemdam ac tabem, inde profugarunt, dum omne genus numismatis, etsi ad veteres et priscos principes referretur, similiter valere voluerunt (48). Verum egregium hoc institutum haud scio qua de causa posteriores principes in eadem forma consistere non permiserint, ac, tanquam subditorum opulentiæ inviderent, quæ numismata superiorum principum effigiem ferrent, iis publico usu interdixerint: sua vero sola in communi commercio esse voluerint. Næ illi, quantum hinc in communibus negotiis novitatis, quantum item detrimenti, quod cum ad omnes, tum præcipue ad pauperiores, potiusque auxilio et defensione indigentes pertineat, exsisteret, intelligere noluerunt. Certe mercatorum vulgus, quique alioqui manibus victum quæritant, et demum universa rusticorum natio, dum, antiquata ea qua hactenus usi sunt pecunia, alio modo res necessarias sibi parare non possunt, in perquam angustas adiguntur angustias.

Διὰ τοῦτο ἡμεῖς τῶν νεωτέρων τὴν καινοτομίαν οὐκ ἀγαπῶντες, τῇ δὲ προνοίᾳ τῶν ἀρχαίων ἑπόμενοι θεσπίζομεν, κατὰ τὴν ἐκείνων φιλάνθρωπον καὶ πολιτικωτάτην γνώμην πᾶν εἶδος νομίσματος, ἀπαραποίητον τὴν μορφὴν ἔχον καὶ τὴν ὕλην ἀκίβδηλον καὶ τὴν ὁλκὴν τέλειον, ἄν τέ τινος ᾖ τῶν προγενε-

Ea propter nos novo recentiorum placito non acquiescentes, veterum autem providentiam sequentes, sancimus, *ut secundum benignum* illorum reique publicæ commodissimum judicium, numismatis omne genus quod (49) quidem formam (50) materiamque non adulteratam (51) et plenum pon-

VARIÆ LECTIONES.

[84] Agyl. χρημάτων legi vult. [85] Melius forte μορφῆς.

NOTÆ.

(45) Vid. l. 1, C. De veteris numism. pot.

(46) Nummi veterum etiam principum, modo justi ponderis, probæque materiæ sint, recipiendi, reducitur usus desuetus cui Nov. Nicephori Phocæ contraria c. 1, J.

(47) Νεῦρα τῶν πραγμάτων, Scrimger, νεῦρα τῶν χρημάτων. Agyleus, et male. Plut. in Cleomene. Ὁ πρῶτος τὰ χρήματα νεῦρα τῶν πραγμάτων προσειπών, quod Diog. Laertius Zenoni tribuit. Demosthenes ὑποτέμεναι, τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων. Æschines ὑποτέμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων. Nicetas in Emmanuele Comneno, καὶ χρημάτων ἐπιῤῥώννυσι διαδόσεσιν ἃ νεῦρα τῶν πραγμάτων ἀρίστως τῶν πάλαι τις κθωνόμασε. Eustath. 2, Iliados, τὸ νεῦρα πραγμάτων εἰπεῖν τὰ χρήματα οὔτε σκληρὸν ἀλλὰ καὶ ἀστοχώτατον, εἰ 4 οὕτε καί τις ἀκολουθῶν παλαιᾷ χρήσει νεῦρα πραγμάτων ἐρεῖ τὰ χρήματα. Sic in l. 1, § 20, ff. De quæst. D In tributis dicuntur esse nervi reipubl. et alibi: sic in pecunia robur omne patrimonii veteres posuere l. 22, vers. huic accedit C. De admin. tut. Plura vide apud Cujac. 6, obs. 19, ubi notat Portoria reipub. nervos principaliter non esse, sed per consequentiam tantum. Adde Nov. 149, c. 2. Nov. 161, c. 2.

(48) L. 1, C. De veteris numismat. potestat.

(49) Ἀπαραποίητον τὴν μορφὴν ἔχον καὶ τὴν ὕλην ἀκίβδηλον ἢ τὴν ὁλκὴν τέλειον. Scrim.

(50) Principum: quam imprimi numismatibus moris fuit, vid. l. 1, C. De vet. numism. potest.

(51) Olim lege Cornelia plectebatur qui monetam vultu principum signatum (præter adulterinam) reprobasset Paul. 5, sent. 25, § 1, Arian. 3, ad Epictetum, τὸ τοῦ Καίσαρος νόμισμα οὐκ ἔξεστιν ἀποδοκιμάσαι, etc. Adde Edictum. 11, Inst. c. 3.

dus habeat) sive vetustioris cujuspiam principis, sive recentioris sit, æqualiter et æstimetur, et in republica tractetur. Pœna vero eorum qui rebelli animo decretum hoc contemnent, fuerit, ut flagris cædantur, et cute (52) tenus tondeantur, insuperque libras auri tres dependant.

A στέρων, ἄν τε τῶν ὀψιγόνων, δι' ἴσου καὶ τιμᾶσθαι καὶ πολιτεύεσθαι. Δίκη δὲ τοῖς καταφρονεῖν ἀπονοηθεῖσι τοῦ ὁρίσματος αἱ εἰς τὸ σῶμα διὰ μαστίγων πληγαὶ καὶ τριχῶν κουρεία ἐν χρῷ, καὶ προσέτι χρυσίου τριῶν λιτρῶν ἡ ἀπότισις.

CONSTITUTIO LIII.

Ut cuique tam intra civitates quam extra, mortuos sepelire liceat (53).

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΝΓ'.

Περὶ τοῦ ἀθετεῖσθαι τὸν κελεύοντα νόμον ἔξωθεν τῆς πόλεως ποιεῖσθαι τὴν ταφήν, καὶ ἐξεῖναι τῷ βουλομένῳ εἴτε ἔξω τῶν τειχῶν, εἴτε ἐντὸς θάπτειν.

Idem imperator eidem Styliano.

Mea quidem sententia, leges civiles non ea modo quæ communi subditorum vitæ prosint præscribere: verum de iis etiam qui jam vitam finierunt, humanæ commiserationi convenientia decernere B decet. Quæ autem defunctorum corpora ignominiæ contumeliæque exponant, ac per quæ communi hominum naturæ dedecus atque turpitudo concilietur, nequaquam in leges sunt includenda. At quod lex (54) mortuos nonnisi extra civitates humari vult, quomodo id humanam naturam dedecore afficere non est? Et quidem si hoc præcipiens, de iis humandis ageret, quibus facilem elationem facultates, quas vivi habuerant, suppeditarent, fortasse lex aliquam ad id jubendum rationem habuisset. Quanquam tunc etiam ad amicorum, cognatorum, necessariorumque defuncti commiserationem respicere oportebat. Quorum dolori atque orbitati magnum sane solatium est, si amici sui sepulcrum amplexari, ac in id lacrymas profundere possint. C Quæ officia extra civitatem sepulto non facile est exsequi. Attamen si illos solum extra civitatem sepeliri vellet, quibus id ipso mortis die per facultates facile esset, ad eam inclementiam aliquam lex occasionem haberet. Verum nunc, cum inclementia illa simul ad omnes se extendat, quomodo non manifesta est absurditas? quomodo legem in naturæ opprobrium ferri non est evidens? Qui enim, dum adhuc viverent, inopes et deserti erant, quomodo mortui ipso mortis die humabuntur? Quomodo item, cum propter paupertatem sepultura non accelerabitur, multis diebus insepulti non miserabile simul et horrendum spectaculum jacebunt, tabescentemque hominum naturam dedecorabunt? Extra hæc autem, cum mortui interdum D famuli Dei appellentur, propterque cœlestem gloriam colantur, ipsorum corpora inhumata abjici, quomodo id vero expiationi etiam obnoxium non est?

Idem imperator eidem Styliano.

Ἐμοὶ φαίνεται μὴ μόνον ὅσα τῷ βίῳ συμφέρει τῶν πολιτευομένων ταῦτα πρέπον ὁρίζειν τοὺς νόμους τῆς πολιτείας, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν ἤδη καταλυσάντων τὸν βίον τὰ πρέποντα ἀνθρωπίνῃ σκέπτεσθαι συμπαθείᾳ, καὶ μὴ δι' ὧν ἀτιμίᾳ μὲν καὶ ὕβρει τῶν μεθισταμένων τὰ σώματα παραδίδοται, αἰσχύνη δὲ τῇ κοινῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει περιγίνεται [84], ταῦτα νομοθετεῖν. Πῶς γὰρ οὐκ ἔστι τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν αἰσχύνειν, ὅταν μὴ βούληται ὁ νόμος γῇ κρύπτεσθαι, εἰ μὴ ἔξω πόλεων φέροιτο τὸ βληθὲν ὑπὸ τοῦ θανάτου σῶμα; Εἰ μὲν γὰρ τοῦτο διορίζων περὶ ἐκείνων ἔλεγε τῆς ταφῆς, οἷς εὔπορον τὴν ἐκφορὰν ἐποίει ἢ ἔτι ἐν βίῳ περιόντων αὐτῶν εὐπορία, ἴσως ἂν εἶχέ τινα πρόφασιν παρακελευόμενος, καίτοιγε καὶ τότε ἐχρῆν πρὸς συμπάθειαν ὁρᾶν φίλων, συγγενῶν, οἰκείων τοῦ τεθνηκότος, οἷς μέγα εἰς παραμύθιον τοῦ ἄλγους καὶ τῆς ἀποστερήσεως τοῦ ποθουμένου τάφου περιπτύξεις καὶ ἐπ' αὐτῷ χεόμενα δάκρυα ἔξω κειμένου [87] τῆς πόλεως οὐκ εὐχερῶς ἐπιτελεῖσθαι πέφυκεν. Ἀλλ' ὅμως εἰ ἐκείνοις [88] τὴν ταφὴν ἔκδημον ἐποίει τῆς πόλεως, οἷς οὐκ ἄπορον αὐθημερὸν γίνεσθαι, ἤν τις ἀφορμὴ τοῦ δόγματος τῷ ἀσυμπαθεῖ. Νῦν δὲ κατὰ πάντων ὁμοίως φερομένης τῆς ἀσυμπαθείας, πῶς οὐ πρόδηλον τὸ ἄτοπον καὶ ἡ κατὰ τῆς φύσεως νομοθεσία καὶ αἰσχύνη; ὧν γὰρ ἔτι ζώντων ἄπορος ἦν ὁ βίος καὶ ἔρημος, πῶς θανόντες αὐθημερινῆς ταφῆς εὐπορήσουσι; πῶς δὲ τῆς ταφῆς ἀπόρου τυγχανούσης, οὐχὶ ἐπὶ συχναῖς ἡμέραις οὕτω διαμένοντες ἐλεεινὸν ὁμοῦ καὶ φρικτὸν κείσονται θέαμα καὶ τὴν ταπεινὴν ἀνθρώπων φύσιν αἰσχύνοντες; χωρὶς δὲ τούτων πῶς οὐκ ἔστι δίκης ὑπεύθυνον, ἐνίοτε τῶν ὁμιλησάντων τῷ θανάτῳ θεραπόντων Θεοῦ χρηματιζόντων καὶ ὑπὸ τῆς ἄνω δόξης περιεπομένων ἐρρίφθαι αὐτῶν ἄταφον τὸ σῶμα;

Neque igitur ullo modo inter civiles leges hæc lex recenseatur, sancimus: quin potius, ut a con-

Οὐδαμῶς οὖν νόμοις τῆς ἡμῶν πολιτείας συγκαταλέγεσθαι τοῦτον τὸν νόμον θεσπίζομεν, ἀλλ' ὥσ-

VARIÆ LECTIONES.

[84] Scrimg. παραγίνεται. [87] Scrimg. τοῦ ἔξω κειμ. Emendarunt Steph. et Agyl. ἢ ἐπὶ τοῦ ἔξω κειμένου, Spangenb. οἷς μέγα εἰσὶ παραμ. et ἃ ἔξω κειμένου. [88] Scrimg. ἐκείνους.

NOTÆ.

(52) Pœnæ genus observa, cui simile est in Nov. 58, in fin.

(53) Sepelire etiam in civitatibus mortuos licet, et ita abrogatur lex 3, § 7, ff. De sepulcro violato. l. 12, C. De religiosis l. 6, C. Th. De sepulcro violato: Paul. 1, sent. 21, § 2, et is locus Ciceronis, hominem mortuum in urbe ne sepelito, de quo dixi ad leges XII tabularum.

(54) Vide dictas leges.

παρ ὑπὸ τῆς συνηθείας καλῶς ὥρθη καταφρονούμενος, οὕτω καὶ ὑπὸ δόγματος ἡμετέρου ἔστω παντελῶς ἀθετούμενος, καὶ πᾶς, ὃς ἂν βούληται εἴτε τειχῶν ἔξωθεν εἴτε τῆς πόλεως ἐντὸς τοὺς τελευτῶντας τιμᾷν τῇ ταφῇ, ἄδειαν ἐχέτω περαίνειν τὸ βούλημα.

suetudine recte contemnitur, sic etiam decreto nostro prorsus reprobator. *Quicunque autem sive* extra muros sive intra civitatem sepelire mortuos volet, perficiendæ voluntatis facultatem habeto.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΝΑ'.

Περὶ τοῦ ἐν τῇ Κυριακῇ ἡμέρᾳ παντελῆ ἀπραξίαν εἶναι, καὶ τοὺς γεωργοὺς ἀργεῖν ἐν αὐτῇ, παραπλησίως ἅπασι τοῖς ἄλλοις ἐργάταις.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

CONSTITUTIO LIV.

Ut Dominicis diebus omnes (55-56) *ab operibus vacent* (57).

Idem imperator eidem Styliano

Ἀρίστη μὲν ἡ σπουδὴ τῶν πρὸς ἔχθεσιν ἐπιδεδωκότων ἑαυτοὺς τῶν ὅσα τῷ βίῳ συμφέρει ἐντάλματα, καὶ ἄξιον αὐτοὺς, ἐν οἷς ὁρῶνται πρὸς τὴν ὠφέλειαν τῶν ὑποχειρίων ὅλην τὴν φροντίδα συντείνοντες, ἀποδέχεσθαι τῆς φιλοστοργίας καὶ τὰ τεθέντα τηρεῖν εὐλαβῶς. Ἄξιον δὲ πολὺ πλέον ἐκείνοις μᾶλλον τὴν τοιαύτην ἀπονέμειν εὐλάβειαν, οἳ πλέον ὠφθησαν καὶ ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας οἷα [89] πάσης τῆς γῆς νομοθέται ἀναδεξάμενοι μέριμναν, καὶ οὓς ἔθεντο νόμους τούτους ἐπίπροσθεν ἄγειν τῶν ἄλλων νόμων· οὐ μόνον δὲ δι' ὅπερ εἶπον, ὅτι πλέον εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων ὠφέλειαν, μᾶλλον δὲ ἀσύγκριτον ἀνεδέξαντο καὶ εἰσενέγκαντο πρόνοιαν, ἀλλ' ὅτι καὶ θείῳ ἐχάραξαν τὰ δόγματα Πνεύματι [90]. Ἐπεὶ οὖν τῷ νόμῳ τῶν κορυφαίων μαθητῶν [91], ὃς πάντας ἐπιτρέπει ἀργίᾳ τιμᾷν τὴν ἡμέραν τῆς Δεσποτικῆς ἀναστάσεως, ὁρᾶται νόμος ἀντιφθεγγόμενος, ἐνῆν [92] μὴ πάντας ὁμοίως κωλύειν ἐργάζεσθαι, ἀλλ' ἐνίοις ἄνετον τὴν ἐργασίαν δίδοσθαι. Φησὶ γάρ· *Δικασταὶ [93] μὲν καὶ δῆμοι τῶν πόλεων, καὶ οἱ ἐκ τεχνῶν βιοῦντες ἀργείτωσαν ἐν Κυριακῇ, μόνοι δὲ γεωργοὶ ἐργαζέσθωσαν.* καὶ ἡ αἰτία τῆς λύσεως τῆς τιμῆς τῆς ἡμέρας ἄλογος· δοκεῖ γὰρ σωτηρίας [94] εἶναι τῶν καρπῶν, ἔστι δὲ ἀληθῶς [95] οὐδέν· οὐ γὰρ τὸ σπουδαῖον τῆς γεωργίας, ἀλλὰ τοῦ καρποδότου ὁ ἔλεος, ἐπειδὰν δοκῇ, τὴν εὐθηνίαν παρέχεται τῶν καρπῶν.

Idem imperator eidem Styliano

Præstantissimum illorum est studium qui se edendis quæ communi vitæ utilia sint, præceptis dedunt, dignique sunt eo quod ad subditorum utilitatem omnes suas curas intendunt, quorum prius in rempublicam amor laudibus celebretur, ac præcepta sancte observentur. Interim vere multo æquius fuerit, illis potius istiusmodi reverentiam attribuere, quos majores pro humani generis salute, tanquam universi terrarum orbis legislatores, suscepisse sollicitudines constat, quasque leges tulerint, has aliis omnibus anteferre, idque non solum propter id quod dixi, quod *videlicet* ad hominum utilitatem, incomparabiliorem susceperint atque contulerint curam : sed quod etiam divini nominis virtute subscripserint sua decreta. Quoniam itaque illorum inter discipulos procerum legi, quæ Dominicæ resurrectionis diem cessatione ab operibus omnes venerari mandat, legem aliam contradicere conspicitur, quæ non omnes simul operari prohibendos, nonnullisque uti operentur indulgendum esse censet; ait (58) enim *omnes judices urbanæque plebes et cunctarum artium officia, venerabili die solis quiescant : ruri tamen positi agrorum culturæ libere licenterque inserviant,* cujus *istius* diei dehonestationis nulla ratione nititur causa. Nam quanquam fructuum conservatio prætendi posse videatur : nullius tamen illa momenti, reque vera futilis est : cum non agriculturæ diligentia, sed solis virtus, quando frugum largitori visum sit, fructuum abundantiam suppeditet.

Ἀλλὰ γὰρ ἐπεὶ τοιοῦτός τις εἰς γένεσιν ἦλθε νόμος, ὀλιγωρῶν μὲν τῆς τοῦ Δεσπότου τιμῆς, ἀντιδογματίζων δὲ τοῖς κατὰ πάντων ἐναντίων παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος λαβοῦσι τὰ νικητήρια, ὁρίζομεν καὶ ἡμεῖς ἃ τῷ ἁγίῳ ἔδοξε Πνεύματι καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ μεμυημένοις ἀποστόλοις, ὥστε πάντας ἐν τῇ θείᾳ καὶ τὴν ἀφθαρσίαν ἡμῖν ἐγκαινισαμένῃ [97] ἡμέρᾳ σχολάζειν ἀργίᾳ [98], καὶ μήτε γεωργὸν μήτε τινὰ ἕτερον [99] ἅπτεσθαι ἔργων ἐν ταύτῃ τῶν μὴ [1] νενομισμένων.

Quoniam, inquam, istiusmodi lex in lucem prodiit, quæ Domini cultum vilipendat, diversumque ab illis, qui contra omnes adversarios a Spiritu sancto victoriam obtinuerunt, decretum præscribat : statuimus nos etiam quod Spiritui sancto, ab ipsoque institutis apostolis placuit, ut omnes in die sacro, quoque nostra integritas instaurata est, a labore vacent : neque agricolæ, neque quiquam alii in illo illicitum opus aggrediantur. Si enim, qui

VARIÆ LECTIONES.

[89] Ita emendavit Steph. codd. οἱ. [90] Scrimg. πατέρες. [91] Cf. Photii Nomoc. VII, 4. Apostolorum canon, qui hoc diserte præcipiat, nullus est : c. 66 vix huc quadrat. [92] Zuich. ἐν ᾧ. habet. Steph. ὃς ἐκρινε emendat, Osenbruggen ἐν τῷ. [93] Ita Zuich. Scrimg. ἕκαστα. [94] Scrimg. σωτηρία. Sed rectius Zuich. σωτηρίας. [95] Scrimg. ἐστὶ δὲ ἡ ἀληθῶς [96] Ita Zuich. Scrimg. ἥλιος. [97] Ita Bals. Scrimg. ἐγκαινισμένῃ. [98] Ita Zuich. et Bals. Scrimg. ἀργήσεως. [99] Scrimg. non habet ἕτερον. [1] Negationem omittit Zuich. et deleri vult Spang.

NOTÆ.

(55-56) Dominicis diebus omnes ab operibus vacare debent, ut hic. Omnes, inquam, licet rustici, quod olim non fuit : et ita abrogatur lex 3, C. De feriis, facit hujus constitutionis mentionem Harmen. 1, tit. 4, § 7.

(57) Vid. l. ult. § 1, C. De feriis. Adde c. 1, 2. extra De feriis, ubi traditur quemadmodum etiam festis diebus haleces capere liceat. Adde quæ dixi ad leges XII tab. ibi : feriis.

(58) L. 3, C. De feriis.

umbram quamdam atque figuram observabant, tantopere Sabbati diem venerabantur, ut ab omni (59-60) prorsus opere abstinerent : quomodo qui gratiæ lucem ipsamque veritatem colunt, hos eum diem qui a Domino honore ditatus est, nosque ab exitii dedecore liberavit, non venerari par est ? aut quomodo, cum ex septem (61) diebus unus in Domini honorem consecratus sit, non aliorum ad opera usu contentos non esse, neque illum Domino eximium et inviolatum conservare : sed ipsum etiam vulgarem facere, nostrisque operibus applicandum putare, religionis non est prorsus dissolutæ ?

CONSTITUTIO LV.

Ut Judæi secundum christianismi ritus vivant (62).

Idem imperator eidem Styliano.

Qui olim sceptris potiti sunt, de Hebræorum gente (quæ quondam quoad divino patrocinio foveretur, inclyta fuit, nunc autem ob contumaciam in Christum et Deum nostrum in calamitatibus celebris est, diversas (63) promulgarunt leges, quæ de ipsorum vitæ statu tractantes, jubent, ut (64) sacras ipsi Scripturas legant, et ne a suis ritibus arceantur : quin etiam ut liberos supra sanguinis cognationem circumcisionis etiam cognatione suo instituto accommodent. Atque hæc quidem, qui olim (ut dixi) imperium obtinuerunt. Verum sacratissimus princeps, ille ex cujus semine nos nati sumus, ut qui majore quam cæteri salutis ipsorum desiderio teneretur, hos in sola superiorum legum observatione relinquere (quod ante illum alii fecerant) non contentus : sed partim sacrorum oraculorum explicatione, partim eorumdem admonitionibus ad salutarem Christianorum cultum traducens, vivifica baptismi aqua initiavit. Atque quod ipsos in novum secundum Christum hominem transformari debere persuasit ut veterem deponerent, plene effecit, et quæcunque vetustatem saperent, circumcisionem (65), Sabbatum (66), et si quid aliud est, cum illo simul exuit. Atqui cum tanto cum effectu a Judaica pertinacia ipsos deduxisset, non etiam prioribus legibus, quæ Judaico ritu vivere permittebant, silentium, et vacationem alterius legis decreto imposuit.

A Εἰ γὰρ οἱ πάλαι τὰς σκιὰς καὶ τοὺς τύπους τιμῶντες διὰ τοσαύτης ἦγον τιμῆς τὴν τοῦ Σαββάτου ἡμέραν, ὡς παντελεῖ αὐτοὺς ἀπραξίᾳ[a] διδόναι, πῶς εἰκὸς οὓς ἡ χάρις θεραπευτὰς ἔχει καὶ ἡ ἀλήθεια, τούτους μὴ τιμᾷν τὴν ἡμέραν, ἣ[b] τὸ τίμιον παρὰ τοῦ Δεσπότου ἐπλούτησε καὶ ἡμᾶς ἠλευθέρωσε τῆς ἐκ φθορᾶς ἀτιμίας; ἢ πῶς οὐ παντελῶς ἀσυνείδητον, ἑπτὰ ἡμερῶν οὐσῶν ὧν εἷς Δεσποτικὴν τιμὴν ἀνεῖται μία, μὴ[c] ἀρκεῖσθαι ἡμᾶς ταῖς ἐξ[d] ἀποκεχρημένους εἰς ἔργα, καὶ[e] ἀναφαίρετον τῷ Δεσπότῃ ἐκείνην τηρεῖν, ἀλλὰ καὶ ταύτην κοινοποιεῖσθαι[f] καὶ τῶν ἡμετέρων ἔργων νομίζειν καιρόν;

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΝΕ'.

Περὶ τοῦ κατὰ τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν Ἑβραίους πολιτεύεσθαι,

B Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Οἱ ἔμπροσθεν εἰς τὰ σκῆπτρα καταστάντες περὶ τοῦ πάλαι μὲν διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς θεόθεν ἐπισκοπὴν περιωνύμου τῶν Ἑβραίων γένους, γεγονότος δὲ ἐκ τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν καὶ Θεὸν ἡμῶν ἀπονοίας περιωνύμου ἐν συμφοραῖς, διαφόρους ἐξέθεντο νόμους, οἳ περὶ καταστάσεως τῆς ἐκείνων ζωῆς διαλαμβάνοντες κελεύουσι ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐντυγχάνειν αὐτοὺς, καὶ τῶν οἰκείων ἐθίμων μὴ εἴργεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοὺς παῖδας πρὸς τῇ συγγενείᾳ τοῦ αἵματος καὶ τῷ ἐκ τῆς περιτομῆς συγγενεῖ προσοικειοῦσθαι αὐτούς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ ἔμπροσθεν, ὡς εἶπον, εἰς τὴν βασιλείαν παρελθόντες. Ὁ δὲ τῆς θείας λήξεως βασιλεὺς, οὗ τῆς σπορᾶς ἡμῖν ἡ βλάC στη, ἅτε δὴ πλέον τῶν ἄλλων σχὼν ἔρωτα τῆς αὐτῶν σωτηρίας, οὐκ ἀρκεσθεὶς[g] καταλιπεῖν τούτους καθὼς οἱ πρὸ ἐκείνου ἐν μόνῃ τῇ τῶν προλαβόντων νόμων διατάξει, ἀλλὰ τοῦτο μὲν τῶν ἱερῶν λογίων ἀναπτύξεσι, τοῦτο δὲ ἐν ταῖς αὐτῶν[h] νουθετήσεσι πρὸς τὴν σωτήριον τῶν Χριστιανῶν μεταστήσας λατρείαν τῷ ζωοποιῷ τοῦ βαπτίσματος ἐτελείωσεν ὕδατι. Καὶ ἔργῳ μὲν, δι' ὧν αὐτοὺς εἰς τὸν νέον κατὰ Χριστὸν μορφωθῆναι ἄνθρωπον ἔπεισε, τὸν παλαιὸν ἀποθέσθαι παρεσκεύασεν, καὶ ὅσα τῆς παλαιότητος ἐγνωρίζετο, περιτομὴν, Σάββατον καὶ εἴ τι ἕτερον, ἐκείνῳ συναπημφίασεν. Ἀλλ' οὕτω μὲν ἔργῳ τοῦ Ἰουδαϊκοῦ φρονήματος μετατάξας αὐτοὺς οὐκέτι καὶ νόμου ψηφίσματι τοῖς προτέροις νόμοις, οἳ παρεῖχον ἄδειαν Ἰουδαϊκῶς ζῆν, καὶ τὴν D ἀφωνίαν καὶ ἀργίαν ἐθέσπισεν.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Scrimg. παντελῆ αὐτῇ ἀπραξίον. Zuich. παντ. ἑαυτῇ ἀπραξία Verior Bals. præstat. [b] Bals. ἥτις. [c] Codd. negationem non habent. [d] Ita recte Bals. Codd. ἑξῶ. [e] Particulam καὶ, quæ a Codd. abest, præstat Bals. [f] Ita Zuich. et Bals. Scrimg. κοινὴν ποιεῖσθαι. [g] Nov. Justiniani 146. [h] Zuich. et Meerm. ἠρκέσθη, quod fortasse præstat. [i] Iidem ἑαυτῶν.

NOTÆ.

(59-60) Juvenalis 14, loquens de Judæis : *Sed pater in causa est, cui septima quæque fuit lux Ignava*, et Satyr. 6. *Observant ubi festa mero pede Sabbata reges;* cum dicit *mero pede*, iter Sabbati intelligere videtur, de quo Actor. 1, vers. 12, quod circiter 2000 passuum erat.

(61) Unus ille ex septem diebus non est dies Sabbati, sed prima sabbati.

(62) Judæi jubentur fieri Christiani, et ita abrogatur Nov. Just. 146, et tit. Cod. De Judæis quo permissum erat Hebræis suo more vivere.

(63) Cod. De Judæis d. Nov. 146.

(64) D. Nov. 146.

(65) Vid. Nov. Justin. 37.

(66) L. 2, l. 13, Cod. De Judæis.

Ἡμεῖς οὖν ὅπερ ὁ ἡμέτερος παρῆκε πατὴρ εὔλογον κρίναντες ἀναπληρῶσαι, παντὶ νόμῳ ἀρχαιοτέρῳ τῷ περὶ Ἑβραίων νομοθετοῦντι σιγὴν ἐπιτρέπομεν, καὶ μὴ ἄλλως αὐτοὺς τολμᾶν πολιτεύεσθαι, ἢ ὡς ἡ καθαρὰ καὶ σωτήριος τῶν Χριστιανῶν πίστις βούλεται. Εἰ δέ τις ἁλοίη [11] τῶν μὲν Χριστιανικῶν θεσμῶν ἀφιστάμενος, πρὸς δὲ τὰ Ἰουδαίων ἐπαναστρεφόμενος ἔθη καὶ δόγματα, τοῦτον κατὰ τοὺς περὶ ἀποστατῶν ἐγκειμένους νόμους εἰσπράττεσθαι τὴν τιμωρίαν.

A Quod igitur pater noster prætermisit, id non adimplendum putantes, omni antiquiori, quæ de Hebræis statuit, legi silentium injungimus *et ne illi aliter* quam pura salutarisque Christianorum fides vult, vivere audeant, jubemus. Quod si quis a Christianorum ritibus defectione facta ad Judæorum mores et placita reverti deprehendatur, hic secundum leges de apostatis (67) latas pœnas luat.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΝϚ' [12].

Περὶ προθύρων θαλαττίων.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Καὶ οὗτος ἡμῖν ὁ νόμος, ὃς ἀφαιρεῖται τῶν θαλαττίων χωρίων τὴν ἐξουσίαν τῶν οὗ [13] παρὰ τοῖς προθύροις θάλασσα ὁρᾶται (ἀλλὰ γὰρ οὐ μόνον τοῦτο, B ὑπάγει δὲ καὶ τῇ περὶ τῆς ὕδρεως ἀγωγῇ κωλύοντα [14] τοὺς ἐκεῖ ἀποκεχρῆσθαι τῇ ἁλιευτικῇ τέχνῃ προθυμουμένους), οὐ δίκαιά ἐπιτρέπων ἐφάνη. Πᾶν γὰρ, ὃ μὴ ἀδίκῳ λόγῳ πρὸς ἐξουσίαν τινὶ περιῆλθεν, εἴτε γονέων κλῆρος, εἴτε πόνων ἰδίων κτῆμα, εἴθ' ἑτέρῳ τινὶ μὴ ἀπηγορευμένῳ τρόπῳ, πῶς οὐχὶ καὶ πρὸς τὴν ἐπιτροπὴν τοῦ τὴν ἐξουσίαν ἔχοντος ἀναχείσεται, κἀκείνῳ τὰς ὠφελείας πολὺ πρότερον, ἀλλ' οὐχ ἑτέρῳ παρέξει; Οὐκ ἔστιν οὖν πρὸς τὸ εὐθὺ ἀφορῶντος νόμου ἑτέρους εἰσάγειν πρὸς τὴν ὠφέλειαν οὗ μηδὲν ὑπεβάλοντο, καὶ ἀποστερεῖν ἐκείνους ταύτης, οἳ πάντως γε ἢ τίμημα ἢ συγγενείας δίκαιον ἢ ἄλλον τινὰ τρόπον οὐκ ἀπηγορευμένον εἰς τὴν τοῦ χωρίου κατεβάλοντο κτῆσιν. Τὸ δὲ καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ἐτησίους φόρου; ἀπαιτεῖσθαι μὲν C ὡς αὐτῷ διαφέροντος τοῦ τόπου, ἀπελαύνειν δ' ἐκεῖθεν τὸν ἔξω τῆς ἐκείνου γνώμης βουλόμενον τῇ ὠφελείᾳ χρῆσθαι μὴ δύνασθαι, ἀλλ' εἰ τοῦτο ποιεῖν ἐθελήσοι, ταῖς περὶ ὕδρεως αἰτίαις ἐτάζεσθαι, πῶς οὐχὶ μετὰ τοῦ ἀδίκου παντελῶς καὶ παράλογον; τί δὲ, εἰ ὁ τοῦ χωρίου δεσπότης οὐκ ἀμαθὴς ἁλιευτικῆς, ἆρα καθευδεῖται μὲν αὐτὸς ἀργῶν, ἄλλοις δ' ἐπιτρέψει τὰ τῶν προθύρων κέρδη θηρᾶν; ἢ τὴν μὲν ἀργίαν οὐκ ἀσπάσεται, ἑτέρων δὲ πρόθυρα ἁλιεύων περινοστήσει, ἐν δὲ τοῖς οἰκείοις ἐργάζεσθαι αὐτῷ οὐκ ἐξέσται; Ἀλλ' οὐχ ὁρῶ τίνα τρόπον οὕτως ἔσται.

Τοιγαροῦν [15] δεσπίζομεν, τῶν ἰδίων προθύρων ἕκαστον ἀκωλύτως δεσπόζειν, καὶ κύριον εἶναι τοὺς[16], D εἴ τινες βουληθείεν χωρὶς τῆς αὐτοῦ ἐπιτροπῆς τῆς τῶν προθύρων ἀπολαύειν ὠφελείας, ἐκδιώκειν. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῆς ξηρᾶς ἔχει, καὶ πᾶς τῆς [17]

CONSTITUTIO LVI.

De oris (68) *maritimis.*

Idem imperator eidem Styliano.

Hæc etiam lex quæ maritimorum prædiorum jus tollit, eorum unde apud (69) oras mare conspicitur : quæque insuper illorum dominum si illic piscari volentes prohibeat, injuriarum actioni subjicit : nobis non æqua statuere visa est. Quidquid enim non iniquo titulo in cujuspiam dominium devenit, sive parentum hæreditas laborumque emolumentum, sive alio quocunque non illegitimo modo paratum sit : quæ causa est, quamobrem id non ab eo qui in dominio habet, administretur, et illi non longe potius quam alteri cuipiam utilitatem præbeat? Non est igitur legis, quæ quidem æquitatem spectet, ut alios ad utilitatem rei, in quam nihil juris habent, introducat : illos vero qui aut solutum pretium, ut cognationis jus, aut denique alium aliquem possidendæ rei non illegitimum titulum laudant, ille privet. Jam vero quod, cum ab illo tanquam loci illius domino, annuum tributum exigatur, expellere inde illum, qui præter ipsius voluntatem loci commodis uti velit, non possit : sed hoc faciat, injuriarum actionibus tentetur; quomodo id, præterquam quod iniquum est, non omnibus modis absurdum est etiam? Quid si prædii dominus piscatoriæ artis non ignarus sit, num ipsi otioso dormiendum erit, aliisque orarum (70) emolumenta venari permittere debebit? aut, si otium non amplectetur, in aliorum oris errabundus piscabitur, in suis autem id ipsi non licebit? At quare ita fieri debeat, nullam equidem rationem video.

Sancimus itaque, *ut quisque oras* suas inconcusso jure possideat, illorumque dominus sit; etsi qui sine ipsius permissu illorum emolumento frui velint, hos propellere possit. Nam quemadmodum terrenis locis juris est, ut quicunque domus domi-

VARIÆ LECTIONES.

[11] Zuich. et Meerm. ἀλλοίη. [12] Ecl. Nov. 30. [13] Melius ὧν. [14] Forte τὸν κωλ. [15] Ecl. incipit. [16] Codd. τοὺς δ'. Ecl. τοῦ. [17] Ecl. τις.

NOTÆ.

(67) Vid. tit. Cod. De apostatis.

(68) Περὶ προθύρων θαλαττίων. Scrimg. πρόθυρον vestibulum ædium l. 19, § 1, ff. com. divid. olim, qui alterum prohibebat ante Prætorium, seu prothyrum ædium suarum piscari, injuriarum tenebatur : l. 13, in fin. ff. De injuriis, adde 53, Eclog. 6, c. 3, hac Novella non tenetur, et ita abrogatur d. l. 13, in fin. adde l. 14, d. titul. Nam ut ædium, ita et prothyri sui pleno dominio quemque frui oportet. Est enim prothyrum sequela ædium d. l. 13. in fin.

(69) Παρὰ τοῖς προθύροις.

(70) Παρὰ τῶν προθύρων κέρδη θηρᾶν. Scrimg. τὰ τοῦ προθυρίου κέρδους. Cujacius 14, obs. 1. Quid esset προθυρίου κέρδος, dixi ad l. 15 in fin. ff. Qui potior.

nus sit, is præter illius usum, vestibulum (71) quoque atque atrium possideat; ut ita etiam in maritimis obtineat, rationi esse consentaneum putamus. Et sicut terrenis locis præter voluntatem domini ex alieno fructus percipere nemini conceditur; sed si quis fructus ex alieno colligit, eos vel benignitate domini percipiat, vel pro loci (72) usu vectigal solvat necesse est: sic etiam in maritimis observari præcipimus.

CONSTITUTIO LVII.

Quantum in piscatoribus remoræ (73) piscatoriæ inter se distare debeant.

Idem imperator eidem Styliano.

Quandoquidem cum plurimæ leges de piscatione statuant, illud quod ἐποχὴν (74) nominandum putarunt, adhuc lege definitum non est (quippe, quod, ut videtur, quo tempore leges illæ promulgabantur, nondum id institutum innotuisset), hoc quoque legis constitutionem auferre volumus.

Quam itaque juris rationem in hoc piscationis instituto legitimo decreto obtinere consuetudini visum est (ut nempe interstitiorum modus ad trecentos sexaginta quinque passus protendatur), hoc nos quod extra convenientem modum non feratur, legis dignitate honorantes, dehinc legem esse sancimus. Nam tametsi citra hoc privilegium, ut remoræ piscatoriæ ad hanc rationem disponantur, præsentis ævi hominibus bonum videatur: quo tamen id firmius sit, cautiusque in æternum observetur, lex esto, *remoræque illæ trecentorum* sexaginta quinque passuum intervallo a consuetudine approbato inter se distanto: idque ita, ut ab utraque parte hic intervalli modus desumatur; ut videlicet centum octoginta duo, et semis (75) ab unius partis finibus exporrigantur, residuum vero ad vicinum usque pertingat. Atquæ hæc quidem de constituendis introducendisque post hanc legem remoratoriis dicimus. Quæ vero hoc decretum prævenerunt, tametsi præstituto hoc intervallo non distent ex ejus præscripto tamen nihil novabitur; permanebuntque illa, ut initio constituta sunt.

CONSTITUTIO LVIII.

Ne (76) ex sanguine cibus conficiatur.

Idem imperator eidem Styliano.

Simul olim legislatori Mosi (77) sanguine vescen-

οἰκίας δεσπότης μετὰ τῆς χρήσεως ταύτης καὶ τῶν προθύρων ἔχει τὴν κτῆσίν τε καὶ αὐλὴν [18], οὕτως εὔλογον καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ὑπολαμβάνομεν ἔχειν, καὶ ὥσπερ ἐν τῇ ξηρᾷ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων οὐδενὶ συγχωρεῖται παρὰ γνώμην τοῦ κεκτημένου καρπίζεσθαι, ἀλλ' εἰ καρποὺς ἐκεῖθέν τις συναγάγοι, ἢ λαμβάνων [19] τὴν χάριν τῇ τοῦ δεσπόζοντος φιλοφρονήσει ἢ τὴν ὑπὲρ τοῦ τόπου κατατιθέμενος πρόσοδον, οὕτω καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ εἶναι ὁρίζομεν.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΝΖ'.

Περὶ τοῦ μέτρου τῆς ἀποστάσεως τῶν ἐποχῶν ἐν τῇ τῶν ἰχθύων θήρᾳ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ἐπειδὴ πλείστων νόμων περὶ ἰχθύων διοριζόντων θήρας ἐκεῖνο τὸ μέρος ἀδιόριστον ὁρᾶται νόμῳ, ὃ ἐποχὴν ὀνομάζειν ἐγνώκασιν (ὡς ἔοικεν οὔπω τούτου τοῦ ἐπιτηδεύματος γνωρίμου τυγχάνοντος καθ' ὃν καιρὸν εἰς γένεσιν οἱ νόμοι προήρχοντο), βουλόμεθα καὶ τοῦτο νόμου διάταξιν ἀποφέρεσθαι.

Ἥνπερ οὖν ἀντὶ νομικοῦ [20] ψηφίσματος γνώμην οὐκ ἔξω τοῦ πρέποντος φερομένην ἔδοξεν ἐν τούτῳ τῆς θήρας τῷ ἐπιτηδεύματι διαιτᾶν τῇ συνηθείᾳ, φαμὲν δὴ [21] τὸ μέχρι τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε ὀργυιῶν παρατεινόμενον μέτρον τῶν ἀποστάσεων, τοῦτο ἡμεῖς νόμου τιμῶντες ἀξιώματι ἀπὸ τοῦ παρόντος νόμον εἶναι θεσπίζομεν. Εἰ γὰρ καὶ χωρὶς τοῦ τετιμῆσθαι τούτῳ δὴ τῷ προνομίῳ [22] καλῶς ἔχειν δοκεῖ τοῖς νῦν τὰ περὶ ἐποχῶν ταύτῃ τῇ γνώμῃ ῥυθμίζεσθαι, ἀλλ' ὅμως ἵνα μᾶλλον ἐν τῷ βεβαίῳ ᾖ καὶ ἡ περὶ αὐτὴν εὐλάβεια διηνεκῶς σώζοιτο, νόμος ἔστω, καὶ ἀλλήλων ἀφιστάσθωσαν αἱ ἐποχαὶ τὸ νενομισμένον τῇ συνηθείᾳ τῶν τριακοσίων ἑξήκοντα καὶ πέντε ὀργυιῶν διάστημα· δηλονότι ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ τοιούτου μέτρου τοῦ διαστήματος λαμβανομένου, ὡς εἶναι τὰς μὲν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα δύο καὶ ἥμισυ ἀπὸ τῶν ὁρίων τοῦ ἑνὸς διηκούσας μέρους, τὸ δὲ λοιπὸν μέτρον διήκειν μέχρι τοῦ γειτονεύοντος. Ταῦτα δέ φαμεν περὶ τῶν μεταγενεστέρων τοῦ παρόντος νόμου δεχομένων τὴν σύστασιν καὶ παραγωγήν [23]· αἱ γὰρ προφθάσασαι τὸ νῦν διδομένον ἐποχαὶ, κἂν μὴ τῷ διορισθέντι ἀφεστήκασι διαστήματι, οὐδὲν ἐκ τοῦ νόμου καινοτομηθήσονται, ἀλλὰ διαμενοῦσιν ἐφ' ἧς ἐξ ἀρχῆς ἔλαχον στάσεως.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΝΗ'.

Περὶ τοῦ μηδένα τὸ αἷμα βρῶμα ποιεῖσθαι, οὐδ' αὐτὸ πιπράσκειν ἢ ὠνεῖσθαι.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Καὶ πάλαι τῷ νομοθέτῃ Μωσῇ Θεὸς ἐντέλλεται,

VARIÆ LECTIONES.

[18] Ecl. τὴν χρῆσιν habet pro τὴν κτ. τε καὶ αὐλήν. [19] Codd. et Ecl. λαμβάνοι. [20] Ita Ecl. Zuich. et Meerm. νομίκου. Scrimg. νομίμου. [21] Scrimg. δὲ, Zuich. ἐπί. [22] Ecl. νόμῳ. [23] Ecl. προαγ.

NOTÆ.

(71) D. l. 13, in fin.

(72) Ὑπὲρ τοῦ τόπου, Scrimger hinc τοπιατικὸν, quod et solarium et locarium, vid. d. l. 15, in fin.

(73) Adde Novell. 102, 103, 104, inf. eod. et his quidem de rebus ante hunc Leonem nihil constitutum.

(74) In pothyris seu vestibulis ædium, de quibus superiore Nov. dictum est, maxime in angusto mari, ut in Bosphoro Thracico ut plurimum erant ἐποχαὶ aut certe ἐποχῶν initia, quæ posteriores dixere θράνας retia in mari extensa confixis palis. Phavorinus δίκτυα ἀγρεύοντα τοὺς ἰχθύας: quam ob rem ἐποχῆς τὴν ἧπειρον dixit Leo Novell. 83 et 104, j. eod. et ἐφάπλωμα interpres Novell. 102, vid. Cujac. 14, obs. 1.

(75) Jubet Leo intermitti spatium 182, ulnarum a superiore vicina epocha et totidem ab inferiore.

(76) Sanguis animalium cibus homini esse prohibetur. Ita reducitur jus Mosaicum Lev. xvii, receptum etiam temporibus primitivæ Ecclesiæ.

(77) Act. xv, vers. 19. Levit. ii, 17.

αἷμα οὐ φάγεσθαι, καὶ παρὰ τῶν κηρύκων τῆς χάριτος ἀπέχεσθαι τῆς τοιαύτης νενομοθέτηται βρώσεως. Καὶ οὕτω κἀν τῇ παλαιᾷ κἀν τῇ νέᾳ χάριτι συμφώνως ἀθεμίτου δοκοῦντος καὶ ἀποβλήτου τοῦ πράγματος, εἰς τοσοῦτον αὐθαδείας, μᾶλλον δὲ παραπληξίας ἤκουσιν ἄνθρωποι, ὡς μηδ' ἑτέρᾳ τῶν νομοθεσιῶν ὑπέχειν εὐήκοον οὖς. Ἀλλ' ἀναίδην οἱ μὲν κέρδους ἕνεκα, οἱ δὲ τὸ γαστρίμαργον θεραπεύοντες καταφρονοῦσι μὲν τοῦ παραγγέλματος, βρῶμα δὲ ποιοῦνται τὸ ἀπηγορευμένον[36] εἰς βρῶσιν αἷμα. Ἀνήνεκται[38] γὰρ ταῖς ἡμετέραις ἀκοαῖς, ὅτιπερ ὡς χιτῶσι τοῖς ἐντέροις [38] τοῦτο διαλαμβάνοντες, καθάπερ τι τῶν συνήθων βρωμάτων διδόασι τῇ γαστρί.

A dum non esse mandavit Deus, simul ab istiusmodi cibo abstineri debere a præconibus gratiæ (78) est constitutum. Et quanquam tum veteris tum novæ gratiæ tempore illa res vilis habita sit et nefaria : eo tamen contumaciæ, imo vecordiæ homines processere, ut neutri legi aurem præstent morigeram. At contra alii lucri, alii gulæ causa summa cum impudentia mandatum contemnunt, in escamque qua vesci vetitum est, sanguinem convertunt. Perlatum enim ad aures nostras est, quod intestinis tanquam tunicis illum infarcitum, velut consuetum aliquem cibum ventri præbeant.

Τοῦτο οὐκ ἀνασχετὸν ἡ βασιλεία ἡμῶν ὑπολαμβάνουσα, οὐδ' οὕτω παράνομον ἐπίνοιαν πρὸς μόνην γαστέρα κεχηνότων ἀνδρῶν [37] ὑβρίζειν μὲν θεῖα ἐντάλματα, ὑβρίζειν δὲ τῆς ἡμετέρας πολιτείας τὸ ἔντιμον ἀνεχομένη, κελεύει τὸ τοιοῦτον ἄγος μηδ' ὅλως τινὰ εἰς τόλμαν ἐκφέρεσθαι ἐπιτηδεύειν, μήτε πρὸς οἰκείαν χρῆσιν μήθ' ὥστε ἄλλους ὠνουμένους ἐναγεῖ καταμιαίνεσθαι βρώματι. Καὶ ἴστω πᾶς τις ὁ φωραθεὶς κατολιγωρήσας ἀπὸ τοῦ παρόντος καιροῦ τοῦ θείου ἐντάλματος, καὶ τὸ αἷμα βρῶμα ποιούμενος (κἂν τε πιπράσκων κἂν τε ὠνούμενος εἴη), ὡς τῶν τε προσόντων δημεύσει ὑποβληθήσεται, καὶ μετὰ τὸ εἰς τὸ σῶμα πικρῶς αἰκισθῆναι καὶ ἐν χρῷ κουρεῖᾳ ἀτιμασθῆναι φυγῇ τῆς πατρίδος ἀΐδίῳ ζημιωθήσεται. Ἐπὶ ταύτῃ δὲ τῇ δίκῃ καὶ τοὺς ἐν ἑκάστῃ πόλει ἐπάρχοντας μὴ ἀφεῖσθαι ἀνεγκλήτους προστάσσομεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς (οὐκ ἂν γὰρ τοῦτο παρενομεῖτο, εἰ τῷ πρέποντι δραστηρίῳ ἀρχικοῖς ἀνδράσι τὴν ἀρχὴν διεκόσμουν) δέκα λιτρῶν χρυσοῦ ζημίαν ὑπέχειν τῆς ἀμελοῦς καὶ ῥᾳθύμου τῶν ὑποχειρίων ἐπιστασίας.

Quod tolerari non debere imperatoria nostra majestas rata, neque tam impio soli gulæ inhiantium hominum invento, nunc præcepta divina, nunc reipublicæ nostræ honestatem dedecore afficisustinens, jubet, *ne quis id* scelus, neque ad suum usum, neque ut emptores detestando cibo contaminentur, ullo modo exercere audeat. At sciat, quicunque dehinc divinum mandatum contemnere, sanguinemque in cibum convertere (sive vendat, sive emat) deprehensus fuerit, se bonorum publicationi subjiciendum, et ubi acerbum in modum flagris cæsus, ac cute tenus fœde tonsus erit (79), perpetuo patriæ exsilio multandum esse. Quo quidem in judicio, neque civitatum magistratus citra criminationem dimittendos censemus : sed ut et ipsi (neque enim, si illi convenienti alacritate magistratum gessissent, id scelus commissum esset) quod negligenter socorditerque subditis præfuerint, decem librarum auri multam sustineant..

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΝΘ'.

Περὶ τοῦ ἐάν τις ἐλεύθερος πεφυκὼς ἑαυτὸν εἰς δουλείαν ἀπεμπολοίη, μὴ συνεστηκέναι τὴν πρᾶσιν.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Εἷς καὶ οὗτος νόμος ἐστὶ τῶν μὴ πρεπόντων τῇ εὐταξίᾳ τῆς ἡμῶν πολιτείας μήτε ἀποδοχῆς ἀξίων μήτε χώραν ὀφειλόντων λαβεῖν ἐνεργείας, ὃς τὸν ἐλεύθερον μὲν πεφυκότα, φαυλότητι δὲ γνώμης τὸ

CONSTITUTIO LIX.

Abrogatio legis (80) *quæ hominem liberum se vendere permittit.*

Idem imperator eidem Styliano.

Quæ lex hominem liberum, qui tam ignavi atque abjecti animi est, ut libertatis dignitatem dedecore afficiens, quo exsecrabile pro servitute persolvendi pretii lucrum participet (81), suam servitutem

VARIÆ LECTIONES.

[36] Meerm. ἀπηγορευθέν. [38] Zulch. et Meerm. ἀνηνέχθη. [38] Codd. ἑτέροις. [37] Scrimg. τῶν ἀνδρ. Agyl. conj. ἀνθρώπων.

NOTÆ.

(78) Act. xxv, vers. 29, Canon Apost. 62.

(79) Pœnæ simile genus exstat in Novell. 62, in fin.

(80) Liber homo se nullo modo vendere ad pretium sui participandum potest : et ita abrogatur l. 5, § 1, ff. De statu; l. 6, § 5, ff. De injusto; l. 14, ff. De pœnis, § 4. Instit. De jure personar.

(81) Συμμοιράσασθαι. Scrimg. ad pretium participandum; l. 5, § 1, ff. De statu; l. 6, § 5, ff. De injusto. § 4. Inst. De jur. pers. ἐπὶ τὸ μοιρίσασθαι τὸ τίμημα. Theoph. ibi. Quæri hic potest quemadmodum ea venditio (nam in pignoratione minus est dubii l. 23, § 1, De liberali causa et ministerio l. 16, C. De liberali), aut cujus tandem pretium venditionis istius acceptum fieret? an venditoris? non video, cum statim ab ipsa venditione venditor servus efficiatur, nihilque ab eo momento suum vel proprium habeat. An emptoris? ne id quidem; nam qua manu pretium numeraret, eadem statim reciperet, nulloque momento in venditoris persona constaret l. 79, s. de acq. hæred. An extranei? Non video quoque quemquam tam facilem in alium fuisse, ut se alterius locupletandi vel juvandi causa vendere velit. Itaque puto liberos et ingenuos homines eo redactos nonnunquam fuisse, quod herum a quo alerentur interdum nancisci eis expediret magis quam in perpetua mendicitate

mercetur, non castigat, neque scelus illud corrigit; profecto et illa earum una est quæ rectum reipublicæ nostræ statum dedecent, ac approbatione indignæ sunt, neque auctoritatem et efficaciam accipere debent. *Illam* itaque de eo qui res suas ita gubernat, *latam* legem, quæ dementiam firmam esse permittit, neque eversa indigna illa mercatura, hos qui per insipientiam talia faciunt, competentibus pœnis subjicit, neque legis propositum scimus servare, neque quæ convenienti legibus reverentia potiatur, dignam putamus. Si enim quod (82) pater filiis est, id idem leges civibus esse oportet, ut in hoc unum quod illis conducat ac salutare sit, colliment: quomodo hanc legem qui tantum incommodum atque damnum incumbere iis qui per dementiam in id se conjecerunt, sinit, legibus annumerari æquum est?

Hanc itaque nos legibus excerptam in exsilium mittentes, sancimus, *ut si quis* ita demens sit, ut libertatem servitute commutans se ipsum vendat, ne is contractus validus sit, sed evertatur, et simul ipse libertatis suæ proditor, simul is qui cum ipso ad facinus designavit, verberibus castigentur, nihiloque minus vesaniæ mancipio libertas in pristino suo statu servetur.

CONSTITUTIO LX (83).

Qua pœna (84) *castratores* (85) *affici debeant.*

Idem imperator eidem Styliano.

Virtutis (86) ad procreandum a Deo naturæ ineditæ exsectio non minore cum audacia identidem committitur, quam si apud Deum nulli pœnæ obnoxia esset, cum tamen vel maxime sit; et quanquam veteribus legislatoribus curæ fuerit, ut id malum ultrice lege excideretur, quo respublica ab istiusmodi invento munda esset: haud scio tamen, cum si cui alii, huic certe præscripto obtemperari, atque a naturæ mutilatione abstineri æquum sit, quamobrem non ita faciant homines: sed tanquam utilitatem quamdam, istiusmodi ad-

A τίμιον τῆς ἐλευθερίας ὑβρίζοντα καὶ τὴν οἰκείαν ἐμπορευόμενον δούλευσιν[28] ἐπὶ τῷ[29] κέρδος μιαρὸν ἀντὶ τῆς δουλείας τοῦ καταβεβλημένου τιμήματος, συμμοιράσασθαι, ἀσωφρόνιστον ἐῶν, οὐκ ἐπανορθοῖ τὴν παρανομίαν. Τοιγαροῦν τοῦ τὰ οἰκεῖα οὕτω τιθεμένου[30] τὸν νόμον δὲ παραχωρεῖ τὴν παραφροσύνην βεβαίαν ὑπάρχειν, ἀλλὰ μὴ μετὰ τοῦ ἀνατρέπειν τὴν ἄτιμον ἐμπορίαν καὶ ποιναῖς ἁρμοζούσαις καθυποβάλλει τοὺς τοιαῦτα ποιεῖν ἀφρονευομένους, οὔτε νόμου προαίρεσιν διασώζειν ἴσμεν οὔτε τῆς πρεπούσης νόμοις αἰδοῦς τε καὶ τιμῆς ἐπιτυγχάνειν νομίζομεν ἄξιον. Εἰ γὰρ ὅπερ πατὴρ τέκνοις, τοῦτο δεῖ τοῖς πολίταις εἶναι τοὺς νόμους, πρὸς ἓν[31] μόνον τὸ συμφέρον καὶ σωτήριον τῶν πολιτευομένων ὁρῶντας, ποῦ δίκαιος οὗτος νόμοις συνεξετάζεσθαι, τοιαύτην βλάβην καὶ ζημίαν συγχωρῶν ἐπικεῖσθαι τοῖς ἀνοήτως ἑαυτοὺς εἰς ταύτην ὑποβεβληκόσι;

B

Τοῦτο οὖν ἐξοστρακίζοντες καὶ τῶν νόμων ἐκφυλλοροῦντες ἡμεῖς θεσπίζομεν, εἴ τις οὕτως ὀφθείη δυστυχῶν εἰς φρένας, καὶ δουλείαν ἐλευθερίας ἀντικαταλλαττόμενος ἑαυτὸν ἀπεμπολοίη, μὴ συνεστηκέναι, ἀλλὰ ἀνατρέπεσθαι τὴν πρᾶξιν, αὐτοῦ τε τοῦ προδότου τῆς ἰδίας ἐλευθερίας καὶ τοῦ συγκακουργοῦντος αὐτῷ πληγαῖς τε εἰς τὸ σῶμα σωφρονιζομένων, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐν τῷ οἰκείῳ τηρουμένης σχήματι τῷ τῆς ἀνοίας ἀνδραπόδῳ.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ Ξ'.

Περὶ τῶν εὐνουχιζόντων τιμωρίας ἄλλως ἢ κατὰ τὸν πρόσθεν νόμον.

C

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Πρᾶγμα τολμώμενον μὲν ἀφειδῶς ὡς μηδεμιᾶς παρὰ Θεῷ δοκοῦν ἔνοχον δίκης, μάλιστα δὲ ὂν ἄξιον δίκης, ἡ ἐκτομὴ τῆς ἐντεθειμένης ὑπὸ Θεοῦ τῇ φύσει δυνάμεως πρὸς διαδοχὴν τοῦ γένους, πάλαι μὲν τιμωροῦντι νόμῳ διὰ προνοίας ἐγεγόνει τοῖς νομοθέταις λαβεῖν ἐκκοπήν, ὥστε τῆς τοιαύτης ἐπινοίας καθαίρειν τὴν ἡμετέραν πολιτείαν· οὐκ οἶδα δὲ ὅπως δέον εἴπερ τινὶ ἄλλῳ τούτῳ πείθεσθαι τῷ παραγγέλματι καὶ φείδεσθαι λωβᾶν τῇ φύσει, οὐχ οὕτω ποιοῦσιν, ἀλλ' ὥσπερ τι τῶν ὠφελίμων τὴν κατὰ τοῦ γένους τοιαύτην ἐπιβουλὴν λογιζόμενοι, τὰ δι' ὧν

VARIÆ LECTIONES.

[28] Zuich. δούλωσιν. [29] Scrimg. ἐπὶ τό. [30] Hæc verba τοῦ — τιθεμένου aut corrupta aut post παραφροσύνην collocanda esse videntur. [31] Zuich. om. ἓν.

NOTÆ.

vivere. Ac ne interea temere se in servitutem dedisse viderentur; utque aliquam speciem hominis ingenui semper præ se ferrent, ab emptore (Theophilus paulo aliter rem explicat. Inst. De jure personar. § οἱ δὲ δοῦλοι, eo sensu. Ego cum aliquo egi, ut me venderet viginti nummis et sibi pro lucro quinque haberet, quindecim mihi redderet) partem sui ipsius pretii, ejusque liberam perpetuamque administrationem stipulabantur. Arg. l. 2, ff. Si ingenuus; quod postea vel iniquum, mutatum est a Leone hac Novella; non immerito: cum tamen sui ipsius venditionem natura quodammodo respuat; et parum admodum intersit, mortem quis sibi naturalem vel civilem conciscat, cum nemo sit membrorum suorum dominus l. 13, s. Ad legem Aquil. quod hominis liberi nulla sit æstimatio l. ult. ff. De his qui dejecer. Quod iniquum sit minori viginti quinque annis in integrum restitutionem ad res suas alienatas revocandas concedi, nec tamen ad libertatem amissam seu venditam revocandam dari.

D

(82) Lex id est civibus quod pater liberis; idco dicitur lex πόλεως συνθήκη κοινή, l. 2, ff. De legibus.

(83) Hujus Novellæ meminit Balsamon ad c. 21, 22, 23. Apost.

(84) Castratores enim ad eamdem pœnam adigebantur. J. eod. et Novell. 142, c. 1. Quod hac constitutione abrogatur.

(85) De castratoribus, adde l. 27, § 28, ff. ad l. Aquil. 3, § 4; l. 4, § 1, l. 6. ff. De sicariis; Paul. 5, sent. 23, § 1.

(86) Δυνάμεως πρὸς διαδοχὴν τοῦ γένους δύναμις, natura l. 9, ff. De liber. et posthum.

γένεσις ἀνθρώπου πρὸς φῶς ἔρχεται ἀποκείροντες ἀνθρώπους [35], ἕτερον αὐτοὶ πλάσμα καὶ οὐχ οἷον οἶδεν ἡ τοῦ Πλάστου σοφία τῷ κόσμῳ παρεισάγειν φιλονεικοῦσι. Τοῦτο οὖν ἡμεῖς οὐκ ἀνεκτὸν [36] ἡγούμεθα παριδεῖν, ἀλλὰ νόμῳ τὴν περὶ αὐτοῦ ποινὴν ὁρίζοντες πειρώμεθα σὺν Θεῷ τῆς τόλμης ἐπισχεῖν τοὺς οὕτω μὴ διευλαβουμένους τῷ θείῳ λυμαίνεσθαι πλάσματι. Ἡ μὲν οὖν τῶν προλαβόντων νομοθετῶν ψῆφος [34] τοὺς τοῦτο τολμῶντας εἰς τὴν αὐτὴν ἀντιπεριίστησι λώβην τοῖς παθοῦσι τοὺς λωβησαμένους, καὶ ὅπερ αὐτοῖς ἐπιθυμητὸν ἔδοξεν ἐν ἄλλοις ἰδεῖν, τοῦτο καὶ ἐν ἑαυτοῖς [38] ὁρᾷν κατεπράττετο, οὐ λίαν ἔμοιγε [39] ἀδίκως εἰ καὶ μὴ λίαν πρεπόντως ὁρίζουσα. Οὐδὲ γὰρ ὅτι ἐκεῖνος ἐτόλμα οἷον ἀντιπλαστουργεῖν τῷ Θεῷ, διὰ τοῦτο καὶ τὸν ἐκδικοῦντα μιμεῖσθαι καὶ ἀντιπλαστουργεῖν ἔχει καλῶς, πλὴν ἀλλὰ πρός γε τὴν ἀπόνοιαν οὐ λίαν, ὥσπερ ἔφην, ἄτοπον. Ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ ἄλλως ἐτιμωρεῖτο τοὺς ἀνόσιον ἔργον τολμῶντας· τά τε γὰρ προσόντα ἐδημοσίου, καὶ ἀΐδίῳ φυγῇ κατεδίκαζε, καὶ τὸν ὑποστάντα τὴν ἀδικίαν δοῦλον ὄντα ἐλευθερίᾳ ἐτίμα. Ἡ μὲν οὖν τῶν προλαβόντων νομοθεσία τοιαύτη, ἡμεῖς δὲ περὶ τοῦ πράγματος ψῆφον ἐξάγοντες, τὸ μὲν ἀντιλωβᾶσθαι τοὺς ἐπιβούλους τῆς φύσεως παραπλησίῳ λώβῃ ἀπαγορεύομεν, τοῖς δ' ἄλλοις ἐπ' αὐτῷ ὡρισμένοις, εἰ καὶ κάνταῦθα πρὸς τὸ φιλανθρωπότερον ἡ δίκη ὁρᾷ, ἀλλ' οὖν ὑποκεῖσθαι αὐτοὺς οὐκ ἀπαρέσκει [37].

Θεσπίζομεν οὖν, πρῶτον μὲν τὸν προσκαλεσάμενον τὸν ἐνεργοῦντα τὴν κατοτεχνίαν, ἐφ' ᾧ ἐνεργῆσαι [38], εἰ μὲν [39] τῷ καταλόγῳ τῶν βασιλείων ἀνθρώπων τελεῖ, ἐκκόπτεσθαι τοῦ καταλόγου, ἔπειτα δὲ καὶ δέκα λιτρῶν χρυσίου εἰς τὸ δημόσιον ἀναφερομένων ζημίαν ὑπέχειν καὶ μέχρι δέκα ἐτῶν ὑπερόριον τῆς πατρίδος γίνεσθαι, τὸν δὲ τῆς κακοτεχνίας ἐργάτην καὶ αὐτὸν πρῶτον μὲν μάστιξι ταῖς εἰς τὸ σῶμα καὶ ἐν χρῷ κουρείᾳ ἀτιμάζεσθαι, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ὄντων ἀποστερεῖσθαι καὶ ἴσῳ καιροῦ μέτρῳ τῆς ἐνεγκούσης φεύγειν. Ὁ δὲ τὴν ἀδικίαν ὑποστὰς, εἰ μὲν τῶν ὑπὸ δουλείαν τελούντων εἴη, τὸν ὑπόλοιπον χρόνον τῆς αὐτοῦ ζωῆς δουλικῆς τύχης

versus generandi vim insidias reputantes, membra quæ homini nascendi causam suppeditant, lancinent, et creaturam aliam quam qualis Conditoris sapientiæ placuerit, in mundum introducere contendant. Hoc igitur cum inultum relinquendum non putemus, lege in id pœnam constituentes, quibus adeo divinam creaturam deformare religio non est, eorum audaciam, auxiliante Deo, reprimere conemur, ac superiorum quidem legislatorum decretum eos qui id auderent ad (87) eamdem mutilationem quam aliis intulerint adigit, quodque ipsi in aliis videre desiderarint, id ut itidem in se videant, conficit; idque me judice, non ita præter æquitatem; quanquam non valde decore. Non enim quia ille creaturam Dei *quasi* refingere ausus est continuo vindicem id imitari, et pariter (88) refingere, æquum est. Verumtamen, quantum ad inventum attinet, non valde (quemadmodum dixi) id alienum est. Ad hoc autem alio etiam modo, qui impium hoc factum auderent, puniebat. Bona namque publicabat, perpetuoque ipsos exsilio adjudicabat; et qui injuriam sustinuisset, si servus esset, libertate honorabat (89). Atque superiorum quidem decretum istiusmodi erat. Nos vero de re illa sententiam pronuntiantes, naturæ insidiatores simili mutilatione vicissim mutilari prohibemus: aliis autem isti crimini constitutis pœnis, (tametsi hic etiam ad clementiorem sententiam respiciamus) subjacere ipsos non displicet.

Sancimus itaque, *si qui detestandæ* hujus artis artificem ad castrandum advocarit, si in albo imperatorii famulatus sit, primum albo eximatur; ac deinde decem auri libris in fiscum deferendis multatus in decennium relegetur. Malæ vero istius artis artifex, et ipse primum flagris cuteque tenus tonsione deformetur, et deinde bonis privatus, eodem temporis spatio patria exsulet (90-93); qui autem injuriam sustinuit, si servilis conditionis sit reliquo vitæ suæ curriculo ab illa liber erit; sin liberæ, tanquam ipse, quod injuriam admisit, ejus sibi auctor sit, quod passus est, suo consensui acceptum feret (94). Cæterum

VARIÆ LECTIONES.

[35] Malim ἀνθρώπους. [36] Codd. ἠνεκτόν. Steph. et Agyl. ἀνεκδίκητον. [34] Justiniani Nov. 142, c. 1. [38] Scrimg. αὐτοῖς. [39] Agyl. suppleidοκεῖν. [37] Basil. οὐ πάνυ τι ἀπαρεσκόμεθα. [38] Ita Basil. vulgo: ἐνεργήσει. [39] Lacuna hic est sive legis sive Codicum.

NOTÆ.

(87) Id est, ad eamdem castrationem.

(88) Talionis est pœna, ut tale qui patiatur quod fecit, de Talionis pœna dixi multis locis, quibus adjunge Nov. 93, J. l. ult. Cod. ne sanc. baptism. l. ult. C. De accusat. l. ult. C. De calumniatorib. l. 7, C. ad l. Jul. De vi publica, l. ult. C. De his qui latrones. Nov. 123, c. 11. Exod. xxi, Lev. xxiv, Deut. xix, Matth. v, Apocal. xiii, c. quod debetur 14, q. 1, c. Sex differentiæ 23, q. 5, 4. l. 3, De contumeliis et vulneribus l. 6, C. Wisigoit. lib. vi, Quintil. decl. 358, 273, Isidor. 5, Etymol. 27, Diodor. 13, Aristoteles tamen 5, Ethic. ut et apud Gellium 20, c. 1, τὸ ἀντιπέπονθεν reprobat. Nec est etiam hodie in usu, vid. Pet. Greg. 31, syntagm. 20.

(89) D. Nov. 142. Qui publicabantur, id est, publici fiebant l. 1, C. De Eunuchis.

(90-93) Lege Ripuariorum si ingenuus ingenuum castrasset, 300, solidis multabatur tit. 6, § 1, Legis Ripuariorum.

(94) Pœnis tamen ecclesiasticis subjicitur, nam si seipsum mutilavit ne fieret clericus ut sui homicida Deoque opifici hostis judicatur c. 22, apost. si jam clericus, deponitur, c. 23. Quid si laicus? tribus annis segregatur, c. 24, ibid. non idem est in eo qui vi hostium vel a tyranno persecutionis tempore castratus est, aut qui natus est eunuchus c. 21, apost.

si qui exactionem sustinuit, ea illi (ut sæpe fit) remedium attulerit (95), nihil neque nobis neque legi adversari videtur. Id enim naturam non mutilare, sed illi succurrere est.

A ἀμείνων ἔσται· εἰ δὲ τῶν ἐλευθέρων προσώπων, ὡς αὐτὸς ἑαυτῷ δι' ὧν κατεδέξατο οὐκ ὢν τῆς ἀδικίας ἀναίτιος, τῆς [46] οἰκείας γνώμης ὅπερ ἔπαθε τοῦτο κερδήσει. Εἰ μέντοιγε (οἷα πολλὰ συμβαίνει) βλάβην ὑποστάντος τοῦ ζώου [47] ἡ ἐκτομὴ τὴν θεραπείαν φέρει, τοῦτο οὔθ' ἡμῖν, οὔτε τῷ νόμῳ ὑπεναντίον δοκεῖ· οὐ γὰρ λώβη, ἀλλὰ βοήθεια τοῦ πλάσματος τὸ πρᾶγμά ἐστι.

CONSTITUTIO LXI.

Tributorum exactores, si plus quam debeant exegerint, qua pœna (96) *afficiendi sint.*

Idem imperator eidem Styliano.

Si rectam æquitatis semitam mortales ingredi vellent, sane quam magna hinc communi vitæ tum beatitudo, tum salus accederet. Non enim austeritatem præ se ferre legislatoribus opus esset, neque ultrices leges in periculorum difficultates aliquos conjicerent. Nunc vero quanquam et commoda et salutaris æquitatis via sit, plerique tamen illam ingredi nolunt : sed tanquam laboriosa (97) atque aspera sit, miseriasque viatoribus afferat, declinant. Sunt enim, sunt, *inquam*, quibus pessima (98) *quæque* placent : quique ab æquitatis itinere deflectentes, ad iniquitatis viam densis spinis stratam (qua viatores in perditionis præcipitia aguntur) alacri avidoque animo se conferunt. Quorum etiam temerarium impetum veteres castigandum esse putantes, illum lege, tanquam freno, inhibere instituerunt. Sed quomodo illi iniquitatem profligare, atque e diverso æquitatem constituere studuerint. * * * Et quis (quæso) quæ nostra majestas suscipit, non approbet? Quod vero in nonnullis non pro delicti merito pœnam statuere, istiusmodi decretum amplecti recusamus. Quando etenim pro commissi ratione reis judicium obvenit, æquum revera decretum est : quæque illis irrogatur pœna justa. At quando delictum gravius (99) quam oporteat punitur, non id justitiæ sed potius injustitiæ esse censendum est.

Quocirca sane, cum superiores legem (1-2) promulgarint, quæ illis qui colligendis publicis tributis præfecti sunt (διοικητὰς promiscuum vulgus appellare consuevit) si supra legitimum modum tributa extendere audeant, gravissimam pœnam infligit (morte enim id delictum persequitur) et vero non omnino merito tantæ pœnæ illos subjicinos existimemus, admissionem illi denegamus : contraque statuimus, *ut si quis* in id crimen incidisse deprehendatur, semelque tantum id ausus sit, quod

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΞΑ'.

Περὶ τοῦ πῶς δεῖ ζημιοῦσθαι τοὺς διοικητὰς ὑπερεκτείνοντας τὰ τέλη.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ὡς ἦν μακάριον καὶ τῷ βίῳ σωτήριον τὴν εὐθεῖαν τοῦ δικαίου τρίβον βούλεσθαι τοὺς ἀνθρώπους βαδίζειν· οὐ γὰρ οὔτε νομοθέταις ἐδέησεν αὐστηρίαν ἐνδείξασθαι, οὔτε τιμωροὶ νόμοι εἰς χαλεπότητα κινδύνων τινὰς περιίστων· νῦν δ' ὑπαρχούσης λυσιτελοῦς καὶ σωτηρίου τῆς δικαίας πορείας, οὐκ ἐθέλουσι τῶν ἀνθρώπων οἱ πλεῖστοι ταύτην πορεύεσθαι, ἀλλ' ὡς ἐπίπονον καὶ τραχεῖαν καὶ ταλαιπωρίαν φέρουσαν τοῖς ὁδίταις ἐκκλίνουσιν. Εἰσὶ γάρ, εἰσὶν, οἷς ἀρέσκει τὰ χείριστα, καὶ ταύτης μὲν ἀπονεύοντες, πρὸς δὲ τὴν ἧς ἐπέστρωται ἄκανθα συχνὴ [48] ἀδικίαν καὶ ἧς πρὸς ἀπωλείας κρημνοὺς ἐλαύνουσιν [49] οἱ ὁδῖται προθύμως βαδίζοντες. Ὧν καὶ τὸ ἄτακτον ὁρμημα κολάζειν [50] οἱ πάλαι δικαιώσαντες, ὥσπερ τινὶ χαλινῷ τῷ νόμῳ ἔθεντο γνώμην ἀναχαιτίζειν. Ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τοῦ σπουδὴν αὐτοὺς ἀναλαβεῖν ἐξελαύνουσαν ἀδικίαν, συνισαμένην δὲ τῷ δικαίῳ, (καὶ τίς γὰρ ἂν οὐκ ἀποδέξαιτο;) καὶ τὸ ἡμέτερον ἀποδέχεται κράτος· ὅτι δὲ μὴ κατ' ἀξίαν τοῦ πταίσματος ἔν τισι γνωρίζειν [51] ἔγνωσαν τὴν ποινὴν, οὐκ ἐν ἀποδοχῇ τὴν τοιαύτην ψῆφον ἐθέμεθα. Τῆς κρίσεως γὰρ ἀπαντώσης κατὰ λόγον τοῦ ἁμαρτήματος τοῖς ἐξημαρτηκόσι, δίκης ὡς ἀληθῶς ἐστι ψῆφος καὶ δίκαιον τὸ τούτοις ἐπιτιθέμενον τίμημα, βαρυτέρας δὲ κολάσεως ἢ ἐφ' ὅσον ἔδει κολασθῆναι τὸ πταῖσμα προϊούσης, οὐκέτι δίκης ἔργον, ἀδικίας δὲ μᾶλλον εἴη τὸ γινόμενον.

Διὰ τοῦτο ἄρα τῶν πρὸ ἡμῶν ἐκτεθεικότων νόμον [52], ὃς τοὺς ἐπὶ συλλογὴν τῶν δημοσίων φόρων καθισταμένους (διοικητὰς δ' αὐτοὺς ἡ συνήθως ὁμιλία καλεῖν οἶδε) τολμῶντας ὑπερεκτείνειν πλέον τοῦ νενομισμένου τὰ τέλη, βαρυτάτην εἰσπράττεται δίκην (θανάτου γὰρ τὸ πταῖσμα τιμᾶται), ἐπεὶ μὴ κατὰ λόγον συγγινώσκομεν ὑποβάλλοντα [53] τοὺς ἁμαρτάνοντας τῇ τοσαύτῃ ζημίᾳ, τούτῳ μὲν χώραν ἀποδοχῆς οὐ προσνέμομεν, θεσπίζομεν δὲ τὸν εἴ τις τοιούτῳ ἁλῷ περιπίπτων ἐγκλήματι, ἅπαξ μὲν τοῦ πρά-

VARIÆ LECTIONES.

[46] Steph. et Agyl. ἀπὸ τῆς scribendum esse conjecerunt. [47] Forte σόου. [48] Zuich. et Meerm. ὑπέστρωται—συχνήν. Agyl. vult συχνά. [49] Spangenb. conj. καὶ ὑφ' ἧς—ἐλαύνονται. [50] Spang. et Beck κολάζει, typorum vitio, ut videtur. [51] Steph. conj. ἔν τισιν ὁρίζειν. Haud inepte. [52] Codd. νόμων, quod emendavit Steph. [53] Sc. τὸν νόμον. Vulgo ὑποβάλλοντες.

NOTÆ.

(95) C. 4 Nicænæ synod.

(96) Tributorum exactores injusti olim capitali supplicio afficiebantur, l. un. C. De superexactorib. lib. 10. Hac autem Novella pecuniaria dupli vel quadrupli multa puniuntur, et ita abrogatur d. lex un.

(97) Virg. : *Nam via virtutis dextrum petit ardua callem, Difficilemque aditum primum spectantibus offert.* Hesiodus vers. 288, 289, loqueus de virtutis via : Μακρὸς καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτὴν καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον

(98) Hinc illud Medeæ : *Video meliora proboque, Deteriora sequor.*

(99) L. 12, ff. De pœn. Novell. Justin. 82, cap. 10.

(1-2) L. un. C. De superexactoribus l. 10, tit. 20.

γματος τολμηθέντος, διπλῇ ἀπαιτήσει ζημιοῦσθαι οὗ ὑπερεκτείνων [48] ὤφθη τέλους τὴν εἴσπραξιν, εἰ δ' ἐπιμένοι τοῦτο πράττων, τετραπλάσιον ἀναστρέφειν τῷ ἠδικημένῳ τὸ ληφθὲν, καὶ ἀτίμως τῆς ἐμπεπιστευμένης φροντίδος ἐξίστασθαι· καὶ εἶναι ἀπό γε τοῦ νῦν τοῦ τοιούτου ἐγκλήματος ταύτην τὴν ζημίαν, ἀλλὰ μὴ περὶ ψυχὴν κινδυνεύειν τοὺς ἀδίκους εἰς χρήματα.

amplius exegerit, ejus duplum dependat : sin id faciens pergat, in quadruplum, quod amplius captum est, ad injuria affectum redeat, illeque cum ignominia a concredito sibi officio decedat. Ac sit sane posthac delicti hujus hæc pœna, neque pecuniariæ reus de vita periclitetur.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΞΒ'.

Περὶ τῆς κολάσεως τῶν τι ἀπεμπολησάντων τοῦ δημοσίου ὑπάρχον.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ἄξιον μὲν τοὺς δημοσίων ἀδικημάτων ἐνόχους κολάζειν καὶ τοιαύταις ὑπάγειν τιμωρίαις, αἳ μέλλουσιν ὅτι μάλιστα πρὸς τὸ σῶφρον ἐπανάγουσαι τοὺς εὐκόλως ἐπὶ τοῦτο ὁρμῶντας ἀνακόπτειν τὰ ἀδικήματα· οὐ μὴν διὰ τοῦτο πλέον ἢ ὅσον ἄξιον τιμωρεῖν προσῆκε, οὐδ' ὑπερόριον αὐτοῦ βιάζεσθαι εἶναι τὸ δίκαιον οὐδὲ σχήματι τῆς αὐτοῦ ἐκδικήσεως τῇ ἀδικίᾳ συνίστασθαι. Τὸ μὲν γὰρ κατὰ τρόπον τοῦ ἁμαρτήματος τὸν ἐξημαρτηκότα κολάζεσθαι τοῦτο δικαίου ἐκδίκησις, τὸ δὲ μεῖζω τοῦ πταίσματος ἀπαιτεῖσθαι τὴν εἴσπραξιν οὐκ οἶμαι σώζειν τὴν ὑπὲρ τοῦ δικαίου προαίρεσιν.

Διὸ [49] τὸ ἡμέτερον κράτος ἐν τοῖς ὑπὸ τῶν προγεγονότων νενομοθετημένοις, ἐν οἷς ποιναῖς ὑποβάλλουσι τούς τι ἀπεμπολεῖν τοῦ δημοσίου ὑπάρχον τολμήσαντας, ψῆφον οὐκ ἐκ τοῦ δικαίου προσφερομένην ἐπείπερ κατέμαθεν, οὐκέτι διορίζεται ταύτην ἰσχὺν ἔχειν [εἰς] τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκλημάτων. Ποῦ γὰρ δίκαιόν τῳ [50], διότι ἀπημπόλησέ τι ὁ ζημίαν τῷ δημοσίῳ φέρει, ζημίαν ἀπαραμύθητον τὴν ἀφαίρεσιν τῆς ζωῆς ὑπάρχειν; Οὐδαμῶς οὖν ἄξιον τὸ πταῖσμα κολάζειν θανάτῳ, οὐδέ γε κρίνεσθαι ταύτῃ συγχωροῦμεν ἡμεῖς τοὺς ἁλισκομένους, ἀλλ' ὃς ἂν δημόσιον [51] ἀπεμπολῶν φωραθῇ, τὸ τετραπλάσιον ἀποδιδοὺς ἀποχρῶσαν ἐχέτω τὴν τιμωρίαν.

CONSTITUTIO LXII.

De pœna (3) ejus qui rem aliquam publicam vendiderit.

Idem imperator eidem Styliano.

Publicarum injuriarum reos castigari, et hujusmodi pœnis quæ in illas pronos ad temperantiam adigentes, quam maxime injurias succidant, subjici justum est. At non idcireo amplius quam par est puniri, neque jus ut fines suos excedat, speciesque justæ vindictæ cum injustitia velut conspiret, cogi convenit. Si enim pro delicti modo qui deliquit, puniatur, justa ea juris ultio sit : at si quam pro eo pœna major infligatur, juris propositum servari non existimo.

Ea propter nostra majestas, posteaquam in iis quæ a superioribus (4) constituta (5) sunt, ubi eos qui publicæ rei aliquid divendere ausi sunt pœnis subjiciant, non justam sententiam proferri dicit : ut ejus criminis persecutio non amplius hanc vim habeat, decernit. Quomodo enim justum est, ut cuiquam, quia quiddam quod detrimentum fisco afferat, vendidit, incurabile damnum vitæ nempe privatio obveniat ? Nequaquam itaque delictum illud morte puniri dignum est, neque nos hoc judicio deprehensos feriri sinimus. *Quicunque autem* publicam rem divendere deprehensus fuerit, ubi quadruplum reddiderit, satis pœnarum sustinuisse putator.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΞΓ'.

Περὶ τῆς κολάσεως τοῖς ἐναντίοις τῶν ἀπηγορευμένων τι διακομισαμένων.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Καὶ τοῦτο τῆς αὐτῆς ὂν αἰτίας τὸ ἔγκλημα καὶ ἴσῃ δίκῃ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν ὑποβεβλημένον, ἡμεῖς ἐξαιροῦντες αὐτὸ τῆς παραμύθιον οὐ δεχομένης κολάσεως (φημὶ δὴ τῆς θάνατον [52] ἐχούσης τὸ ἐπιτίμιον), φιλανθρωποτέρας ὥσπερ καὶ τὰ προειρημένα ἀξιοῦμεν δίκης. Νενομοθέτηται μὲν γὰρ τοῖς πάλαι περὶ τοῦ μὴ δεῖν πρὸς τοὺς πολεμίους διαπορθμεύεσθαι ἃ συγκροτεῖν αὐτοὺς μέλλει καὶ βεβαιοτέρους ἀποτελεῖν, καὶ τοὺς καταφρονητὰς τοῦ θεσπίσματος ψῆφος τοῦ ζῆν ἐξεκόμιζεν.

CONSTITUTIO LXIII.

De pœna illorum qui res vetitas ad hostes transvehunt (6).

Idem imperator eidem Styliano.

Quin et hoc crimen, cum ex eodem fronte manet, eidemque pœnæ a superioribus subjectum sit, insanabili nos castigationi (quippe quæ mortis pœnam contineat) eximentes, mitiore, quemadmodum et prædicta, dignamur pœna. A veteribus (7) enim statutum est ne ad hostes transportentur, quibus illi instrui firmioresque reddi possint, ac sanctionis decretum contemptores de medio tollebat.

VARIÆ LECTIONES.

[48] Codd. ὑπὲρ ἐκείνων. Emendavit Steph. [49] Codd. διά. Steph. conj. διὰ τοῦτο. [50] Zuich. et Mcerm. τόν. Vulgo τῷ. [51] Steph. conj. δημόσιόν τι. [52] Scrimg. θανάτου.

NOTÆ.

(3) Pœna ejus qui rempublicam vendidit quadrupli : ut hic, olim morte affectus, et ita abrogatur l. 3, l. 4, C. quæ res vendi non poss.

(4) Arcadio, Honorio et Theod.

(5) D. l. 3, d. l. 4.

(6) Pœna res vetitas ad hostes transvehentis olim capitalis fuit, l. 4, ff. ad l. Jul. majest. l. 1, 2, C. quæ res export. alia pœna hic constituitur.

(7) Valente, Gratiano, et Martiano.

Nos vero isti quoque crimini mitiorem pœnam (licet acerbam requirat) assignantes, talia constituimus : ut si navis dominus sit, qui res vetitas ad hostes transvexit, consiliumque suum cum nautis non communicarit, is solus pœnam subeat, et supra universum navis onus, ni ipsum inopia valde premat, reliquorum bonorum trientem etiam fisco dependat. Si vero soli nautæ (ut multa illis malitiosum suum animum celantibus contingunt) id facinus ausi sint, ille quidem prorsus liber esto, hi vero pœnam non effugiunto : ac primum quidem flagris cæduntor, cuteque tenus tondentor : deinde vero, si divites sint, eorum quæ exportarunt, quadruplo multantor : si inopes et pauperes, supra verbera ignominiosam tonsionem, quod alios in servitutem tradiderint, libertatem amittunto. Nam qui, quantum in se est, non modo quamplurimos in servitutem ducunt, sed etiam communi vitæ acerbitatem afferunt, tametsi ad servilis vitæ conditionem adigantur, mediocris tamen hæc atque mitis pœna est. Atque hæc quidem, quando communi consilio, et malitia res gesta fuerit, ut simul eam perpetrarunt, ita etiam utrisque ad præstitutum a nobis modum castigandis, simul pœnas sustinebunt.

Ἡμεῖς δὲ καὶ τοῦτο, εἰ καὶ δριμεῖαν ἀπαιτεῖ τὴν ποινήν, ὅμως φιλανθρωποτέρᾳ διδόντες τοιαῦτα διοριζόμεθα· εἰ μὲν εἷς κύριος τῆς νεὼς ὁ τῶν ἀπηγορευμένων διαχομίζεσθαι τοῖς ἐναντίοις τὴν εἰσαγωγὴν ποιησάμενος, γνώμης μὴ [83] κοινωνήσας τοῖς ναύταις, μόνος ὑφιστάσθω τὴν ποινὴν καὶ ἔτι [84] παντὸς τοῦ φόρτου, καὶ εἴ γε μὴ πάνυ ἀπορία πιέζοι, καὶ τρίτην τῆς ἄλλης περιουσίας τῷ δημοσίῳ καταβαλλέτω μοῖραν. Εἰ δὲ πρὸς τοὺς ναύτας τὸ τολμηθὲν ἀφορᾷ (οἷα πολλὰ συμβαίνει τὴν πονηρίαν ἀποκρυψαμένων), ὁ μὲν ἀμείνων ἔστω ποινῆς, οἱ δὲ τὴν δίκην οὐ διαλύσουσιν [85], ἀλλὰ πρῶτον μὲν ταῖς εἰς τὸ σῶμα πληγαῖς καὶ τῇ ἐν χρῷ τιμωρεῖσθωσαν κουρείᾳ, ἔπειτα δὲ προσούσης εὐπορίας τετραπλάσια ζημιούσθωσαν ὧν εἰσαγωγίμων ἐποιήσαντο· εἰ δ' εἶεν ἄποροί τε καὶ πένητες, ἔστωσαν ἐπὶ ταῖς μάστιξι καὶ τῇ ἀτίμῳ τῶν τριχῶν ἀποβολῇ καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀποβάλλοντες, διὰ τοῦ [86] πρὸς δουλείαν ἐκδότους γενέσθαι. Τοὺς γὰρ, ὅσον ἐπ' αὐτοὺς ἦκεν, οὐ μόνον εἰς δουλείαν πλείστους ἄγοντας, ἀλλὰ καὶ βίον πικρῶς ἐξάγοντας, καὶ τοῦτο φιλάνθρωπον [87] καὶ μετρίως ἔχουσα εἴσπραξις, τὸ ζωῆς οἰκετῶν ἠξιῶσθαι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν γνώμης κοινῆς οὐκ ὄντος τοῦ ἀδικήματος. Εἰ δὲ κοινὴ σκέψις καὶ πονηρία τοῦτο κατέπραξεν, ὥσπερ ὁμοῦ τοῦ κακοῦ ἐργάται, οὕτω καὶ τὴν δίκην ἔσονται ὑποσχόντες, οἷς διωρισάμεθα τρόποις ἑκατέρου μέρους κολαζομένου.

CONSTITUTIO LXIV.

De pœna eorum qui naufragium suppresserint (8-9).

Idem imperator eidem Styliano.

Illud etiam atque etiam admiror, quomodo qui naufragio ejectas res occultat, tantum delinquere videatur, ut id mortem ipsi inferre debeat (10). Quod autem qui illos rebus suis defraudat, quibus aliquis misericordia motus, vel de suo sumptus suppeditet, quemque in corde dolorem circumferunt, leniat (cum præsertim graves cruciatus in bonorum amissione sustineri consentaneum sit), ille non mediocre flagitium audeat, id vero luce clarius est. Atqui quod hos, quos vecors cupiditas huc impulit, vita privari oporteat, hoc profecto intellectu assequi nequeo. Nam quid tantum ablatum est, ut cum anima conferri possit, qua privari debere ille condemnatur? Pessimus quidem certe est et sacrilegus, qui se istiusmodi lucro mancipat : ac sane ille (id quod ab aliquibus fit) mortuos spoliat. Verumtamen id facinus istiusmodi non meretur pœnam. Pro (11) re enim materiali et

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΞΔ'.

Περὶ τῆς κολάσεως τῶν ἀποκρυψαμένων τὰ τῶν ναυαγούντων.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ἐκεῖνο δὲ λίαν θαυμάζω, πῶς ὁ τὰ ἐκ θαλαττίου [88] κινδύνου ἀποκρυπτόμενος τοσοῦτον ἔδοξεν ἁμαρτεῖν, ὥστε θάνατον ἐπάγειν αὐτῷ τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν. Ὅτι μὲν γὰρ ἁμαρτίαν οὐ μετρίαν τολμᾷ, ἐκείνους ἀποστερῶν τῶν ἰδίων, οἷς ἴσως καὶ παρ' ἑαυτοῦ ἐπαρκῶν [89] τις εἰς ἔλεον καταστὰς οὐκ ἂν [90] ἦν περιφέρουσι διὰ τῶν ἐγκάτων ὀδύνην καταπραῦνων ὀφθείη (εἰκὸς γὰρ πολλὴν ζημίαν καὶ τῶν ὄντων ἀποβολὴν ὑπομεῖναι), τοῦτο τῶν φαινομένων ἐστίν. Ὅτι δὲ χρὴ ζωῆς ἀποστερεῖσθαι τοὺς καθ' ὧν ἡ ἔκπληξις ἔχει τὴν χώραν, τοῦτο συνιδεῖν οὐκ ἔχω. Τί γὰρ τοσοῦτον ἀφείλετο, ὃ γένοιτ' ἂν ἰσοστάσιον ψυχῆς, ἧς τὴν εἴσπραξιν κατακρίνεται; Κάκιστος μὲν οὖν καὶ ἁλιτήριος ὁ τοιούτου κέρδους ἐλάττων [91], τοῦτο δὴ τὸ παρ' ἐνίων γινόμενον, περισυλῶν τεθνηκότας, οὐ μὴν ἡ πονηρία τοιαύτης ἀξία δίκης. Οὐ γὰρ δίκαιον ἀντὶ πράγματος ὑλικοῦ καὶ ῥέοντος ἄϋλον καὶ ἀθάνατον πρᾶγμα τὴν ψυχὴν λαμβάνειν. Εἰ γὰρ πολλά-

VARIÆ LECTIONES.

[83] Scrimg. γνώμην μέν. Hoc μὲν in μὴ mutandum esse vidit Steph. [84] Agyl. conj. καὶ ἐπὶ παντὶ τῷ φόρτῳ, εἴγε Spang. mavult : καὶ ἐπὶ παντὸς τοῦ φόρτου, εἴγε. [85] Steph. conj. διαλύξουσι, Spang. διαφεύξουσι. [86] Scrimg. τοῦτο. Emendavit Steph. [87] τὸ... ἠξιῶσθαι τοὺς... ἐξάγοντας, καὶ τοῦτο φιλάνθρωπον, κτλ. [88] Scrimg. θαλάττης. [89] Codd. ἐπαρκεῖν. [90] Melius καί pro οὐκ ἄν. [91] Fortassis : ἕνεκα. Certe aliquid corruptum est.

NOTÆ.

(8-9) Pœna naufragium supprimentis quadruplum hic constituitur, et ita abrogatur pœna mortis, qua olim affectus fuit, vid. l. 3, in fin. ff. De incendio; l. 3, § 4, ff. De sicariis.

(10) Ex d. l. 3, De incendio, l. 3, § 4, ff. De sicariis.

(11) Observa hanc sententiam.

κις οὐδὲ ἐν πράγμασιν ὕλης τιμωμένη ἡ ζημία πολλὴν τὴν ὑπερβολὴν ἔχει, ἵνα μὴ τῷ ὑπερβάλλοντι ὥσπερ τινὰ περίοδον ἡ ἀδικία λαμβάνῃ, πῶς οὕτως ἀστάθμητος ζημία καταλάβοι τοὺς ἀποκρυψαμένους τὰ τῶν ναυαγούντων, οὐκ οὔσης τῆς ὑπερβολῆς λόγῳ ῥητῆς, ἣν πρὸς τὸ ἀδίκημα ἡ εἴσπραξις ἀποφέρεται;

Κελεύομεν οὖν καὶ τοῦτο μηκέτι οὕτως εὐθύνεσθαι, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ παρακατασχεθέντος εἴδους ἀποτινύειν τετραπλοῦν τὸν ἀποκρυψάμενον, καὶ τοιαύτῃ δίκῃ ὁρίζεσθαι τὸ ἁμάρτημα.

A fluxa, materiæ expertem atque immortalem, animam nempe, capere haud est æquum. Nam si persæpe neque in rebus materialibus multa illatum damnum longe superat, quo videlicet velut circuitum aliquem iniquitas excessu non conficiat: quamobrem tam inæqualis pœna illos, qui naufragorum res occultant, percellat, ut excessus, quem ultio ad facinus refert, exprimi verbis nequeat.

Jubemus igitur, *ut de hoc* non amplius ita vindicetur, sed pro re detenta, qui occuluit, quadruplum dependat eaque pœna id dilectum defungatur.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΞΕ'.

Περὶ τῆς κολάσεως τῶν μαγγανείᾳ χρησαμένων.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ὁ μὲν εἰπὼν μέμφεσθαι τῷ οἴνῳ καὶ τὸ τούτου B εὔθυμον ἀποστρέφεσθαι διὰ τὸ τῶν μεθύσων κακόθυμον, ἔοικε διὰ φαύλην χρῆσιν τὸ μὴ καθ' ἑαυτὸ φαῦλον δυσύρειν. Ἐγὼ δὲ νόμον ἐκτεθειμένον ὑπὸ τῶν πάλαι νομοθετῶν διασκεπτόμενος, ὃς γοητείαν μὲν φαύλην ἡγούμενος τιμωρεῖται, πάλιν δ' αὐτὴν ἀποδέχεται (οὐκ ἐκ τῆς τῶν χρωμένων αὐτῇ προαιρέσεως φαύλην δεικνυμένην, ἀλλ' οἰκοθεν πηγάζουσαν τὴν κακίαν, ὥσπερ οἱ κοπρῶνες τὴν δυσωδίαν), μέμφεσθαι τοῖς νενομοθετηκόσιν οὐκ ἂν φαίην, ἵνα δὲ μὴ μέμφοιντο τὸ τὴν μέμψιν ἔχον νομοθέτημα ἐκκαθαίρειν [62] δικαιῶ τοῦ τῶν νόμων ἐδάφους. Βούλεται μὲν γὰρ εὐθύνειν γοητείαν, ὅτι τὸ σῶφρον τοῦ νοῦ ἀφαιρουμένη ἀναβακχεύει τοὺς λογισμοὺς πρὸς οἴστρους καὶ μανίας ἐρωτικάς, ἀποδέχεται δὲ πάλιν αὐτὴν, ὡς σπερμάτων καὶ καρπῶν θεραπείαν καὶ ἄλλων δέ τινων καλῶν, ὡς οἶσται, χορηγὸν, καὶ ὅπερ ὡς ἐπίβουλον κολάζει, τοῦτο πάλιν ὡς εὐεργέτην [63] τιμᾷ. Ἡμεῖς δὲ τὴν τοιαύτην μαγγανείαν ὀλεθρίαν μὲν ὑπάρχειν πεισόμεθα, καλοῦ δέ τινος αἰτίαν οὐκ ἂν πεισθείημεν. Εἰ δὲ καὶ φαίνοιτό τις [64] φέρειν τοιοῦτον (ὡς δοκεῖ τῷ ταύτην ἀποδεχομένῳ νόμῳ), οὐ χρηστὸν ἀλλὰ δέλεαρ καὶ πάγην πρὸς τὸ τῶν κακῶν ἔσχατον τὴν τοῦ ὄντος ἀγαθοῦ ἐκπτωσιν ἁλίσκουσαν ἴσμεν [65] τοὺς πειθομένους δαιμονίοις σκαιοῖς ἀντὶ τοῦ Πλάστου καὶ Δεσπότου προσανέχειν παρασκευάζοντα, καὶ τὰς βλάβας διὰ τῆς τῶν ἐκτὸς ἀλυπίας εἰς τὴν ψυχὴν δέχεσθαι τοὺς ταύτην ἀποδεχομένους. Ὅπερ πολλάκις οἱ πρὸς τὰς πληγὰς δειλοὶ πάσχουσιν, οὐ βουλόμενοι ταύτας ἐπὶ τῶν χειρῶν δέξασθαι, κατὰ D τῆς κεφαλῆς ἢ τῆς γαστρὸς ὑποδέχονται.

CONSTITUTIO LXV.

De incantatorum pœna (12-13).

Idem imperator eidem Styliano.

Qui propter (14) temulentorum incompositum B malignumque animum reprobandum esse vinum, ejusque oblectamentum aversandum, dicit: næ ille propter perversum usum, rem per se non perversam suggillat. Ego vero promulgatam a veteribus legislatoribus legem (15) considerans, eam quæ modo incantamentum malum esse rata, id punit, modo vero admittit et approbat, *quanquam* id ex utentium proposito malum non fiat, sed sua natura vitiositate, tanquam sterquilinia graveolentia scaturiat; non *tamen* illos legislatores reprehendendos dixerim, sed ne quis legem (quod merito fiat) vituperet, eam ex legum quasi fundo tollendum puto. Vult autem puniri incantationes, eo quod modestia animi sublata, stimulis furoreque amatorio rationem ad insaniam adigant; ac approbat (17) rursum illas tanquam segetes, et fructus eurent, aliaque bona (ut quidem videtur) suppeditent. Atque ita quod tanquam insidiosum puniisset, idem rursum tanquam beneficium honorat. Atqui nos istiusmodi incantationes perniciosas esse persuasum habemus; et ut boni quidquam inde manare credamus, induci non possumus. Ae sane etiam si boni quidquam producere illas appareat (quomodo *quidem* approbanti ipsas legi videtur) non *id* bonum esse, sed illecebram atque nassam, quæ illectos in malorum omnium extremum, ubi a summo bono excidant, absorbeat, compertum habemus: Notum enim nobis est illas, ut qui se ipsis dedunt, præ Creatore et Domino infaustis dirisque dæmonibus adhæreant, efficere; et qui illas affectantur, hos per externarum rerum lætam quamdam speciem vulnera in animam excipere. quale quiddam inter

VARIÆ LECTIONES.

[62] Scrimg. εἰ καθαίρειν. [63] Steph. εὐεργέτειν scribi vult. [64] Scrimg. τι. Zuich. et Meerm. rectius τις. [65] Scrimg. ἴσμεν τὲ ἔγνωμεν. Plerique ἴσμεν τε καὶ ἔγνωμεν scribendum censent.

NOTÆ.

(12-13) Incantatores, quorum opera olim grandines averterentur, minime puniebantur. Vid. l. 4, C. De malefic. Hac Novella jubentur supremum supplicium pati. Adde Photium 9. Nomoc. 24.

(14) Usus rei propter abusum hominum non tollendus.

(15) D. l. 4, C. De malefic. 15, et mathematicis.

(16) Vid. l. 15, ff. De injuriis.

(17) Pœna incantatorum supremum supplicium. Adde Deut. xviii, Levit. xx, I Reg. xxviii, Platonem 11, De legibus, Cassiodor. 9, Variarum 18, Dionem 52, Herodian. 4, Arianum in Indicis c. 25, Capitularis Caroli Magni. Xiphilinum in Julian. Tacitum 2, Annal. Sueton. in Tiberio 32, Columell. De re rustic. 8, Suidam in verbo ἑταίρα. Vid. Petr. Gregor. 34, syntag. 14, 15.

pugnandum meticulosis frequenter accidit; qui dum ictus in manus excipere nolunt, illis vel caput vel ventrem exponunt.

Sane vero *si quis aliquo* modo incantamentis usus esse deprehensus fuerit, sive id restituendæ conservandæve valetudinis, sive avertendæ a rebus frugiferis calamitatis causa fecerit, is apostatarum pœnam subiens, supremum supplicium sustineto (17).

A

CONSTITUTIO LXVI.

De plagio (18).

Idem imperator eidem Styliano.

Ut justitiæ libram non plus æquo ad misericordiam inclinare, ita neque nimia austeritate delinquentibus graviorem quam peccatum requirat, pœnam imponi honestum est. Illud enim (intempestiva commiseratio nempe) in illis quibus decorum excedere religio non est, contemptum, et ad audenda mala ferventiorem promptitudinem gignat; et graviore quam pro merito delictum pœna ferire, id vero non justitiæ ultio, sed sub specie justitiæ rem injustam aggredi est. Nam non pro delicti modo delinquentem punire, injuria afficere, nequaquam vero justitiam exercere est. At quem in finem hoc dictum est? Quod lex quo nescio modo (est enim hoc constitutum) eum qui alienum servum abduxit, morte puniat. In quo illa pœnam ad delictum dubie non expendit. Cum enim quod recuperari nequeat, amissum nihil sit, mortis pœnam illi qui cepit inferri, irrecuperabilique ita damno subjici, non est æquum.

B

Idcirco itaque ab iis qui digna morte non commiserunt, tam acerbas pœnas exigi, ubi iniquum esse animadvertimus, quam legem consuetudo contempsit (ut quæ vita plagiarium non privet, sed alio modo puniat) eamdem nos etiam legalibus constitutionibus ejicientes, quod consuetudini placuit, lege confirmamus; ac jubemus, *ut si quis* alienum servum abduxisse deprehensus sit, is eumdem, ejusdemque pretium, tum etiam quidquid ex industria ejus ipsi accessit, reddere, et quantum dominus non amisso servo, ejus nomine percipere potuerit, tantumdem (19) dependere cogatur; atque ultra hæc delinquentibus pœna non aggravetur. Si quidem ita illi, qui servum amisit, sufficienter damnum resarcitur, furique satis magna pœna irrogatur: quippe cum ille servum cum accessione recipiat; et quam utilitatem ex servo non subrepto

C

D

Εἴ τις δὴ ὅλως τοιαῦτα φωραθείη μαγγανευόμενος, εἴτε προφάσει τῆς τοῦ σώματος θεραπείας, εἴτε ἀποτροπῆς τῆς τῶν καρπίμων βλάβης, τὴν ἐσχάτην εἰσπραττέσθω ποινήν, τὴν τῶν ἀποστατῶν κόλασιν ὑφιστάμενος.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΞϚ' [66].

Περὶ ἀνδραποδισμοῦ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ὥσπερ οὐκ ἔστι καλὸν τὰ τῆς δίκης ζυγὰ πλέον ἢ προσῆκεν ἐπικλίνεσθαι τῇ συμπαθείᾳ, οὕτως οὐδ' ὑπερβολὴν [67] αὐστηρότητος τοῖς ἁμαρτάνουσι βαρυτέραν ἢ ὅσον ἀπαιτεῖ τὸ ἁμάρτημα τὴν δίκην ἐπιτίθεσθαι. Τὸ μὲν γὰρ, λέγω δὴ τὸ ἄκαιρον συμπαθὲς, τοῖς [68] ἔξω φέρεσθαι τοῦ πρέποντος οὐκ εὐλαβουμένοις ποιήσειεν ἂν καταφρόνησιν καὶ πρὸς τὴν τόλμαν τῶν φαύλων ὀξυτέραν τὴν προθυμίαν, τὸ δὲ βαρυτέρᾳ κολάζειν ποινῇ τὸ ἁμάρτημα, ἀλλ' οὐ καθ' ὅσον ἄξιον, οὐκ ἔστι δικαίου ἐκδίκησις, ἀλλ' ἐν σχήματι δίκης ἀδικίας ἄρχειν· τὸ γὰρ μὴ πρὸς μέτρον τοῦ πταίσματος τιμωρεῖσθαι τὸν πταίσαντα ἀδικεῖν ἐστιν, οὐχὶ τὰ δίκαια ποιεῖν. Τί δήποτε τοῦτο ἐρρήθη; ὅτι νόμος (οὐκ οἶδ' ὅπως τοῦτο γνοὺς [69] διορίσασθαι [70] θανάτῳ ζημιοῦσθαι τὸν ἠνδραποδικότα δοῦλον ἀλλότριον) οὐ σταθμούμενος τὴν τιμωρίαν τῷ ἁμαρτήματι, οὐδ' ὅτι ἡ τοῦ βίου ζημία [71] ἐπιφέρεσθαι ἄξιον καὶ οὐχ ὅτι κτήματος ἐγένετό τις ἀπώλεια ἣν δυνατόν ἐστι παραμυθήσασθαι, διὰ τοῦτο ἀπαραμυθήτῳ ὑπάγει ἀφαιρέσει τὸν ἁλωκότα.

Τοιγαροῦν διὰ τοῦτο τοὺς μὴ ἄξια θανάτου ἡμαρτηκότας οὐ δίκαιον ἀνασκεψάμενοι πικρὰν οὕτω τιμωρίαν εἰσπράττεσθαι, ὅνπερ ἡ συνήθεια παρὰ φαῦλον ἐποιήσατο νόμον (οὐκ ἀφαιρέσει τῆς ζωῆς τιμωρουμένη, ἑτέρως δὲ κολάζουσα τὸν ἀνδραποδιστὴν), καὶ ἡμεῖς τῶν νομίμων ἐκβάλλοντες διατάξεων, τὸ ἐκείνῃ δόξαν νόμῳ κυροῦμεν, καὶ [72] κελεύομεν τὸν εἴ τις ἀλῷ οἰκέτην ἀλλότριον ἀνδραποδισάμενος, τῇ τε ἀποδόσει τοῦ οἰκέτου καὶ τῇ ἀποτιμήσει τούτου ζημιοῦσθαι, καὶ ἔτι τῆς ἐκ τοῦ ἐπιτηδεύματος προσόδου ὅση ἂν τῷ δεσπότῃ προσεγεγόνει [73] μὴ ἀπολωλότος τοῦ οἰκέτου ἰσαρίθμῳ ἐκτίσει, τούτου δ' ἐπέκεινα μὴ βαρύνειν τοῖς ἐξαμαρτοῦσι [74] τὴν ποινήν. Ἔχει γὰρ οὕτως ἀποχρώντως τῷ μὲν ἀπολωλεκότι ἡ ὠφέλεια, τῷ δὲ κλέψαντι ἡ τιμωρία, οἷα δὴ κἀκείνου τὸν οἰκέτην ἐν προσθήκῃ ἀπέχοντος καὶ τῆς ἐξ αὐτοῦ ὠφελείας ἣν ἔσχεν ἂν μὴ ἀνδραποδισθέντος οὐ κεκαινο-

VARIÆ LECTIONES.

[66] Ecl. Nov. 32. [67] Malim ὑπερβολῇ. [68] Codd. : τοὺς — εὐλαβουμένους. [69] Scrimg. γάρ. [70] Agyl. conj. διώρισται et mox ζημιοῦται. Beck : διωρίσατο. [71] Codd. : ἡ τοῦ βίας ζημίας. [72] Ecl. incipit. [73] Editi : καὶ ἔτι τοῦ ἐπιτ. προσόδῳ καὶ δσαν (sic) ἂν τῷ δεσπ. προλαμβάνῃ. Zuich et Meerm. καὶ ἔτι τῇ ἐκ τοῦ ἐπιτ. κτλ. Ecloga : καὶ ἔτι τῇ ἐκ τοῦ ἐπιτ. προσόδῳ ὅση. Emendavimus τῆς — προσόδου, ut ab ἰσαρ. ἐκτίσει pendeat. [74] Ita Ecl. Reliqui ἐξαμαρτάνουσι.

NOTÆ.

(18) Περὶ ἀνδραποδισμοῦ. Plagii pœna fit hic pecuniaria, olim fuit capitalis. Vid. l. 7, C. ad l. Fab. De plag.

(19) De pœna plagiarii adde Petr. Gregorium 36, syntag. ult.

τομημένου [75], καὶ τούτου ἀξίως τετιμωρημένου [76] τῇ τε διπλῇ ἀποδόσει τῆς κλοπῆς καὶ τιμωρουμένου τῷ μηδὲν κερδᾶναι τῆς τοῦ [77] κλαπέντος δουλείας.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΞΖ' [78].

Περὶ τῶν αὐτομολησάντων πρὸς ἐχθροὺς καὶ ἑκουσίως ἐπανελθόντων.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Καὶ τὸ ἄγαν αὐστηρὸν καὶ ἀπότομον, καὶ τὸ λίαν ὑπεῖκον καὶ πλέον ἢ προσῆκε φιλάνθρωπον, ὁμοίως ἀμφότερα τοῦ ὠφελίμου τὸ βλάβος ἔχει. Ὅ τε γὰρ τῷ ἀποτόμῳ ἀμέτρως χρώμενος καὶ ὁ τὸ ἐπιεικὲς ἄκρατον φέρων, ἑκάτερος, κἂν τε ἑνός τινος ἄν τε οἰκίας ἄν τε πόλεως ἐπιστατῇ, εἰς τὸ ἀσύμφορον εἴη ἂν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διοικουμένοις ἐγκεχειρημένος τὴν ἐπιστασίαν. Χρὴ γὰρ τὸν καλῶς ἐπιστατήσοντα, ὥσπερ τῶν χωρίων τὰ εὔκρατα καὶ πρὸς ὑγείαν ἐπιτήδεια μικτὰς ἔχει συμμέτρως τὰς τοῦ ἀέρος διαθέσεις, οὕτω καὶ αὐτὸν εὔκρατον ἑαυτὸν παρέχειν τῇ ἐμμέτρῳ [79] πρὸς τὴν συμφέρουσαν ἐπιστασίαν μίξει τῶν διαθέσεων, καὶ μήτε τῷ ἀποτόμῳ βαρὺν καὶ ἐφόρητον εἶναι, μήτε τῷ πέρα τοῦ προσήκοντος ἐπιεικεῖ καταπεφρονημένον καὶ ἀνηγεμονικόν. Ὅπερ οὖν ἐπὶ ἀέρος φαμὲν, τοῦτο πάντως καὶ ἐπὶ νόμων ἁρμόζει σώζεσθαι. Χρὴ γὰρ τοὺς νόμους, ἡγεμόνας ὡς ἀληθῶς τῆς πολιτείας ὄντας, ἣν εἶπον κρᾶσιν διαφυλάττειν, καὶ πρός τε ἀποτομίαν καὶ φιλανθρωπίαν μὴ παρὰ μέτρον ὁρᾶν, εἴ γε μέλλοιεν οἱ ἐπ' [80] ἐκείνοις ὑγιαίνειν πολιτευόμενοι. Ταῦτα ἡμῖν λέγεται πρὸς τὴν ἀποτομίαν ὁρῶσιν, ἣν ὁ κατὰ τῶν εἰς πολεμίους αὐτομολησάντων κείμενος νόμος ἐνδείκνυται. Βούλεται γὰρ τὸν ἠὐτομοληκότα, εἴ ποτε πρὸς γνώμην μεταμελείας ἔδοι καὶ τὸ προλαβὸν ἁμάρτημα διὰ τῆς πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπαναστροφῆς λάσασθαι βουληθῇ, ἔκδοτον εἰς βρῶσιν θηρίοις γίνεσθαι ἢ ἀνασκολοπίζεσθαι. Τοῦτο ἐμοὶ πολλῆς μὲν αἰτιον βλάβης τῇ πολιτείᾳ δοκεῖ, πολλὴν δὲ καὶ τῶν πρὸς σωτηρίαν ὁδηγούντων λογισμῶν ἀποφέρειν τὴν ἐναντιότητα. Ἀνάγκην γὰρ ἐπάγει τοῖς πρὸς τοὺς πολεμίους αὐτομολήσασι μηδέποτε τῶν οἰκείων μεμνῆσθαι, μηδὲ τῆς πρὸς τὴν πατρίδα ἐπαναδρομῆς ἀναλαμβάνειν τὸν ἔρωτα. Οὐδεὶς γὰρ, ὅστις τοιαύτην ἐκδεχομένην αὐτὸν τιμωρίαν εἰδὼς ἀντὶ τῆς ἐν τοῖς πολεμίοις βιώσεως οὕτω πικρῶς ἐν τῇ πατρίδι θανεῖν προαιρήσεται.

Διόπερ ταύτην μὲν τὴν ἀποτομίαν, ἵνα μὴ λέγω ἀδικίαν, (πῶς γὰρ οὐκ ἄδικον, τὸν ἁμαρτάνοντα, εἶτα ἐξ αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ ἁμαρτήματος ἀναφρονήσαντα ἀσιν, κολάζειν οὕτω πικρῶς;) ἐκ τῶν δικαιοτάτων ἐλαύνομεν νόμων, κελεύομεν [81] δὲ, εἴ τις αὐτόμολος εἰς τὴν πατρίδα ἐπαναδράμοι, ἅπαξ μὲν τοῦτο ποιήσας, συγγνώμης τυγχανέτω· δεύτερον δὲ, εἰς τριετῆ

A sensisset, illa non imminuatur, hic vero in duplum servum subreptum reddere debeat, nihilque ex ipsius servitute lucretur.

CONSTITUTIO LXVII.

De iis qui ad hostes transeunt, suaque sponte revertuntur (20).

Idem imperator eidem Styliano.

Simul nimia austeritas et severitas, simul immoderata lenitas et clementia, ex æquo utraque quod utile est intervertunt. Etenim et qui supra modum præfractus est, et qui lenitatem gravitate miscere nequit, uterque sive alicui uni, sive familiæ, sive civitati præsit, quibus præfectus est, cum illorum detrimento res administret. Oportet enim, ut qui recte præfuturus est, quemadmodum temperata salubriaque loca æquabiliter mistas habent B aeris qualitates: ita et ipse affectionum commistione ad rerum administrandarum utilitatem attemperata, se moderatum præbeat, et neque morositate gravis atque intolerabilis sit, neque indecora lenitate despicabilis, et ad gubernandum ineptus fiat. Quod autem de aere dicimus, hoc certe et in legibus servari omnino convenit. Nam oportet leges, cum revera reipublicæ principes sint, quam dixi contemperaturam conservare, neque ad severitatem lenitatemve supra modum respicere: siquidem, qui ipsarum rectionem agnoscunt, incolumes futuri erunt. Atque hæc quidem respectu præfractæ illius legis, quæ adversus eos qui ad hostes transfugerent, lata est, a nobis dicuntur. Vult autem illa, C uti transfuga, si quando pœnitudine ductus, redeundo ad suos commissum delictum oblitterare velit, bestiis devorandus objiciatur, aut in furcam tollatur. Quod sane mihi reipublicæ magnopere nocumento esse, magnamque rationum ad salutem iter monstrantium contrarietatem gignere videtur. Necessitatem enim transfugis inducit, ne unquam recordentur suorum, neque revertendi in patriam concipiant desiderium. Nullus *est enim omnium*, qui cum se istiusmodi pœna excipiendum sciat, inter hostes vivere, quam tam acerbam in patria mortem subire non malit.

Quapropter rigidam hanc severitatem, ut ne D iniquitatem dicam (nam eum qui deliquit, deindeque suapte sponte ad medendum delicto resipiscit, tam acerbe puniri quomodo non est iniquum?) ex justissimis legibus profligamus, ac jubemus, *ut* (21) *si quis* transfuga in patriam recurrat, cum semel duntaxat transfugerit, veniam consequatur:

VARIÆ LECTIONES.

[75] Ecl. καινοτομουμένου, præter unum Cod. qui καινοτομουμένης habet. [76] Zuich. et Meerm. τιμωρουμένου. [77] Articulus τοῦ deest apud Scrimg. [78] Ecl. Nov. 33. [79] Scrimg. εἵτρῳ, ex quo Steph. ἰσομέτρῳ, Agyl. συμμέτρῳ, Beck ἐμμέτρῳ effecerunt. [80] Malim ὑπ'. [81] Inc. Ecloga.

NOTÆ.

(20) Transfugæ bestiis non objiciendi, ut olim ex lege 3, § 10, ff. De re milit. quæ lex abrogatur hac constitutione. Adde 6, Harm. 8, in fin.

(21) De pœna transfugæ, adde l. 8, § 2, 3, l. 38, § 1, ff. De pœnis, l. 7, ff. De re milit. l. 2, C. De desertorib. l. 1, C. De servis fugit. Vid. l. 3 in fin. ff. De sicariis.

si iterum (22) id fecerit, in triennalem servitutem A divendatur; si vero tertio transfugerit, reversus in perpetuam ac æternam servitutem addicatur. Tam incerti enim consilii homo, tamque inconstans, qui libertate fruatur indignus est. Cæterum si transfuga non ultro redierit, sed ab aliis comprehensus in patriam retractus sit, morte tum illum, tanquam hostem puniri, neque injustum, neque crudele fuerit: præsertim vero, si ante civili sanguine manus contaminaverit.

δουλείαν διαπωλείσθω· ἐκ τρίτου δὲ ποιησάμενος τὴν αὐτομολίαν, εἶτα ἐπαναζεύξας, εἰς διηνεκῆ καὶ ἀΐδιον οἰκετείαν πιπρασκέσθω. Τὸν γὰρ οὕτως ἀβέβαιον καὶ παλίμβουλον [82] ἀνάξιον ἀπολαύειν ἐλευθερίας. Εἰ μέντοιγε ὁ πρὸς ἐχθροὺς αὐτόμολος οὐκ ἐξ οἰκείας γνώμης, ἀλλὰ ληφθεὶς ὑφ' ἑτέρων εἰς τὴν πατρίδα ἐπαναχθῇ, καὶ μάλιστα εἰ αἵματος ἐμφυλίου τὴν δεξιὰν ἔχει μεμολυσμένην, τοῦτον θανάτῳ κολάζειν, οἷα δὴ πολέμιον, οὔτε ἄδικον [83] οὔτε ἀπότομον.

CONSTITUTIO LXVIII.

Ut monachi et clerici tutores (23) esse possint, sed ab administratione ac pupillorum rectione arceantur.

Idem imperator eidem Styliano.

Veteribus quidem legislatoribus (24) (cum ut simile veri est, uniformis et simplex tunc temporis tutela esset, iique soli qui pupillorum tuitionem susciperent, tutorum nomine censerentur) edicere visum est, ne monachi aut quoscunque sacer ordo devinctos habet, tutorum officio fungantur. Et certe quidem id recte edixere. Intellexerunt enim, qui divino ministerio consecrati sunt, hos ab externarum rerum occupationibus et molestiis liberos esse oportere. Quantum autem alendorum alioquique regendorum puerorum cura hominum animos distrahat, utque Deum debite colere non possint, impediat nemo ignorat. Cum itaque non exigua difficultas isti rei insit, ac præcipue propter temporis diuturnitatem (tota enim plerumque vita tutores laboriosis istis curis irretiti tenentur) recte (quomodo dixi) istud illi decretum promulgarunt.

Verum quoniam posteriores illis duntaxat qui tutelam administrarent, tutorum appellationem non servarunt: sed hos etiam quibus (25) testatores, bona illorum existimatione moti, testamentarias de rebus suis præscriptiones (26) committunt, ac post mortem earum executionem concredunt, tutores vocare cœperunt: ac vero inde dubitatio exstitit, an monachi, quique sacrum ordinem subierunt, quod dictum decretum id non admittere videatur, hanc demandatam curam suscipere possint: nos discrimine adhibito sancimus, ut ab illa tutela ad quam vetera tempora respicientia, promulgandi, quod dictis personis ad illam aditum præcluderet, occasionem præbuere, penitus arceantur,

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΞΗ' [84].

Περὶ τοῦ ἐπιτροπεύειν μοναχοὺς καὶ κληρικοὺς, ἀπείργεσθαι δὲ οἰκονομίας καὶ προστασίας ὀρφανῶν.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Τοῖς μὲν πάλαι νομοθέταις (μονοειδοῦς, ὡς εἰκὸς, ὑπαρχούσης κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς ἐπιτροπῆς, καὶ μόνων ἀποφερομένων τὴν κλῆσιν, οἳ προστασίαν ὑπεδύοντο γονέων ἐρήμων) ἔδοξεν ἀποφήνασθαι, μὴ μετέχειν τοῦ πράγματος μήτε μονάζοντας μηδ' ὅσους ὁ ἱερὸς οἰκειοῦται κλῆρος. Καὶ καλῶς ἔδοξε [85]. Συνεῖδον γὰρ, ὡς τοὺς ἀνακειμένους πρὸς θείαν λειτουργίαν δεῖ τῶν ἔξωθεν ὄχλων καὶ περισπασμῶν ἀπηλλάχθαι, ὅσην δὲ παιδοτροφίαι καὶ ἄλλως οἰκονομίαι εἰς τὸ περισπᾷν καὶ ἀφέλκειν τῆς ὀφειλομένης Θεῷ θεραπείας ἰσχὺν ἔχουσιν, ἠγνόησεν οὐδείς. Ὑπαρχούσης οὖν οὐκ ἀνεκτῆς δυσχερείας τῷ πράγματι, μάλιστά γε καὶ διὰ τὴν ἐκ τοῦ χρόνου παράτασιν (ὅλον γὰρ ὡς τὰ πολλὰ βίον τῇ πολυπόνῳ [86] φροντίδι τὴν ἐπιτροπὴν ταύτην οἱ λαχόντες συνδέδενται), καλῶς, ὅπερ εἶπον, τὸ δόγμα προσήνεγκαν.

Ἀλλ' ἐπεὶ τοῖς μεταγενεστέροις οὐκ ἐτηρήθη μόνως ἐφ' ἧς ἐλέγετο [87] ἐπιστασίας ἡ κλῆσις, ἠξίωσαν δὲ κἀκείνους ἐπιτρόπους καλεῖν τοὺς, ὅσοις οἱ τὸν βίον ἀπολιμπάνοντες χρησταῖς περὶ αὐτῶν ὑπολήψεσιν ἐπὶ τοῦτο προτρεπόμενοι διατάξεις, αἱ περὶ τῶν ὑπόντων [88] ἥρεσαν πραγμάτων, ἐγχειρίζουσι καὶ τῶν μετὰ τὴν ἐκδημίαν πιστεύουσι τὴν διοίκησιν· ἐπεὶ οὖν καὶ τούτων ἐπιτρόπων ὀνομαζομένων ἀμφισβήτησις πρόεισιν, εἰ καὶ μοναστὰ τὸν ἱερὸν ὑπελθόντες κλῆρον ταύτης μεθέξουσι τῆς ἐπιτροπῆς διὰ τὸ δοκεῖν τὸ ῥηθὲν τοῦτο μὴ καταδέχεσθαι ψήφισμα, θεσπίζομεν [89] ἡμεῖς διαστειλάμενοι, ἐκείνης μὲν τῆς ἐπιτροπῆς κωλύεσθαι ἣν μόνην [90] ὁ πρεσβύτερος εἰδὼς χρόνος παρέσχε ψῆφον ἐξενεχθῆναι [91] τὴν μὴ διδοῦ-

VARIÆ LECTIONES.

[82] Ecl. παλίμβολον. [83] Nonnulli codices Eclogæ ἄτοπον ἄδικον. [84] Ecl. Nov. 34. [85] Ita Steph. Scrimg. ἔλεξε. [86] Conj. Steph. Codd. οὐ πόνῳ vel εὐ πόνῳ. [87] Scrimg. ἐγένετο. [88] Codd. εἰπόντων. Emendavit Steph. [89] Inc. Ecloga. [90] Codd. καὶ ἣν. Nostram lectionem suppeditavit Ecl. [91] Ecl. ἐπενεχθ.

NOTÆ.

(22) Iterata delicta gravius puniuntur. L. 5, § 9, ff. De re militari.

(23) Περὶ τοῦ ἐπιτροπεύειν, etc. Scrimg. monachi et clerici exsecutores testamentorum esse possunt: tutores dari vel curatores non possunt, et ita restringitur Novell. 123, c. 6, quæ de tutela simpliciter sumpta loqui videbatur.

(24) Justiniani in Nov. 123, c. 6.

(25) Vetustas exsecutores testamentarios nonnunquam ἐπιτρόπους appellavit, dixi ad l. 107, ff. De legat. 1, l. 21, § 4, ff. De annuis legatis, adde Nov. 131, c. 12.

(26) Præstationem d l. 107; ministerium l. 7, ff. De legat. 2, dationem l. 9, ff. De alimentis; distributionem l. 96, § 3, ff. De leg. 1, l. 7, ff. si cui plus quam per leg. eis præstatur cautio legatorum, d. § 3, et petitio competit d. § 3, d. l. 107, d. l. 9, l. 26, § 1, C. De episc.

σαν εἰς ταύτην πάροδον τοῖς εἰρημένοις προσώποις, τοῦ δὲ μεταγενεστέρου τῆς ἐπιτροπῆς εἴδους ἐξεῖναι καὶ μονάζουσι καὶ κληρικοῖς κοινωνεῖν. Οὔτε γὰρ αἱ φροντίδες οὕτω βαρεῖαι [93], ὥστε πρὸς ἑαυτὰς καταδῆσαι καὶ τῆς ἱερᾶς ἀφελκῦσαι ὑπηρεσίας, καὶ ἄλλως δὲ ὅσον μᾶλλον οὗτοι τῶν λαϊκαῖς προσηλωμένων ἀνάγκαις καὶ τῇ [94] κάτω συμφυρομένων [95] ἱλύϊ διαζῶσιν εὐλαβέστερόν τε καὶ ὑψηλότερον, ἐλπὶς ἀμείνω [96] καὶ εὐλαβεστέραν [96] καὶ [97] τὰς τῶν ὡσιν.

A natam autem postmodum tutelæ speciem subire ipsis licitum sit. Hujus namque muneris non ita graves curæ sunt, ut a divino ministerio aliquem abstrahant, sibique totum astringant. Tum alioqui quanto hi illis qui profanis rebus impure inhærent, ac in terrenis sordibus volutantur, cautius diviniusque vivunt : tanto melius cautiusque defunctorum præscripta expedienda esse spes est.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΞΘ' [98].

Περὶ τοῦ διατίθεσθαι τυφλοὺς καὶ ἀγραμμάτους καὶ γυναῖξιν [99].

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Ἐπειδὴ ἀμφισβητεῖται περὶ τοῦ πῶς δεῖ τυφλοὺς διατίθεσθαι, καὶ ἡ ἀμφιβολία ἔκ τε τῶν νομίμων πρόεισι τόπων [1] καὶ ὧν ἀλλήλοις περὶ τούτου ἀντιθεσπίζουσι νόμοι, καὶ τῆς νῦν πολιτευομένης συνηθείας, οὐδὲ τοῦτο ἄκαιρον ἡμῖν ἐνομίσατο μέρος εἰς ἐπίσκεψίν τε καὶ ἀνακάθαρσιν. Καὶ γὰρ ὁ μέν τις ἀπαγορεύει τῶν νόμων τυφλῷ διάταξιν κατὰ τὸν μυστηριώδη προέρχεσθαι τρόπον, καὶ μὴ ἄλλως προσεῖναι ταύτῃ κῦρος ὁρίζεται, εἰ μὴ παρουσίᾳ μαρτύρων ἐγγυᾶται ἢ προελθόντα στόματος τυφλοῦ τὰ διατεταγμένα ἢ τοῖς ἐκείνου [2] ὡσὶν ὑπάρχειν ἐνηχημένα (οὐ γὰρ ὁξιοῖ ἐν μόνῳ γραφεῖ τὴν τούτων πίστιν ἐξωχυρῶσθαι), ὁ δέ τις τῶν νόμων [3] εὐρύχωρον ἀνοίγει τὴν πάροδον καὶ γυναίοις καὶ ἀγραμμάτοις ἀνθρώποις εἰς τὸ πρὸς μυστικωτέρα; διατάξεις καθίστασθαι, μηδὲν ἕτερον ἀκριβολογούμενος, ἢ τὸ τὸν [4] διατιθέμενον, οὐκ ὄντα μὲν ἀμαθῆ γραμμάτων, οἰκείᾳ ὑπογραφῇ τὴν διάταξιν ἀσφαλίζεσθαι, εἰ δ' ἐλάττων ἐκεῖνος παρέχειν τὴν τοιαύτην ἀσφάλειαν, ἄλλον ἀνθ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν ὑπογραφὴν παραλαμβάνειν. Οὕτω μὲν οὖν ἐκ τῶν νόμων στασιάζοι ἂν τὰ

CONSTITUTIO LXIX.

Cæcos (27) *secreto* (28) *testamentum facere posse* (29).

Idem imperator eidem Styliano.

Quando quidem de eo, quomodo cæcos testari A oporteat, dubitatur, eaque dubitatio ex locis legalibus (quod ea de re leges inter se diversa statuant) et ex ea quæ nunc obtinet consuetudine exsistit : neque hoc altius expendere atque repurgare inconveniens aut alienum putavi. Etenim alia lex (30) prohibet, ne cæcus arcano (31) modo testamentum condat : et ne aliter id vim habeat, statuit, quam si testes quæ constituta sunt, a cæci ore processisse, suisque auribus insonuisse asserant : atque per solum tabularium illorum fidem communiri non vult. Alia (32) autem latam quamdam ad arcanum testandi modum mulieribus, et illitteratis hominibus viam aperit, dum nullam aliam observationem præscribit, quam, ut si testator litterarum non omnino ignarus sit, sua subscriptione testamentum corroborare debeat : si vero id præstare non possit, pro se alium ad subscribendum assumat. Atque sic quidem ex legibus *illæ inter* se res dissideant. Quomodo enim si mulieres rudesque litterarum quam paucissimis voluntatis suæ con-

VARIÆ LECTIONES.

[93] Ita Ecl. Codd. hic addunt ὑπηρεσίας, quod in ταύτης τῆς ὑπηρεσίας mutare voluit Agyl. [94] Ita Ecl. Scrimg. ἀνάγκως καὶ τῷ. [95] Zuich. Meerm. et nonnulli codd. Eclogæ συμερομ. [96] Agyl. conj. τοσοῦτον ἀμείνω. [96] Zuich. et Meerm. εὐλαβεστέρους. Eclogæ Codices modo ἐλευθερωτέραν, modo ἐντελεστέραν habent. [97] Ita Ecloga. Codd. et editi πρὸς habent pro καί. [98] Ecl. Nov. 35, laudatur ab Harmenop. lib. v, tit. 1, pag. 337. [99] Zuich. τυφλοὺς καὶ ἀγραμμάτους καὶ γυναῖκας scribit. [1] Forte τύπων. [2] Agyl. totum hunc locum male interpretatus. [3] Justiniani Nov. 117 c. 9. [4] Zuich. et Meerm. τὸ αὐτό. Scrimg. τὸ αὐτόν, quod Steph. in τὸ τὸν αὐτόν, Osenbruggen in τὸ αὐτὸν τὸν mutandum censet, licet αὐτὸν ob sequens οἰκείᾳ abundet.

NOTÆ.

(27) Cæci scripto testari possunt, ut hic adde Paul. 3, sent. 1, § 4 ; ut et adoptare et adoptari l. 9, ff. De adoptionibus ; tutelam gerere l. 16, ff. De auctoritat. tut. multo magis bona sua administrare : ideo curator cæco dare non solet : quia et ipse sibi procuratorem potest instituere, Paul. 4, sentent. 2, § ult. Potest etiam cæcus officio fungi, l. 6, ff. De judiciis ; et quidem senatorio l. 1, § 5, in fin. ff. De postulando, id est, retinere officium (Persæ ne luscum quidem ad regnum admittebant, Procop.) et testis esse in iis quæ ante cæcitatem vidit ; post cæcitatem autem de his quæ a sibi notis hominibus audivit. Accurs. Novell. 1, c. 2, § 1, vers. si vero in verbo vidisse : Speculator tit. De testibus ; feudum etiam retinet 2. Feud. 14, non potest tamen postulare, l. 1, § 5, ff. De postulando.

(28) Id est, scripto, non tantum per nuncupationem, quod exigebat lex 8, C. qui testamenta. Olim D dubitatum fuit, num cæcus testamentum posset facere ; sed in eam sententiam tandem itum fuit, posse ; quia accire potest adhibitos testes, et audire sibi testimonium perhibentes, Paul. 3, sentent. 4. Porro quod secretum testamentum hic dicitur, Græci μυστικὴν διαθήκην appellant, Harmen. 1, c. περὶ μυστικῆς διαθήκης, de quo plenius alias apud eumdem Harmenopulum in Græcarum jurisdictionum nomenclatore, ut et locis aliis diximus.

(29) Exstat epitome hujus constitutionis 3, Harmenop. 1, § 31, et 34, l. 8, C. qui testamenta.

(30) L. 8, C. qui testamenta.

(31) Κατὰ τὸν μυστηριώδη τρόπον. Scr. id est, scripto, per solam nuncupationem. Nam μυστικὴν διαθήκην Harmenop. 5, tit. 1, vocat testamentum scriptum ; et merito, testamentum enim non scriptum, testibus evulgatur necessario ; quod et jure constituitur, ne fides alioquin testamenti pereat.

(32) Nov. 119, c. 9.

scils testamenta condent, cum fides in solo tabulario fluctuet, non ex eadem causa cæcus liberam testamenti factionem habeat? Jam vero et consuetudo, non solum autem alterius legis ratio, cum lege pugnat. Etenim placet huic, ne mulierum, et imperitorum litterarum, cæcorumve testamenta arcane facta vigore priventur.

πράγματα· πῶς γὰρ εἰ γύναια καὶ γραμμάτων ἀδίδακτοι ἄνθρωποι κατὰ τὸν ἀναχωροῦντα τρόπον τῆς τῶν πολλῶν γνώσεως διατάξονται ἐν μόνῳ τῷ γράφοντι σαλευούσης τῆς πίστεως, οὐχὶ καὶ ὁ τυφλὸς ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἀκώλυτον σχοίη τὸ διατίθεσθαι; Ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ τῆς συνηθείας, οὐ μόνον τὰ ἐκ τοῦ νόμου, πρὸς τὸν νόμον ὁρᾶται μαχόμενα. Καὶ γὰρ οἶδεν αὕτη καὶ γυναίων καὶ ἀνδρῶν οὐ διὰ γραμμάτων ἠγμένων καὶ τυφλῶν[8] διατάξεις ἐν μυστηρίῳ κειμένας μὴ τὴν ἰσχὺν ἀφαιρεῖσθαι.

Quod cum ita sit, nos quoque, ut secreto (33-34) confecta testamenta, sive cæcorum, sive aliorum (35) quorumvis sint, auctoritatem obtineant, sancimus: illudque insuper statuendo addimus, ut antequam testes jurent, subscriptiones eorum qui testamenta conscripserunt, in medium proponantur, *quæ sonent*, quod revera illa scripserint quæ ipsa testatoris lingua dictante audiverunt. Et si quidem falsum commissum esse postmodum probetur, ipsos, si divites sint, bonorum ademptio: sin pauperes, vehementia verbera et exsilium in delicti pœnam maneant. Quibus hoc insuper annectimus, ut si quando ad sui confirmationem (quod frequenter incidit) juramentis testamento opus sit: ipsi etiam qui testamentum conscripserunt, una cum juraturis testibus rei fidem et veritatem corroborent.

Ἐπεὶ[9] οὖν οὕτω ταῦτα[7], καὶ ἡμεῖς ταῖς μυστικαῖς διατυπώσεσιν, ἄν τε τυφλῶν ἄν τέ τινων ἑτέρων ὦσι προσώπων, προσεῖναι θεσπίζομεν σύστασιν, τοῦτο προσεπιθεσπίζοντες, ὥστε πρὸ τῶν μαρτύρων ἐνόρκιον ἐκκεῖσθαι ὑπογραφὴν[8] τῶν τὰς διατάξεις γραφόντων, ὡς εἴησαν ἀληθῶς ἐκεῖνα γράψαντες ἅπερ ἀκηκόεσαν, αὐτῆς ἐκείνης[9] ὑποφθεγξαμένης τῆς τοῦ διαθεμένου[10] γλώσσης· καὶ εἴ τις ἔλεγχος μετὰ ταῦτα ψευδογραφίας ἀναφαίνοιτο, τίμημα προσκεῖσθαι τοῦ ἁμαρτήματος, εὐπόροις μὲν οὖσιν αὐτοῖς τὴν τῶν ἰδίων ὑπάρξεων ἀλλοτρίωσιν, ἐρήμοις δὲ περιουσίας σφοδραὶ μάστιγες καὶ φυγὴ ὑπερόριος ἐπικείσεται ἡ ζημία. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτο τοῖς[11] θεσπισθεῖσιν ἐπισυνάπτομεν· ποῖον[12]; εἴ ποτε ἡ διάταξις δεηθείη ὅρκων[13] οἷα πολλὰ εἰς βεβαίωσιν, καὶ αὐτοὺς τοὺς γεγραφότας τὴν διάταξιν σὺν τοῖς μάρτυσιν ἐπομνυομένους[14] συνεπισχύειν τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀλήθειαν.

CONSTITUTIO LXX.

De grassationibus (36).

ΔΙΑΤΑΞΙΣ Ο'[15].

Περὶ ἐφόδων καὶ τεθνηκότος ἀνθρώπου πάντας ἀμύνασθαι[16].

Idem imperator eidem Styliano.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Quos communio in unam aliquam eamdemque conditionem conjungit, inter hos communes etiam animos esse ubique videas. Ita in negotiationibus socii (37-38) lucrum damnumque æqualiter inter se partiuntur; ita itinerum comites, cum fortuitu in rem aliquam incidunt (39), tametsi sæpe uno illam momento pariter non conspiciant, ejus tamen inter se jus communicant (40). Ita vero et commilitones, licet omnes non pari studio et impetu in hostem ferantur, attamen victoriæ palmam ex æquo auferunt. Quapropter etiam, ut qui malitioso consensu coitione facta, rem aliquam in quam a lege pœna constituta est, incœptant (utpote si (41-42) raptus committatur, vel parricidium (43),

Ἀπανταχοῦ τὸ κοινὸν τῆς γνώμης κατόψοιτ' ἄν τις οὓς ἡ κοινωνία συνάπτει ἐν μιᾷ καὶ τοιαύτῃ[17] μοίρᾳ τιθέμενον. Οὕτω γὰρ καὶ συνέμποροι τὸ ἐκ τοῦ κέρδους ἢ τῆς ζημίας ἴσον διαλαγχάνουσιν· καὶ συνοδῖται πολλάκις εὑρήματι περιτυχόντες, εἰ καὶ μὴ κατ' ἴσον ἔβαλον ἐπ' αὐτὸ τὰς τῶν ὁμμάτων βολάς, ὅμως διὰ τὴν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας κοινωνίαν κοινὴν τὴν τοῦ εὑρήματος κτῆσιν πεποίηνται· καὶ συστρατιῶται δή, εἰ καὶ μὴ πάντες σὺν ὁμοίῳ τόνῳ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς τὰς χεῖρας ἐξέτειναν, ἀλλὰ τῶν ἀριστείων τὴν ἰσότητα φέρουσι. Καλῶς ἄρα καὶ τῷ παλαιῷ ἔδοξε νομοθέτῃ τὴν αὐτὴν ὑπέχειν ποινὴν τοὺς πονηρᾷ γνώμῃ συναπτομένους καὶ κοινῇ πρός τινα πρᾶξιν τιμωρουμένην νόμῳ καθισταμένους, ἄν τε γυναίου

VARIÆ LECTONES.

[8] Codd. οὐ διὰ γραμμάτων κειμένων (Meerm. ἠγμένων) τυφλῶ. Emendavit Steph. [9] Inc. Ecloga. [7] Codd. ταῦτα non habent: supplevi ex Ecl. [8] Scrimg. ἐνορκίων = ὑπογραφάς. [9] Malim ἐκείνοις, sc. τοῖς γράφουσιν. [10] Ecl. διατιθεμένου, et rectius. [11] Ita Ecl. Codd. τούτοις. [12] Ita Codd. et Ecl. Agyl. vult τοῖον δὲ ὡς. Fortasse ποιὸν scribendum, ut cum præcedente τοῦτο jungatur. [13] Ecl. ὁρκίων. [14] Ecl. ἐπομνυμένους. [15] Ecl. Nov. 36. [16] In editis περὶ ἐφόδων. [17] Rectius forte τῇ αὐτῇ.

NOTÆ.

(33-34) Διατάξεις ἐν μυστηρίῳ κειμένας. Scrimg.

(35) Puta, mulierum, et imperitorum scribendi 5, Harmenop. 1, § 34.

(36) Περὶ ἐφόδων. Scrimg. Hac Novella confirmatur jus vetus pœnæ constitutæ adversus grassatores.

(37-38) L. 29, ff. pro socio, § 1, Inst. De societate

(39) Adde l. 5, ff. pro derelicto: l. 42, § 7, 8, 9, ff. De furtis; § 47, Inst. De rerum divis.

(40) Forte ex pacto. Potest et hoc referri vel ad rem pro derelicto habitam d. l. 5, vel ad res eas quas dominus ignoravit, arg. d. § 7, 8, 9, Nov. 64, s. cod.

(41-42) De complicibus raptus l. un. § 2, C. De raptu.

(43) De complicibus paricidii, l. 1, 1, 6, 7, ff. ad l. Pompeiam de parricidiis

ἁρπαγὴ τὸ πεπραγμένον εἴη, ἄν τε πατρὸς ἄν τέ τινος ἑτέρου ἀναίρεσις, εἰ καὶ μὴ πάντες ἐπίσης τῷ πραχθέντι παρέσχον τὴν ἐνέργειαν.

Τοιγαροῦν [18] καὶ ἡμεῖς τοῖς προτεθεσπισμένοις συμφθεγγόμενοι περὶ τῶν ἅμα καὶ κοινῶς [19] ἐφοδον κατὰ ζωῆς ἀνθρώπου [20] πεποιημένων ὁρίζομεν, ὥστε πάντας, ὁπόσοι δ' ἂν καὶ εἶεν, τῇ [21] αὐτῇ καθυποβάλλεσθαι δίκῃ, εἰ καὶ μὴ ὡσαύτως ἐνήργηται παρὰ πάντων ἡ πρᾶξις. Οὐ γὰρ ὅτι μὴ αὐτός τις τὴν χεῖρα ὑπουργῆσαι τῷ θανάτῳ παρέσχετο, διὰ τοῦτο ἀθῶος ἀπιέναι δυνήσεται. Τί γὰρ, εἰ καὶ μὴ τὴν ἰδίαν δεξιὰν, ἀλλὰ τὴν ἑτέρου ἐτόνωσε πρὸς τὴν ἀναίρεσιν; ὅτι γὰρ ἡ τὸν θάνατον καταπραξαμένη χεὶρ ὑπὸ τῆς κοινῆς πονηρίας κινουμένη τὴν πρᾶξιν ἐτόλμησε, δῆλον. Οὐκ ἂν γὰρ, εἰ μὴ συνεκρότει ταύτῃ τῶν ἄλλων ἡ συνδρομὴ [22], ἑτοίμη ὤφθη τῷ φόνῳ ὑπηρετήσασθαι. Διὰ τοῦτο, καθὼς εἴρηται, πάντας τὴν αὐτὴν ὑφίστασθαι εἴσπραξιν τῆς δίκης ψηφιζόμεθα, κἂν, ὡς εἰκὸς ἐπὶ μιᾶς τινος πληγῆς τὸ θανεῖν ἀπαντήσῃ, τῶν δ' ἄλλων αἱ χεῖρες οὐ συνεφήψαντο.

A alteriusve cujuspiam cædes perpetretur), quanquam non omnes tantumdem momenti et operis re peragenda conferant, eamdem tamen pœnam sustineant: sane quam recte veteri legislatori placuit.

Et nos quoque idcirco, quæ de his qui simul et communiter latrocinandi (44) animo homines invadunt, jam olim sancita sunt, approbantes (45), statuimus, uti omnes, quotcunque fuerint (46) eodem (47) supplicio afficiantur: tametsi parem operam rei perpetrandæ non omnes adhibuerint. Non enim si quis ipse manus inferendæ necі non admoverit, continuo insons et a pœna immunis esse poterit. Quid enim si pressis ipse manibus, alterius tamen dextram ad cædem intenderit atque confirmarit? Sane quod manus homicida, a communi perversitate instigata, rem aggressa sit, constat. Nam nisi aliorum manus huic in subsidium præsto fuissent, non certe ita prompte homicidium perpetrasset. Ac propterea (quemadmodum dictum est) quanquam uno cujuspiam ictu (quod fieri potest) mors illata fuerit, aliorumque manus suppetias non tulerint: ut eamdem tamen omnes pœnam sustineant, decernimus.

B

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΟΑ' [23].

Περὶ μελλόντων [24] κτίζειν ἐν ἀροσίμοις τόποις καὶ ὑπαμπέλοις.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Γνώμην ἀρίστην τε καὶ ἐννομωτάτην, παρὰ τοῦ ἀειμνήστου γονέως ἡμῶν καὶ βασιλέως ἐξενηνεγμένην περὶ τῶν καινάς τινας οἴκων κατασκευὰς ἐν τόποις, οὓς τέως ἄροτρον ἔτεμνε καὶ ἀμπελῶνες εἶχον, εἰς [25] ἀποκλήρωσιν βουλομένων κατασκευάζειν, ἐν ὁπόσῳ τῶν γειτονευόντων ὁρίων διαστήματι συστήσεται ἡ καινὴ αὕτη κατασκευὴ, δεῖν ἐκρίναμεν νόμου τιμῆς [26] ἀξιῶσαι, ἐπεὶ μὴ παρὰ τοῦ πατρὸς εἰς τὴν τῶν νόμων ἐγράφη συμπολιτείαν [27].

Ὁρίζομεν οὖν κατὰ τὴν ἐκείνου γνώμην, τοὺς ἐπὶ νοῦν βαλλομένους ἐν ἀροσίμοις τόποις καινῶν οἰκήσεων κατασκευὴν, εἰ μὲν ἡ ἀφθονία παρέχει τῆς χώρας, δυσὶ τόξου βολαῖς ἐκ τῶν γειτόνων ὁρίων

CONSTITUTIO LXXI (48).

De iis qui in locis arabilibus aut vineis ædificaturi sunt (49-50).

Idem imperator eidem Styliano.

Præstantissimum illud æquissimumque patris nostri sempiternæ gloriæ principis placitum, quanto (51) *videlicet* a vicini finibus spatio abstinere debeant, qui in locis, quos hactenus aratrum secarit, inve quibus vineæ constiterint, noviter domus *assignandas* (52) *muneribus publicis* ædificare velint: quoniam ab ipso in legum corpus (53) transcriptum (54) non est, legis (55) auctoritate decorari oportere decrevimus.

C

Statuimus itaque, ut qui in locis ad sementem excultis novas ædes constituere volunt, si loci amplitudo ferat secundum illius (56) placitum a vicini finibus tanto spatio ædificent (57), in quan-

VARIÆ LECTIONES.

[18] Inc. Ecloga. [19] Ecl. κοινῇ. [20] Ecl. ἀνθρώπων. [21] Ecl. ἐν τῇ. [22] Basil μὴ εἰ συνεκροτεῖτο παρὰ τῆς τῶν ἄλλων συνδρομῆς. [23] Ecl. Nov. 37; laudatur lib. II, tit 4, pag. 186. [24] Ecl. τῶν μελλ. [25] Ecl. ὡς ἀπ. [26] Scrimg. τιμῇ. [27] Scrimg. ἐγράφησαν πολιτείαν.

NOTÆ.

(44) Ἔφοδον Græci Galli *guetteur de chemins*, facit l. 28, § 10, ff. De pœnis: Novell. 134, cap. 13, vers. Eos vero, ibi, aut itineribus.

(45) Nihil igitur hac lege innovatur.

(46) Conscii, complices, ministri, l. 2, § 12, ff. vi bonor.

(47) Pœna ministerium præbentis grassationi faciendæ d. § 12.

(48) Apud Harmenopulum nominatur 36, vid. 2, Harmen. 4, § 151, l. ult. ff. finium regund.

(49-50) Et de spatio quo domum ædificatam in agris abesse oportet ab arvo vicini, Spatium autem definitur, quantum unus vel duo teli jactus faciant: olim duorum pedum spatium videtur fuisse. L. ult. ff. finium regundor. quæ hoc modo videtur abrogari.

(51) L. ult. ff. finium regundor.

(52) Εἰς ἀποκλήρωσιν. Scrimg. vetus liber habet, D ὡς ἀποκλήρωσιν, quod est, ὡς ἀπόμοιραν, partem aliquam ab arvo aut vinea separabant. Nam et ἀποκληροῦσθαι dixit duobus locis Novell. 5, per partem alicui addere et supponere, vide Cujac. 17, obs. 31.

(53) Εἰς τὴν τῶν νόμων πολιτείαν. Scr. intelligit πρόχειρον Basilii, de quo dixi initio harum Novellarum.

(54) Ἐγράφησαν πολιτείαν. Scrimgr. ἀγράφη συμπολιτείαν. Cujac. 17, observ. 31, ut Nov. 78, τῆς ἐν τοῖς νόμοις; σομπολιτείας.

(55) Νόμου τιμᾷ. Scr. νόμου τιμῆς. Cujac. 17, obs. 31.

(56) Κατὰ τὴν ἐκείνων. Scr. κατὰ τὴν ἐκείνου Cujac. d. loco.

(57) Ποιεῖσθαι τὸ διάστημα. Scrimg. μετρεῖσθαι τὸ διάστημα, ut apud Harm. Cujac. De loco.

tum arcus iterata (58) vice telum ejaculetur : sin tantum spatium interstitio loci angustia non præbeat, uno etiam arcus jactu hoc constituatur. Intra dictum autem spatium novam domum exstruendi, nemini facultas sit. Cujus ratio evidentior est, quam ut exprimi opus sit. Quo enim ædificium propius vicini fruges ponitur, eo illi etiam noxa propinquior est.

CONSTITUTIO LXXII (59-60).

Ut pacta etiam non constituta pœna valeant (61-62).

Idem imperator eidem Styliano.

Legali (63) decreto, quod nudum pactum non actionem, sed solum exceptionem parere tradit, nonnullos illudere videmus. Dum enim omne pactum quod pœna stabilitum non est, nudum esse volunt ; etiamsi scripto comprehensum sit pactum, etiamsi (64) qui pactum inierunt, sua manu sacrosanctæ crucis (65) nota (66) scriptum signarint, etiamsi divini ternionis appellationes adjectæ sint : si tamen pœna constituta non sit, id ut invalidum, contemnunt ac rejiciunt. Qui sane male sentiunt, minimeque judicium suum comprobant, ut qui rebus divinis communes res mortalium longe præferendas censeant. Quam enim tantam, recto quidem hominum judicio, adjectio pœnæ, pactis auctoritatem, quantam sacrosanctum signum, divinitatisque nomenclatura in illis conspecta præbeat?

Sancimus igitur, *ut omne* pactum, in quo ex divinis hisce adjumentis (67) idoneum aliquid ad faciendam fidem insit, quamvis de pœna nihil scriptum sit, firmum solidumque robur habeat.

CONSTITUTIO LXXIII.

Ut nemo cum (68) *mulieribus in ecclesiarum cœnaculis habitet.*

Idem imperator eidem Styliano.

ποιεῖσθαι [28] τὸ διάστημα τῆς νέας κατασκευῆς· εἰ δ' οὐ χαρίζεται δι' ἔνδειαν ἀφθονίας τοσοῦτον μέτρον ἡ χώρα τῷ διαστήματι, μετρείσθω [29] καὶ μιᾷ τόξου βολῇ. Ἐντὸς δὲ τοῦ εἰρημένου ὁρίσματος οὐδενὶ παρέχεται ἄδεια τῆς τοιαύτης τῶν οἰκήσεων νεουργίας. Καὶ ἡ αἰτία λόγου ἥττων· συνεγγίζει γὰρ καὶ ἡ βλάβη τοῖς γειτονεύουσι καρποῖς μετὰ τῆς πλησιαζούσης οἰκίας.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΟΒ' [30].

Περὶ τοῦ κυροῦσθαι τὰ σύμφωνα τὰ ἄνευ προστίμου γεγενημένα.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Τῷ προστάσσοντι νομίμῳ ψηφίσματι ἀπὸ ψιλοῦ συμφώνου μὴ τίκτεσθαι ἀγωγὴν, ἀλλὰ μόνην παραγραφὴν, ἐνίους ὁρῶμεν προσπταίοντας [31]. Ἀξιοῦντες γὰρ ἅπαν σύμφωνον ἀπροστίμητον ψιλὸν ὑπάρχειν, κἂν τε γραφῇ συντεθειμένον ᾖ, κἂν τε τῶν συμφωνούντων ἰδιόχειρος ἐνέργεια τὸν θεῖον σταυρὸν ἐντάξῃ τοῖς γράμμασι, κἂν τε τῆς θεαρχικῆς Τριάδος αἱ κλήσεις προσκέοιντο, εἰ μὴ καὶ προστιμήματος [32] ζημία ἐμφέροιτο [33] εἰς τὸ ἀσύστατον τὸ συμφωνηθὲν ἀποῤῥίπτουσι, κακῶς εἰδότες καὶ κάκιστα [34] τὴν ἰδίαν κρίσιν κυροῦντες, οἵ γε πολλῆς τῶν θείων ἐπίπροσθεν τὰ κοινὰ καὶ ἀνθρώπινα τιμῆς ἀξιοῦσι. Τί γὰρ, τοσοῦτον κατά γε τὴν ὄντως ἀνθρώπῳ ἁρμόζουσαν κρίσιν ἡ τοῦ προστίμου ζημία παρέχει τοῖς συμπεφωνημένοις ἄξίωμα, ὁπόσον θεῖος ἐν αὐτοῖς ὁρώμενος τύπος καὶ κλῆσις τῆς μακαρίας θεότητος [35];

Θεσπίζομεν οὖν, ἐν παντὶ συμφώνῳ, ἐν ᾧ ἂν τὸ ἐκ τῶν θείων τούτων [36] συναντιλήψεων ἐχέγγυον πρὸς τὴν ἀξιοπιστίαν προσῇ, τὴν ἰσχὺν παρεῖναι κραταιάν τε καὶ ἄλυτον, κἂν μηδεὶς λόγος προστιμήσεως συγγέγραπται [37].

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΟΓ'.

Περὶ τοῦ μηδένα ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις συνοικεῖν γυναῖξίν.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

VARIÆ LECTIONES.

[28] Ecl. μεμετρῆσθαι. [29] Ecl. μετρεῖσθαι. [30] Ecl. Nov. 38, laudatur lib. 1, tit. 9, pag. 79. [31] Ita Ecl. rectius ut opinor. Vulgo προσπαίοντας. [32] Ecl. τιμήματος. [33] Vulgo ἐκφέρ. [34] Ecl. κάκιον. [35] Sic in Ecl. Vulgo θειότ. [36] Ecl. τούτων non habet. [37] Ecl. συνεγέγραπτο.

NOTÆ.

(58) Δυσὶ τόξου βολαῖς, *à deux traits ou jets d'arc.*

(59-60) Hæc Novella tricesima octava nominatur. apud Harm. 1, tit. 9, § 12.

(61-62) Nudum pactum non parit actionem l. 7, § 4, ff. De pactis. Nudum non censetur interposita divini nominis denominatione aut crucis signo, ut hic.

(63) Hic locus valde suspectus. Nudum enim pactum non est quod litteris est munitum. Inst. De litterar. oblig.

(64) Ratio abrogandæ legis hic sumitur.

(65) Crucis Christi signum, adeo sanctum veterum sæculo fuit, ut in instrumentis pro fide et subscriptione cederet, l. ult. § 2, C. De jure deliber. Nov. 72, c. 8, Nov. 90, et fixione ejus profana loca expiari, Deoque consecrari crederentur Nov. 5, c. 1 et 69, c. 1, Nov. 131, c. l. ult. C. Theod. De pig. sac. Crux quoque præferebatur litaniis publicis, Nov. 123, c. 33. Ex contrario vetitum ne in locum publicum, vel privatum voluptatibus destinatum crux inferretur, l. 26, C. De epist. aut ad contumeliam passionis Christi deferretur, l. 4, C. De Judæis, aut humi in silice vel marmore pingeretur, vel sculperetur C. Nemini licere signum Salvatoris Christi.

(66) Ἐντάξῃ Scrimger. Signum etiam veteres appellarunt, Cod. nemini licere signum salvatoris Christi. Ratio a Chrysostomo affertur, ὅτι πάσας, inquit, τοῦ Θεοῦ τὰς παρακαταθήκας ζσας ἂν λάβωμεν τούτῳ καθάπερ τινὶ σημάντρῳ βασιλικῷ καὶ δακτυλίῳ σφραγίζομεν, hæc ille. Constat quoque veteres frontem eo signo præmunisse, vide Protevangelium Jacobi, Tertullianum et Hieronymum in vita Pauli.

(67) Crucem intelligit et Trinitatis denominationem.

(68) Facit Novell. 123, cap. 29, Novell. 133. cap. 3, l. 19, l. 44, C. De epist. canon. 47. Synod.

Πρᾶγμα κακῶς μὲν καὶ πρὸ τῶν κωλυόντων αὐτὸ δικαίων γινόμενον, χεῖρον δὲ μετὰ τὸ κωλυθῆναι τολμώμενον (φημὶ δὴ τὸ ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερῴοις, ἅπερ ὁ πολὺς ἄνθρωπος κατηχούμενα καλεῖν ἔγνω, συνοικεῖν τινας γυναιξὶν) οὐκ ἄξιον περιδεῖν, οὐκοῦν οὐδὲ παροφθήσεται ἡμῖν. Ἦν μὲν οὖν αὕτη ἡ τόλμα οὐκ οἶδ' ὅπως ἄχρι τῆς ἕκτης συνόδου ἀτιμώρητος, κατὰ ταύτην δὲ τὴν ἱερὰν σύνοδον τὸ πρᾶγμα ἐπιστασίας ἀξιωθὲν, ἱερεῖς μὲν ὄντας τοὺς τοιούτους οἰκήτορας ἐνόχους ἔδειξε καθαιρέσεως, ἀφορισμὸν δ' ἐπήνεγκε λαϊκοῖς. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἀπέχρησεν εἰς παντελῆ ἐκδίκησιν τῶν Ἐκκλησιῶν τὸ ἱερωσύνης ψήφισμα. Ἤδη γὰρ τῆς αὐτῆς παραμενούσης τόλμης καὶ καθ' ὃν χρόνον [36] διεῖπε τὰ σκῆπτρα ὁ περιώνυμος ἐν βασιλεῦσι πατὴρ ἡμῶν, ἐδέησε βασιλικὴν χεῖρα καὶ πρόσταγμα τὴν τοιαύτην προπέτειαν τῶν ἱερῶν ἐξελαύνειν οἴκων.

A Quæ res etiam antequam jure prohibita esset, detestabiliter committebatur, ac vero post prohibitionem multo detestabilius audetur (quod nempe in (69) Ecclesiarum cœnaculis, quæ promiscuum vulgus κατηχούμενα (70) vocare solet, quidam cum mulieribus habitant) eam neglectim habere æquum non est; neque vero ita a nobis habebitur. Ac fuit hæc quidem res ad sextam (71) usque synodum, haud scio qua ratione, impune admissa, in ipsa autem sancta synodo, ubi penitius excussa esset, sacerdotibus ita habitantibus, remotionem (72) a sacro ordine, profanis vero a rerum sacrarum communione separationem (73) induxit. Verum, ut plene ab eo ausu Ecclesias vindicaret, ad id sacerdotale decretum non par fuit. Nam cum ad id usque B tempus, quo pater noster inclytus princeps sceptra moderatus est, in republica constitisset, ut principis decretum atque manus eam insolentiam sacris ædibus expelleret oportuit.

Ὅπερ οὖν καὶ ἀπὸ τοῦ παρόντος κρατεῖν βουλόμενοι, ὁρίζομεν, μηδένα μηδαμῶς μήτε ἱερέα μήτε τῶν ἐκ τοῦ λαοῦ γυναιξὶ συνοικοῦντα ἐν τοῖς λεγομένοις κατηχουμένοις οἰκεῖν. Εἰ δέ τις εὑρίσκοιτο τὸν ἅγιον οἶκον οὕτω κοινοποιῶν, τοῦτον μὲν βασιλείῳ χειρὶ ἀτίμως ἐκεῖθεν ἐξωθεῖσθαι, τὸν δὲ παρασχόμενον τὴν κατοίκησιν (εἴτε ἱερεὺς εἴτε τις ἕτερος εἴη ὁ τὴν ἐπιτροπὴν τοῦ ναοῦ ἔχων) καὶ αὐτὸν κινδυνεύειν ἕνεκά γε τῆς τοιαύτης καταφρονήσεως καὶ τῶν ἱερῶν κοινοποιίας τῇ τῆς ἐπιτροπῆς ἀφαιρέσει.

Quod nos cum dehinc obtinere velimus, statuimus, *ut omnino nullus* neque sacerdos, neque profanus, in (74) dictis cœnaculis cum mulieribus habitet; ac si quis sacram ædem hoc modo fœdare deprehendatur, hic illinc ignominiose principali manu exturbetur; qui vero illi eum locum habitandum præbuit (sive sacerdos sive aliquis alius qui templum procurat, sit), ipse quoque propter legis contemptum sacrorumque profanationem procuratione periclitetur.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΟΑ'.

Περὶ τοῦ μὴ τελεῖσθαι τὰς εὐλογίας πρὶν ἂν ὁ νόμιμος τοῦ γάμου συμφθάσῃ καιρός.

CONSTITUTIO LXXIV.

Ne ante legitimum matrimonii tempus futuris conjugibus benedicatur (75).

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Idem imperator eidem Styliano.

Ἐπειδὴ ἐν τοῖς περὶ γάμων τῇ τε ἱερᾷ καὶ μεγάλῃ ἕκτῃ συνόδῳ ἐντελλομένοις ἐν τῷ ιθ' [39] κανόνι καὶ [40] τοῖς τῷ πολιτικῷ νόμῳ δοκοῦσιν ὑπεναντιότης δοκεῖ ἀναφαίνεσθαι (ἡ μὲν γὰρ ἀπαγορεύει παντελῶς τὴν μεμνηστευμένην ἔτι τοῦ μνηστῆρος ἐν ἀνθρώποις ὄντος πρὸς γαμικὴν ὁμιλίαν ἑτέρῳ συνάπτεσθαι μοιχείας τὸ πρᾶγμα ὁρίζουσα, ὁ δὲ πολιτικὸς νόμος οὐκ ἀξιοῖ τὴν τοιαύτην διάλυσιν οὔτε τοῦ μεγάλου ἐγκλήματος, ἀλλ' ἐπὶ μόνῃ τῇ τῶν ἀῤῥαβώνων καὶ τῶν προστιμήσεων ποινῇ τὴν ἐνοχὴν περιγράφει, εἰ πρωϊαίτερον τοῦ γαμηλίου καιροῦ ἡ ἐπ' αὐτῆς νενομισμένη τελεσθήσεται εὐλογία), ἐπεὶ

C Quoniam in iis quæ a sacra magnaque sexta synodo de nuptiis in duodecentesimo (76) canone præcipiuntur, quiddam civilis juris placitis contrarium exsistere videtur (synodus enim (77) ne sponsa, vivente adhuc sponso, in matrimonium alteri conjungatur, in universum prohibet, eamque rem pro adulterio (78) habet: civilis autem lex (79) nequaquam talem dissolutionem magnum aliquot esse crimen judicat: sed si maturius (80) quam pro connubiali tempore solemnis nuptialis benedictio celebretur, in solis arrhis, et quidquid D pœnæ nomine promissum fuerit, dependendis,

VARIÆ LECTIONES.

[36] Codd. τρόπον. Emendavit Steph. [39] Cf. infra Constit. CIX. Imo c. 98. [40] Codd. καὶ ἐν τῷ ϛθ' κανόνι ἐν τοῖς. Emendaverunt Agyl. et Beck.

NOTÆ.

in Trul. Synod. 7, cap. 19 et 20, ubi de duplicibus monasteriis. Novell. 123, cap. 36.

(69) Ὑπερῷον. Domus editiore loco posita 2, Harmenop. 4, 5, 27 et 44, 46, 96.

(70) Κατηχούμενα, ut infra eod. catechumenorum mansiones, 6 synod. cap. 98.

(71) In Trullo.

(72) Scrimg. hic.

(73) Clericorum est, καθαίρεσις, de qua supra: monachorum et laicorum ἀφορισμός.

(74) Ἐν τοῖς λεγομένοις κατηχουμένοις οἰκεῖν Scrimg. ut supra eod. κατηχούμενοι.

(75) Benedicendi conjugibus morem observa. Adde Novell. 89, inf. eod.

(76) Στηῷ Scrimg. legendum ιη' id est, 98.

(77) Sexta scil. d. c. 99.

(78) Adulterium sententiæ sextæ synodi committit, qui alterius sponsam ducit.

(79) L. 1, 2, 3. c. *De spons.*

(80) Vid. D. l. 3.

pœnam circumcludit) ; quoniam itaque ipsum contrarietatis velut vulnus hinc acrior ratio conspicit (quod enim post benedictionem dirimantur, in eo vera sponsaliorum dissolutio statuenda est), sancimus, ne prius benedictiones celebrentur, quam legitimum matrimonii advenerit tempus, quod (81-82) in maribus decimum quintum (83), in feminis decimum tertium exspectat annum. Sic enim et benedictio tempestive fiet : et desponsatis a se invicem divertentibus, quod perfectum matrimonium dirimant, a civili lege judicium quod Ecclesiæ placitis non adversetur, obveniet.

A οὖν τὸ καίριον τῆς ἐναντιότητος ἀκριβὴς λόγος ἐντεῦθεν ὁρᾷ· τὸ γὰρ μετὰ τὴν εὐλογίαν διίστασθαι, τοῦτο ἂν εἴη μνηστείας ἀληθὴς λύσις· θεσπίζομεν μὴ τελεῖσθαι τὰς εὐλογίας, πρὶν ἂν ὁ νόμιμος τοῦ γάμου συμφθάσῃ καιρὸς, ὃς ἐπὶ μὲν ἀνδρῶν πεντεκαιδέκατον περιμένει ἔτος, ἐπὶ δὲ γυναικῶν τῷ τρισκαιδεκάτῳ συμπεριγράφεται. Οὕτω γὰρ καὶ τὰ τῆς εὐλογίας κατὰ λόγον ἕξει, καὶ ἡ τῶν συνελθόντων διάλυσις τελείου γάμου τυγχάνουσα οὐκ ἐναντιουμένης τῇ Ἐκκλησίᾳ καὶ παρὰ [41] τοῦ πολιτικοῦ νόμου τεύξεται κρίσεως.

CONSTITUTIO LXXV.

Ut qui viginti (84) *annorum est hypodiaconus creari possit.*

Idem imperator Stephano sanctiss. Constantinop. archiepiscopo, et patriarchæ universali.

B

Si sacrorum decretorum sanctio ad res civiles transiens, in illis sæpe plus auctoritatis quam ipsæ civiles de iisdem rebus tractantes leges habeant, quanto magis sacra decreta in suis rebus civilibus legibus prævalebunt? At quid est quod dico? Sexta synodus (85) vicennarium hypodiaconum ordinari posse sancit ; huic vero civilis lex contradicens, viginti annis quinque admetiri jubet.

Nos itaque, *uti sacram* legem sacer ordo sequatur, convenire rati, ut ad hypodiaconatum, qui quidem eo digni sunt, anno ætatis suæ vicesimo admittantur, sancimus.

C

CONSTITUTIO LXXVI.

De pœna (86) *falsum testimonium dicentium sacerdotum.*

Idem imperator eidem Styliano.

Quæ præconibus Dei (sacrosanctis apostolis nempe) sacræ sanctiones (87) ascribuntur, sacerdotes falso jurasse deprehensos, sacra dignitate privant. Civilis vero reipublicæ moderatrices leges (88) ubi hujus rei constituendo tractatui incumbunt, falsum testimonium bifariam dividunt : et quod falsum dictum in causa criminali deprehenderint, remotione a sacro ordine puniunt : qui vero in re pecuniaria falsum testimonium dixerint, hos ad tempus relegando, non autem penitus removendo puniunt.

D

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΟΕ' [42].

Περὶ τοῦ προάγεσθαι ὑποδιάκονον εἰκοστῷ ἔτει.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στεφάνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Εἰ ἐν πολιτικοῖς πράγμασι δογμάτων ἱερῶν παριοῦσα [43] διάταξις πολλάκις πολιτικῶν δογμάτων περὶ τῶν αὐτῶν διατασσόντων κυριωτέρα καθίσταται, πόσῳ μᾶλλον αἱ ἱεραὶ ψῆφοι ἐν πράγμασιν οἰκείοις τῶν πολιτικῶν ψηφισμάτων κρατήσουσι; Τί οὖν ἐστιν ὃ φημι; Τὸν ὑποδιάκονον ἡ ἕκτη σύνοδος εἰκοστῷ ἔτει ἀποθεσπίζει προάγεσθαι· ταύτῃ πολιτικὸς ἀντιλέγων νόμος πέμπτον ἐπὶ τοῖς εἴκοσι χρόνον συνεπιμετρεῖσθαι παρακελεύεται.

Ἄξιον οὖν ὑπειληφότες εἶναι τῷ ἱερῷ νόμῳ τὴν ἱερὰν ἀκολουθεῖν ἁγιστείαν, θεσπίζομεν καὶ ἡμεῖς, τῷ εἰκοστῷ ἔτει τῆς τοιαύτης τυγχάνειν τοὺς ἀξίους χειροθεσίας.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΟϚ'.

Περὶ τῆς τῶν ψευδομαρτυρησάντων ἱερέων κολάσεως.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στυλιανῷ τῷ αὐτῷ.

Τὰ πρὸς τοὺς θεοκήρυκας (λέγω δὲ [44] πρὸς τοὺς θείους ἀποστόλους) ἀναφερόμενα θεῖα θεσπίσματα ἱερεῖς μὴ εὐορκεῖν ἐλεγχομένους ἀπογυμνοῦσι τοῦ ἱεροῦ ἀξιώματος. Τῆς πολιτείας οἱ διατάκτορες νόμοι [45] πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῶν πραγμάτων ἐγκύπτοντες τὴν ψευδομαρτυρίαν διχῇ διαιροῦσι, καὶ ἢν μὲν ἂν φωράσωσι προελθοῦσαν ἐπὶ ἐγκλήμασι καθαιρέσει τῶν ψευδομαρτυρησάντων ἱερέων τιμῶνται, τὴν δ' ἐπὶ τοῖς χρηματικοῖς ἀφορίζοντες ἐπί τινα χρόνον, ἀλλ' οὐ καθαιροῦντες τοὺς ἁμαρτόντας κολάζουσιν.

VARIÆ LECTIONES.

[41] Scrimg. περί. corr. Steph. [42] Cf. supra Constit. XVI. [43] Malim προϊοῦσα. [44] Forte δή. [45] Nov. Justiniani, 123, c. 20.

NOTÆ.

(81-82) Pubertas in nuptiis definitur anno 15 et 13 non affecto, sed plane expleto : adde Novellam Justiniani 100, cap. 1, l. unicum C. Theod. De Carboniano edicto. Sane testamentum nemo facere potest nisi 14 anno expleto, hoc est, 15 incepto. 35. Ecl. 7, 3, Harmenopul. 1, § 3.

(83-84) Hypodiaconus creari potest, qui annorum est 20, dixi ad Novell. 16, supra eod. Adde Photium 1, can. 9, can. 15, syn. in Trullo.

(85) In Trullo can. 45.

(Ex Anecdotis Græcis P. Matrangæ, Romæ, 1850, tom. II.)

—

Multi me arguunt lingua maligna talia exprobrantes: Mirum sermonem! quomodo nobilem solvis lectionum mercedem! pulchra alimenta patri tuo secundo præbes, dilecte, præceptorum monumentum clamans ad æternum tempus! quod insanus, quod blasphemus, quod apostata a Christianorum fide fuerit Leo.

B Πολλοί με τωθάζουσι γλώσσῃ (1) κερτόμῳ
Τοιαῦτα χλευάζοντες· Εὖγε τοῦ λόγου,
Ὡς ἐσθλὰ τίνεις τῶν μαθημάτων γέρα,
Καλὰ τροφεῖα πατρί σου (2), τῷ δευτέρῳ
Παρέσχες, ὦ βέλτιστε, τῶν διδγμάτων
Στήλην βοῶσαν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον·
Ὡς μωρὸς, ὡς βλάσφημος, ὡς ἀποστάτης
Τῆς Χριστιανῶν ἐστι πίστεως Λέων.

Alii me incusant, ignari fortasse veræ quam sequor rationem. Audent dicere mendacium esse sermonem artificiosa inimicorum arte consutum, quo me perditum dicunt temere magistrum vita functum alloqui.

Ἄλλοι δέ με σκώπτουσιν, ἀγνῶτες τάχα
Τῶν ἀτρεκῶν μου καὶ βεβηκότων τρόπων·
Τολμῶσί τ' εἰπεῖν ψεῦδος εἶναι τὸν λόγον
Ἐκ δυσμενῶν ῥαφέντα βασκάνῳ τρόπῳ,
Ὑφ' ὧν μ' ὑποφθαρέντα τοῦ διδασκάλου
Μάτην κατειπεῖν ἐκλιπόντος τὸν βίον.

Ego vero audiens tales scurrilitates, quandiu potui circonspecte sustinui; et in illos irasci nolens, Hippoclidis voce contestatus sum: loquens præsertim veritatem diligit, ut ait David, in corde suo, cujus robur, vocis organa tollens, longum tempus non consumit. Cum vero

C Ἐγὼ δ' ἀκούων τῶνδε τῶν ληρημάτων,
Ἕως ἐνῆν μὲν εὐλαβῶς ἐκαρτέρουν·
Καὶ πρός γε τούτους ἐκραγῆναι μὴ θέλων,
Τὴν Ἱπποκλείδου (3) ῥῆσιν ἀντεφθεγγόμην·
Λαλῶν μάλιστα τὴν ἀλήθειαν φίλει,
Ὡς φησι Δαβὶδ (4), ἔνδον ἐν τῇ καρδίᾳ,

NOTÆ.

(1) Constantini, discipuli sui, calumnias a se dimovet. Vide inter Prolegomena hujus voluminis, n. IV. EDIT.

(2) Photio fortasse præceptori olim favebat Leo, vide infra v. 13 seq., et seq. epigramma p. 158.

(3) Dolet quod Hippoclidis effatum non protulerit; quod si fecisset, e fragmentis Herculanensibus Polystrato tributis, aliqua fortasse ad Hippoclidem pertinere novissemus.

(4) Psal. XIV, 2.

Ἥσπερ τὰ νεῦρα τῶν λαλούντων ὀργάνων
Ῥέων ὁ μακρὸς οὐ διαφθείρει χρόνος.
Ἐπεὶ δὲ μαργαίνουσιν ἐκ πονηρίας,
Πέτρους ὁλοιτρόχους τε μεστοὺς πικρίας,
Λόγους καθ' ἡμῶν σφενδονοῦσι μακρόθεν,
Τέττιγος ἐδράξαντο τοῦ πτεροῦ (4) τάχα,
Νύξαντες ἡμᾶς, εἴ τι δεῖ καὶ κομπάσαι,
Κακὸν κακῷ μὲν ἐξιέμενος πάλαι,
Ὁ μητροραίστης (5) φησὶν Ἀτρείδου γόνος,
Ἄχρηστον εὗρεν ἐν βίῳ παροιμίαν·
Ἐγὼ δὲ καλῷ καλὸν ἐγγράφων λόγον,
Τὸν εὐσεβῆ λείπω γε μῦθον ἐν βίῳ
Ὁ πατροραίστης δυσσεβοῦς διδασκάλου,
Κἂν εἰ διαῤῥαγεῖεν Ἕλληνες μέσον,
Μανέντες ἐν λόγοισι Τελχίνων μέτα.
Καὶ πρῶτα μὲν ζήλῳ γε ῥωσθεὶς ἐνθέῳ
Χριστὸν κριτὴν τίθημι τὸν Θεὸν Λόγον,
Ὡς ὄντα πηγὴν τῆς ἀληθείας μόνον·
Καὶ τῷ Λόγῳ θρόνον τε καὶ βῆμα γράφω
Τάξεις παρεστώτων γε σεπτῶν ἀγγέλων,
Καὶ συγκαλῶ θέατρον ἀνθρώπων μέγα,
Καὶ προσκαλοῦμαι τοὺς ἐμοὺς κατηγόρους,
Μέσον παρελθὼν ὥς τις ὁπλίτης νέος,
Οὐκ εἰς ἀγῶνά φημι τῶν Ὀλυμπίων,
Ἐκκλησιῶν δὲ τῶν ἄνω καὶ τῶν κάτω,
Μέτειμι λοιπὸν ἐν κονίστρᾳ τῶν λόγων.
Ἐῤῥοιεν οἱ τὸ Θεῖον ἐξηρνημένοι,
Μανεῖεν οἱ Μάνεντι συμμεμηνότες,
Φθαρεῖεν οἱ σέβοντες Ἑλλήνων θεούς,
Θεοὺς ἔρωτι καὶ πάθει συνημμένους,
Θεοὺς ὑπ' ἀνδρῶν εὐτελῶν τετρωμένους,
Θεούς τε μοιχοὺς καὶ θεὰς κασσωρίδας,
Θεὰς ὑπ' ἀνδρῶν βουκόλων γαμουμένας,
Θεούς τε χωλοὺς, καὶ παραβλῶπας θεάς.
Πέσοιεν οἱ μὴ προσκυνοῦντες ἐμφρόνως
Θεῷ προσώποις ἐν τρισὶ νοουμένῳ,
Ὑμνουμένῳ δὲ τῇ μιᾷ μόνῃ φύσει·
Θάνοιεν οἱ τὴν σάρκα τοῦ Θεοῦ Λόγου
Μὴ σὺν φόβῳ σέβοντες ἐκ ψυχῆς ὅλης·
Χριστὸς καταργήσειε τὰς βλασφημίας,
Σωτὴρ ὀλοθρεύσειε πάσας αἱρέσεις,
Χριστὸς δ' ἀμερδύνειε καὶ τῶν σχισμάτων
Βλάβην ἅπασαν καὶ πονηρίαν φθόνου·
Σωτὴρ ἀϊστώσειε τοὺς δόξης χάριν
Ἐκκλησίαν τέμνοντας εἰς διαιρέσεις.
Ταῦτα φρονῶ ζῶν, καὶ θανὼν ἐκεῖ πάλιν
Καυχώμενος λέξαιμι πρόσθεν ἀγγέλων·
Τί σοι χρεωστῶ τοῦ νοὸς κατὰ πλέον,
Ὦ παντεπόπτα, καὶ νεφροὺς (6) καὶ καρδίας,
Ὦ τοὺς λογισμοὺς ἐξερευνῶν ἐννόμως;

A Cum vero deliraut ex malignitate, et ceu lapidibus nocivis et acerbitate plenis, sermonibus nos impetunt longum per tempus, cicadarum sumpserunt alas fortasse, ut nos lacesserent. Si quid oportet magnum loqui, malum pro malo inferens, dicit matricida, Atridæ filius : inutile invenit in vita proverbium. Ego autem bono bonum rescribens sermonem, linquo in vita memoriam, parricida impii magistri, quamvis Græci in medio disrumpantur, furiosi facti in sermonibus cum Telchinis.

Et primum quidem zelo actus divino Christum
B judicem statuo Deum Verbum, ut est veritatis solus fons; et Verbo thronum et scabellum scribo ordines esse circumstantium sanctorum angelorum, et convoco magnum hominum cœtum, et advoco meos accusatores, in medium ingrediens, ut novus quidam miles, non in certamen dico Olympicum, sed in Ecclesias quæ supra et infra exsistunt, ingredior tandem sermonum aream.

Dispereant qui Deum negant, furiis agitentur qui
cum Mane insaniunt, pereant qui colunt Græcorum deos, deos amori et passionibus obnoxios,
deos a vilibus viris vulneratos, deos adulteros et
C deas meretrices, deas quæ bonum custodibus nupserunt, deos claudos et deas luscas.

Cadant qui non adoraverint prudenter Deum tribus in personis cognitum, celebratumque in una sola natura. Moriantur qui carnem Dei Verbi cum timore non coluerint ex tota mente. Christus confundat blasphemias; Salvator exterminet omnes hæreses; Christus dissipet schismatum perversitatem omnem et malignitatem invidiæ; Salvator destruat illos qui gloriæ causa Ecclesiam in factiones dividunt.

D Hæc vivens cogito, et mortuus illic iterum gaudens dicam coram angelis. Cujus rei tibi magis debitor sum, o tu qui cuncta vides, mente, renibus et corde, o tu qui cogitationes recte scrutaris?

Οἷον δὴ καὶ τοῦτο τὸ ἡρωϊκοελεγεῖον αὐτοῦ.

Ἔῤῥε μοι, ὦ τριτάλαινα Πολύμνια, ἔῤῥετε, μοῦσαι,
Αὐτὰρ ἐγὼν ἀπὸ νῦν ῥητορικὴν ἔραμαι·
Φώτιον ἀρχιερῆα γεροντοδιδάσκαλον εὑρὼν,

Tale et hocce est heroico-elegiacum ejusdem.

Ito mihi, o ter misera Polymnia, ite musæ; nam ego nunc maxime rhetoricam adamo :
Photium enim archipræsulem senum magistrum

NOTÆ.

(5) C. videtur πτέρους.
(6) Sic cod. cum simplici ρ, ut infra v. 33, ubi sane de Photio in exilium misso loquitur, græcorum schismaticorum insania despecta.
(7) C. vid. νεφρῶν.

inveni, qui me lacte nutrivit divinorum fluentorum.

Alii iambici ejusdem versus.

Destruuntur illustria tempore qui omnia consumit, perierunt utilia et præclara, interiit scientia, exstincta est ratio, evanuit mens, abiit contemplatio, fugit pietas et religio, justitia abest et jus et omne bonum. Libere loquitur nunc dolus, mendacium regnat et tyrannis et vis. Accedit ad omne divinum opus invidia, os impietatis dilatatum est. Deglutit avide errores Charybdis, et quisquia blasphemiæ dogmata vomitat.

(8) Sic omnino habet codex et quidem mendose.

A Ὅς με (8) γάλακτι ἔθρεψε θείων ναμάτων.

Ἕτεροι ἰαμβεῖοι τούτου στίχοι.

Ἔρρει τὰ σεμνὰ τῷ χρόνῳ τῷ παμφάγῳ,
Διέφθορε τὰ χρηστὰ καὶ τὰ τίμια,
Ὤλωλεν ἡ παίδευσις, ἔσβη καὶ λόγος,
Φροῦδος δὲ καὶ νοῦς, οἴχεται θεωρία,
Λέλοιπεν εὐσέβεια, καὶ τελεστική·
Θέμις δ' ἀπέστη καὶ δίκη καὶ πᾶν καλὸν,
Παῤῥησιάζεται δὲ νῦν πανουργία,
Καὶ ψεῦδος ἄρχει, καὶ τυραννὶς, καὶ βία·
Ἕρπει δὲ πρὸς πᾶν θεῖον ἔργον ὁ φθόνος,
Τῆς δυσσεβείας ἠνέῳκται τὸ στόμα·
Ῥοιβδεῖ δὲ χανδὸν ἡ Χάρυβδις τῆς πλάνης,
Ἐμεῖ δὲ πᾶς τις δόγματα βλασφημίας·

LEONIS PHILOSOPHI EPIGRAMMATA.

(Brunck, *Analecta*, t. III, p. 128, ed. 4° 1776.)

B

I.

In librum Mechanices.

Liber Mechanices est; hunc Cyrinus elaboravit, Marcello fratre ministrante operam.

II.

In librum Pauli astrologi.

Prophetica divinatoriæ Phœbidis artis mysteria astrologus Paulus me docuit eximius vir.

III.

In libros Procli et Theonis.

Liber Theonis et Procli sapientia illustrium, liber cœli et terræ continet mensuras. Theon cœlum, Proclus metitur terram; Proclus ergo tellurem, et Theon metitur cœlum. Ambo pariter laude digni, ambo invicem suas elucubrationes mutuati, Theon Procli quidem sumens doctas theses, his demonstrat astrorum cursus; Proclus autem demonstrationes Theonis sumens, his exponit et explicat suas theses. Verum, o sapiens par, salve mihi admodum! salve illustris Theon, sapientia præditum caput, qui nunc exornas Alexandri urbem! Salve quoque, tu, Procle, quem Sarpedonis eximium sanguinem omnes proclamant.

IV.

In librum Leucippæ.

Amorem amarum, sed castorum vitam Clitophontis quidem ostendit sermo; Leucippæ autem castissima vita omnibus admirationem injicit, quomodo cæsa, sauciata, inanimis relicta, et quod majus est, ter mortua sustinuerit. Si vero tu quoque castus esse velis, amice, ne adjectitia sermonis mireris, sed orationis prius contextum disce, nam amantes castis furiis agitat.

V.

Sermonum tuorum purpura, Porphyrie, tingis labia, et mentem ornas.

VI.

In menses Romanorum.

Mensis consulum primus, secundus sulcum secat, tertius Ausoniorum genus in bellum excitat,

I.

Εἰς βίβλον Μηχανικήν.

Βίβλος Μηχανική· Κυρῖνος δέ μιν ἐξεπόνησε,
Μαρκέλλου γνωτοῖο συνερχομένου κατὰ μόχθον.

II.

Εἰς βίβλον Παύλου ἀστρολόγου.

Θέσφατα μαντῴης Φοιβηΐδος ὄργια τέχνης
Ἀστρολόγων Παῦλός μ' ἐδιδάξατο κύδιμος ἀνήρ.

III.

Εἰς βίβλους Πρόκλου καὶ Θέωνος.

Βίβλος Θέωνος καὶ Πρόκλου τῶν πανσόφων,
Βίβλος πόλου τε καὶ χθονὸς φέρει μέτρα,
Θέων πόλον μὲν, καὶ Πρόκλος μετρεῖ χθόνα·
Πρόκλος μὲν οὖν γῆν, καὶ Θέων μετρεῖ πόλον.
Ἄμφω δ' ἐπίσης τῶν ἐπαίνων ἄξιοι,
Ἄμφω δ' ἀμοιβὴν τῶν λόγων τετευχατην.
Θέων Πρόκλου μὲν λαμβάνων σοφὰς θέσεις,
C Δείκνυσι ταύταις τοὺς δρόμους τῶν ἀστέρων·
Πρόκλος δὲ δείξεις τοῦ Θέωνος λαμβάνων
Ταύταις ἀναλύει καὶ προβάλλει τὰς θέσεις.
Ἀλλ' ὦ σοφὴ ξυνωρὶ, χαῖρέ μοι λίαν.
Χαίροις Θέων ἄριστε, πάνσοφον κάρα,
Ὁ νῦν πυκάζων τὴν Ἀλεξάνδρου πόλιν·
Χαίροις δὲ καὶ σὺ, Πρόκλε, τοῦ Σαρπηδόνος
Ἄριστον αἷμα τοῖς ὅλοις βοώμενον.

IV.

Εἰς τὴν βίβλον Λευκίππης.

Ἔρωτα πικρὸν, ἀλλὰ σωφρόνων βίον
Ὁ Κλειτοφῶντος μὲν παρεμφαίνει λόγος·
Ὁ Λευκίππης δὲ σωφρονέστατος βίος
Ἅπαντας ἐξίστησιν, πῶς τετυμμένη,
Κεκαρμένη τε, καὶ κατηχρειωμένη,
Τὸ δὴ μέγιστον, τρὶς θανοῦσ' ἐκαρτέρει.
Εἴπερ δὲ καὶ σὺ σωφρονεῖν θέλεις, φίλε,
Μὴ τὴν πάρεργον τῆς γραφῆς σκόπει θέαν
D Τὴν τοῦ λόγου δὲ πρῶτα συνδρομὴν μάθε.
Νυμφοστολεῖ γὰρ τοὺς ποθοῦντας ἐμφρόνως.

V.

Τῇ τῶν λόγων σου κογχύλῃ, Πορφυριε,
Βάπτεις τὰ χείλη, καὶ στολίζεις τὰς φρένας.

VI.

Εἰς τοὺς Ῥωμαίων μῆνας.

Μὴν ὑπάτων ὁ πρῶτος. Ὁ δεύτερος αὖλακα τέμνει.
Ὁ τρίτος Αὐσονίων γενεὴν ἐπὶ μῶλον ἐγείρει.

Τέτρατος ἀγγέλλει ῥοδοδάκτυλος εἶαρος ὥρην·
Εἰμὶ ῥόδων γενέτης. Καὶ ἐγὼ κρίνα λευκὰ κομιζω.
Οὗτος ἀμαλλοδέτης. Τὰ δ' ἐμὰ πτερὰ Νεῖλον ἐγείρει.
Οὗτος ἐρισταφύλῳ πεφιλημένος ἔπλετο Βάκχῳ.
Τεύχω δ' οἶνον ἐγὼ μελιηδέα, χάρμα βροτοῖσι.
Δαῖτα φέρω χαρίεσσαν ἐς οὔνομα φωτὸς ἑκάστου.
Φορμίζειν δεδάηκα καὶ ὑπνώοντας ἐγείρειν.

A quartus nuntiat veris roseis digitis tempus. Sum rosarum pater; et ego lilia candida educo. Ille messor est. Meæ vero alæ Nilum excitant. Ille rixarum auctori dilectus Baccho exsistit. Vinum fingo suave, mortalium delicias. Convivium fero jucundum in nomen cujusque lucis. Lyram pulsare docco, et dormientes excitare.

VII.

Ὢν ἥδε βίβλος ἔνδον ὠδίνω, φίλε,
Βαθὺς χαρακτὴρ καὶ περισκελὴς ἄγαν.
Δεῖται κολυμβητοῦ δὲ πάντως Δηλίου.
Εἰ δ' ἄν κυβιστήσει τις εἰς ἐμοὺς μυχούς,
Καὶ πᾶν μεταλλεύσειεν ἀκριβῶς βάθος,
Γεωμετρῶν τὰ πρῶτα λήψεται γέρα,
Σοφὸς δ' ἀναμφίλεκτος εἰς ῥηθήσεται.
Τούτων δὲ μάρτυς ἐγγυητής τε Πλάτων.

VII.

Liber iste cum sim, intus parturio, amice, amplus character est et nimium productus; Delio balneo admodum opus habet. Si quis autem injecerit se in mea profunda, et omnem foderit accurate abyssum, geometrarum prima munera excipiet, et sapiens sine contestatione unus reputabitur; horum autem testis et sponsor Plato.

VIII.

Σχῆμα παλαιοτάτων ἀνδρῶν κηρύκιον ἄθρει,
Θρινακίης οἰκιστὰ, Κορίνθιε, ὅς ποτ' ἔπινες,
Ἀμφιβόητα ῥέεθρα Συρηκοσίης Ἀρεθούσης.

VIII.

Speciem antiquissimorum virorum considera, B Siciliæ incola, Corinthie, qui forte bibisti famosas undas Syracusanæ Arethusæ.

IX.

Εἰς τὸ μονημέριον, ἤγουν θεατροκυνηγίαν, ἐν ᾗ προσμάχονται ἄνδρες θηρίοις.

Τοξότα, Πιερίδων μεδέων, ἑκατηβόλε Φοῖβε,
Εἰπὲ κασιγνήτῃ κρατεροὺς ἵνα θῆρας ἐγείρῃ,
Ὅσσον ἐπιψαῦσαι μερόπων δέμας, ὅσσον ἀΰσαι
Λαῶν τερπομένων ἱερὸν στόμα· μηδὲ νοήσω,
Ζηνὸς μειλιχίοιο λαχὼν θρόνον, ἀνέρος οἶτον.

IX.

In unius diei theatrum, id est venationis theatrum, in quo pugnant viri cum feris.

Arcifer, qui Pieridibus præes, sagittarie Phœbe, dic sorori valentes feras excitet, ut pugnent hominum instar, ut sonent populorum lætantium ora sacra. Nihil curabo viri malam sortem, Jovis propitii thronum obtinens.

ΛΕΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΚΑΡΚΙΝΟΙ (9)

(Edidit Leo Allatius in *Excerptis variis Græcorum sophistarum*, pag. 398, ed. Rom. 1641.)

Σοφὸς ἔγωγε ἤδη ὢν ἄνω, χαρὰ τῶν ἄνω, γελῶ
Τὰ κάτω λέγων· ἄνω ταραχῶν ἂν ὦ, ἤδη ἔγωγε
[σοφός.
Ὦ σὸν, ἄναρχε, νόμον ἔχρανα νόσῳ.
Σοὶ τῷ φωτὶ σοφὸς ἕτω Φώτιος.
Νῷ ἐλατὰ μὴ ὀνητὰ σοφὸς ἄτη νοήματα Λέων.
Νοσῶ σὺ, ὃς εἶ ἴαμα Ἰησοῦ, σῶσον.
Νίψον ἀνομήματα, μὴ μόνον ὄψιν.
Ἱερὰ σὰ παρὸ χείλη, Ἥλιε, χαρὰ πᾶσα ῥεῖ.
Νόμον ὁ κοινὸς ἔχε σὸν οἰκονόμον.
Ἴτε τάφῳ, σὺ δ' ἔδυς ὦ φατὲ τί
Ἀμὼς, ἴασαι νόσον, ἴασαι σῶμα. [ἄκρας
Σάρκας ἃς εἶλες, ἄναξ, ἔσω ὡς ἔξανας ἐλιέσας
Σός εἰμι, τίμιε, σός.

C

Ἀβὰ, φάγε μέγα φάβα,
Ὦ γένος ἐμὸν, ἐν ᾧ μέσον ἐγώ.
Ἀναβάσατε τὰ σάβανα,
Νοσῶ, Σῶτερ, ὑπὸ πυρετῷ, σῶσον.
Ἐρεῖς, ὁ ἐν Σάμῳ θυμᾶς νέος ἱερέ.
Ἄναξ ἐτάκη ἄττα ἢ κατέξανα.
Νομικῶς ἀββᾶς ἐξέλεξε Σάββας ὤκιμον.
Εἰπὲ, σὸν αἷμα Δαμιανὸς ἔπιε.
Σοφά τε καὶ μὴ, γῇ μία καὶ τάφος.
Εἶπεν ἄφρων· Ὀρφανὲ, πῖε.
Εἰς ὅλα καλὸς εἶ, καλὸς εἶ. . . (sic)
Ὦ πόρτης πρέδετε δέρπῃ τρόπῳ.
Νοτὶς ἔβαλε σοφὸς, ἔλαβε σῖτον.
Ἔλε ἐμὲ, σοφὲ, νέφος, ἐμὲ ἔλε.

LEONIS IMP. POEMA IAMBICUM DE MARTYRIO S. CLEMENTIS

(*Episcopi Ancyrani. 23 Januar.*)

(Apud Lambecium *Biblioth. Vindobon.*, edit. Kollarii, tom. V, p. 127.)

Λέοντος, ὃς τὰ σκῆπτρα δεξιᾷς ἔχει,
Ἀεὶ κρατούσης, ὧν παρέσχε καὶ λόγον,

Δῶρον λόγον τῷ δόντι τὴν σφαγῆς χύσιν,

Λαβόντι κλῆρον ἀντίδωρον Δεσπότου,
Κλήμεντι τῷ τρέψαντι τὴν πλάνην πάλῃ,

Δέσποτα θύτα, εὐλόγει μοι τὸν λόγον.

D Leonis, qui sceptra tenet dexteræ.
Semper regnantis, de quibus sermonem quoque præbuit.
Isti sermoni qui munus offertur ei qui dedit sanguinis effusionem.
Et accepit hæreditatem Domini in retributionem,
Clementi, qui confudit errorem certamine,
Domine sacerdos, benedic huic meo sermoni.

(9) Quia auctor neque Augustus neque rex nominatur, suspicor illa carmina non a Leone Sapiente scripta fuisse, sed a philosopho ei coætaneo. Καρκῖνοι autem inscribuntur quia retro legi possunt; quod etiam in causa fuit cur Allatius Græce tantum ea ederet; Latina enim lepiditatem omnem tollerent. Edit.

Volent athleticos luctus celebrare.
Multam mihi video sermonum luctam adesse, etc.

A Ἀθλητικοὺς ἀγῶνας εὐφημεῖν θέλων,
Πολλὴν ὁρῶ μοι τῶν λόγων ἀγωνίαν, κ. τ. λ.

Alterum ejusdem poematis fragmentum.

Et jam ad ipsum Verbum sacrificatum
Libantes caput Clementis præcidunt,
Caput illud quod in perpetuum coronat,
Corona vitam dante, manu Domini implexa,
Et honoratum videns angelorum multitudo,
Vertentes se ad sonum canticorum
Ob robur certaminum jubilarunt.

Καὶ δὴ πρὸς αὐτῷ τῷ Λόγῳ τεθυμένῳ
Σπείσαντες ἐκτέμνουσι Κλήμεντος κόμην,
Κόμην ἐκείνην, ἣν ἀκηράτῳ στέφει,
Ζωαρχικῇ πλακέντι χειρὶ Δεσπότου,
Τιμωμένην ὁ δῆμος ἀγγέλων βλέπων
Ἐπιστρέφοντος τῇ βοῇ τῶν ᾀσμάτων
Ἀνηλάλαξαν τῶν ἀγώνων τὸ κράτος.

LEONIS HOMILIÆ IN S. TRYPHONEM FRAGMENTA.

(Apud Leonem Allatium *contra Hottingerum*, pag. 170.)

Hæc lucta fuit athleticæ coronati; hoc veritatis tropæum. Jubilavit martyrum multitudo; cœlorum portæ exceperunt cum gravi victoriæ ornamento veritatis militem. Coronarum dator præpulchrum diademate caput coronavit; fassus est ante Patrem cum regni participem, pro ea quam ille dederat coram hominibus confessionem. Induit eum veste immortalitatis propter ea quibus corruptionis texturam certaminibus in sui gratiam initis vidit discerptam.

... Sic adhuc invisibilibus pulchritudinibus, cujus oculorum aciem nihil fugit, oculum deliniens; uti amatoria munera miracula accipis. Nunc autem carnis vinculis solutis, et cum præfulgida certaminum oblatione amatori obviam factus, magnificentioribus donis remuneraris, cum primis honoribus laborum remuneratio addatur. Nunc cum choris illis, qui lumen existentes magno illi lumini administrant, immaterialis cum immaterialis dies festos agis; venerandus illis, quod in passiones Domini imitatus esse videris, et quam prius lutea crassitie obductam pulchritudinem considerantes, animam admirabantur, nunc pure virtutem conspicientes magis ac magis desiderii illecebris attrahuntur. Nunc dulcedine cujus arrhabone tormentorum amaritudinem excipiebas, perfrueris, et non sperata sed præsente perfruitione deliciaris. Et his quidem in superioribus gaudet divini opus inflatus beata anima.

B Αὕτη τοῦ στεφανίτου ἡ πάλη· τοιοῦτον τῆς ἀληθείας τὸ τρόπαιον· ἠλάλαξαν τῶν μαρτύρων τὰ πλήθη· πύλαι οὐρανοῦ ὑπεδέξαντο μετὰ σεμνοῦ τοῦ τῆς νίκης χρώματος τῆς ἀληθείας τὸν στρατιώτην. Ὁ στεφανοδότης τὴν καλὴν ἐστεφάνωσε διαδήματι κεφαλήν· ὡμολόγησε κοινωνὸν τῆς βασιλείας ἐνώπιον τοῦ Πατρὸς, ἀνθ' ἧς ἔδωκεν ὁμολογίαν ἐνώπιον ἀνθρώπων αὐτῷ. Ἐνέδυσεν ἔνδυμα ἀφθαρσίας, ἀνθ' ὧν τὸ τῆς φθορᾶς ὕφασμα τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ ἀγῶσιν εἶδε διεῤῥωγός.

. . . Οὕτως ἔτι καλλοναῖς ἀοράτοις, τὸν οὗ μηδὲν διαφεύγει τὴν δρασιν καταθέλγας ὀφθαλμὸν, ὥσπερ ἐρωτικὰ δῶρα λαμβάνεις τὰ θαύματα. Νῦν δὲ λύσας τοὺς δεσμοὺς τῆς σαρκὸς, καὶ μετὰ λαμπρᾶς τῆς τῶν ἄθλων προσαγωγῆς τῷ ἐραστῇ προσιὼν, μεγαλοπρεπεστέραις τιμαῖς δωρεαῖς, προστιθεμένης τῇ προτέρᾳ φιλοτιμίᾳ τῆς ἀμοιβῆς τῶν καμάτων· νῦν μετὰ χορῶν ἐκείνων, οἳ φῶς ὄντες πληροῦσι τὴν λειτουργίαν, τῷ μεγάλῳ φωτὶ ἄϋλος ἀΰλοις συνεορτάζεις, σεβάσμιος αὐτοῖς ἐκ τοῦ μεμορφῶσθαι τὰ Δεσποτικὰ παθήματα καθορθώμενος, καὶ ἣν πρότερον τοῦ C πηλίνου πάχους ἐπικειμένου τοῦ κάλλους κατανοοῦντες ψυχὴν ἀπεθαύμαζον, ἄρτι καθαρῶς τὴν ἀρετὴν ὁρῶντες ἐπιπλέον αὐτῆς τοῦ πόθου τῇ ἰυγγι ἕλκονται. Νῦν ἧς ἀῤῥαβῶνα γλυκύτητος τὸ πικρὸν τῶν βασάνων ἐδέχου κατατρυφᾷς, οὐκ ἐλπιζομένης, ἀλλὰ παρούσης τῆς ἀπολαύσεως. Ἀλλὰ τούτοις μὲν ἄνω χαίρει τοῦ θείου ἐμφυσήματος ἔργον ἡ μακαρία ψυχή.

LEONIS HOMILIARUM IN S. DEMETRIUM FRAGMENTA.

(Leo Allatius *contra Hottingerum*, p. 170.)

Nihil ita ad gaudendum invitat. Diem itaque festum agamus, et lætemur hoc sacro die, in quo generosus Christi miles, magnus martyr Demetrius, cum cessasset a laboribus, in beatam requiem transmigravit; in qua coram athleta adversarios robore suffundens astitit, et præcelebre caput gloriæ corona exornatus est.

Οὐδὲν οὕτω παρασκευάζει χαίρειν. Ἑορτάσωμεν οὖν καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν τῇ ἱερᾷ ταύτῃ ἡμέρᾳ, καθ' ἣν ὁ γενναῖος τοῦ Χριστοῦ στρατιώτης, ὁ μέγας μάρτυρ Δημήτριος τῶν πόνων καταπαύσας εἰς τὴν μακαρίαν ἀνάπαυσιν μετεσκήνωσεν, ἐν ᾗ πρὸς τὸν ἀθλοθέτην τοὺς ἀντιπάλους καταισχύνας παρέστη, D καὶ τὴν ἀοίδιμον κεφαλὴν τῷ στεφάνῳ τῆς δόξης κατεκοσμήθη.

... Deus in medio deorum gloriæ suæ cohæredem athletam excipiebat. O beatum aspectum! o dulcem perfruitionem! o gloriam et exsultationem, cujus non sunt dignæ passiones hujus seculi. Hac ratione Martyrt estaceorum velaminum impedimentis diruptis ad immateriales stationes avolavit. Ibi absolute votorum compos factus est. Vidit pure, quem in ænigmatibus videns immorari non sustinebat; sed licet in inferioribus esset, tota mente ad superiora efferebatur. Hæres factus est gloriæ, ob quam humanam gloriam nihil fecerat, annumeratus est cum angelis, quorum institutum æmulatus fuerat, oblectatus est Patriarcharum choreis, quorum vestigia secutus fuerat.

. . . Θεὸς ἐν μέσῳ θεῶν τοῖς συγκληρονόμοις τῆς δόξης αὐτοῦ δεξιούμενος τὸν ἀγωνιστὴν ὑπεδέχετο. Ὦ μακαρίου θεάματος! ὢ γλυκείας ἀπολαύσεως! ὦ δόξης καὶ ἀγαλλιάσεως, ἧς οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ παρόντος αἰῶνος. Οὕτω μὲν οὖν ὁ μάρτυς τῶν ὀστρακίνων ἐλύτρων περιῤῥηξάμενος τὰ κωλύματα πρὸς τὰς ἀΰλους ἀπέπτη μονάς. Εὗρεν ἐκεῖ τοῦ πόθου τὸ τέλος· εἶδε καθαρῶς, ὃν τοῖς ἐσόπτροις ἐρῶν οὐκ ἠνείχετο μένειν, ἀλλὰ καὶ τελῶν ἔτι κατω, ὅλον εἶχε τὸν νοῦν τοῖς ἄνω συνεπαιρόμενον. Ἐκληρονόμησε δόξαν, δι' ἣν τὴν ἐξ ἀνθρώπων ἀπέθετο δόξαν, συνηριθμήθη μετὰ ἀγγέλων, ὧν τὴν πολιτείαν ἐμιμήσατο, εὐφράνθη Πατριαρχῶν χορείαις, ὧν ἠκολούθησεν ἴχνεσιν.

et XIX. Itaque e Pistoriano suppeditatæ sunt XVII, XVIII, XX et XXI. Jam restabant XII et XIII, quæ in neutro comparebant; eas, simul Lutetiam advenissem, e Regio descripsi; unde et lacunas plurimas supplevi, quæ passim erant in X, XI, et posterioribus illis, quas e Pistoriano acceperam. Vellem vidisse etiam Anglicanum, e quo versionem suam adornavit *Joannes Checus*, quam hic exhibeo, ne quid desiderares. Alibi ille nostris melior fuit; alibi rursum illo nostri meliores. Ut singulatim id indicarem, non visum operæ pretium, quod facile ipse atque obiter animadversurus esses inter legendum, si conferas. Loca item invenies nonnulla satis depravata, quæ e Checi codice certo emendari potuissent, quem quia non habebam, a divinatione incerta abstinere satius putavi. Quædam tamen, quorum correctio obvia, dum typographo operam navo, emendavi, et ad calcem subjeci. His tu utere, ac fruere, eo candore, quo tecum a me communicantur, si alia, quæ habeo, publicare me postulas. Vale, et quisquis es, *Æternitatem cogita*.

TACTICORUM INDEX.		A	ΤΩΝ ΠΟΛΕΜΙΚΩΝ ΠΑΡΑΣΚΕΥΩΝ ΠΙΝΑΞ.	
De re militari et imperatore.	Constitutio I.		Περὶ τακτικῆς καὶ στρατηγοῦ. Διάταξις	Α'.
Qualem esse oporteat imperatorem,	II.		Περὶ τοῦ οἷον δεῖ εἶναι τὸν στρατηγόν.	Β'.
Quomodo consilium capiendum sit.	III.		Περὶ τοῦ πῶς χρὴ βουλεύεσθαι.	Δ'.
De divisione exercitus, et præfectis constituendis.	IV.		Περὶ διαιρέσεως στρατοῦ, καὶ καταστάσεως ἄρχοντος.	Γ'.
De apparatu armorum.	V.		Περὶ ὅπλων.	Ε'.
De armatura equestri et pedestri.	VI.		Περὶ ὁπλίσεως καβαλλαρικῶν καὶ πεζικῶν.	Ϛ'.
De exercitatione equestri et pedestri.	VII.		Περὶ γυμνασίας καβαλλαρικῆς καὶ πεζικῆς.	Ζ'.
De multis militaribus.	VIII.		Περὶ στρατιωτικῶν ἐπιτιμίων.	Η'.
De itinere exercitus.	IX.		Περὶ ὁδοιπορίας.	Θ'.
De tuldo, id est, impedimentis.	X.		Περὶ τοῦ λεγομένου τούλδου.	Ι'.
De apticto, id est, castris.	XI.		Περὶ ἀπλήκτων.	ΙΑ'.
De apparatu belli.	XII.		* (1) Περὶ προκατασκευῆς καὶ παραγγελίας.	ΙΒ'.
De die ante bellum.	XIII.		* Τί δεῖ γενέσθαι πρὸ τῆς τοῦ πολέμου ἡμέρας.	ΙΓ'.
De die belli.	XIV.	B	Ὅσα ἐν τῇ τοῦ πολέμου ἡμέρᾳ ἐποφείλεται.	ΙΔ'.
De obsidione.	XV.		Περὶ πολιορκίας.	ΙΕ'.
De incursionibus post bellum.	XVI.		Περὶ τῶν μετὰ τὸν πόλεμον.	ΙϚ'.
De incursionibus nec opinatis.	XVII.		* Περὶ ἐφόδων ἀδοκήτων.	ΙΖ'.
De diversarum gentium et Romanorum studio in aciebus instruendis.	XVIII.		* Περὶ μελέτης διαφόρων ἐθνικῶν τε καὶ Ῥωμαίων παρατάξεων.	ΙΗ.
De navali prælio.	XIX.		* Περὶ ναυμαχίας.	ΙΘ'.
Diversarum sententiarum militarium summa.	XX.		* Περὶ διαφόρων γνωμικῶν κεφαλαίων.	Κ'.
Argumentum in Epilogo.	XXI.		* Ὑπόθεσις περὶ ἐπαγγελμάτων.	ΚΑ'.

NOTÆ.

(1) Constitutiones asterico notatæ desiderabantur in codice Palatino, quarum XII, XIII suffectæ sunt ex manuscripto Regio, XVII, XVIII, XX, XXI, e Pistoriano.

LEONIS IMPERATORIS

TACTICA.

Leonis in Christo Deo imperatoris Tacticorum brevis disciplina. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti et sanctæ et consubstantialis et adorandæ Trinitatis, unius ac veracissimi Dei nostri, Leo pacificus in Christo imperator, fidelis, pius, semper augustus Cæsar.

C *Λέοντος ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ* (2) *αὐτοκράτορος τῶν ἐν πολέμοις τακτικῶν σύντομος παράδοσις. Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος, τοῦ ἑνὸς καὶ παναληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, Λέων ὁ εἰρηνικὸς ἐν Χριστῷ αὐτοκράτωρ πιστὸς, εὐσεβὴς, ἀεισέβαστος Αὔγουστος.*

PROŒMIUM.

Neque regium satellitium nostrum et potentia, neque potentiæ nostræ dignitas et amplitudo, neque

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Οὐ βασιλικὴ δορυφορία καὶ ἐξουσία, οὐ τῆς ἐξουσίας δυναστεία καὶ περιουσία, οὐ τῆς περιουσίας

NOTÆ.

(2) In codice Laurentiano deest τῷ Θεῷ.

ἐπίδειξις καὶ ἀπόλαυσις, οὐδὲν ὅσα τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐφετῶν καὶ τιμίων, τὴν ἡμετέραν οὕτως εὐφραίνει βασιλείαν, ὡς ἡ τῶν ὑπηκόων εἰρήνη καὶ εὐημερία, καὶ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἡ δι' αὐτῶν ἐπὶ τὸ κρεῖττον κατάστασις καὶ ἐπανόρθωσις· ὥσπερ τὸ ἐναντίον οὐδὲν οὕτως τὴν ἡμῶν καρδίαν ἀνιᾷ καὶ λυπεῖ, ὡς ἡ τῶν ὑπὸ χεῖρα δυσπραγία, καὶ τῶν περὶ αὐτοὺς ἀγαθῶν ἡ δι' ἀμελείας ἐλάττωσις καὶ κατάπτωσις. Εἰ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς τῆς ἡμῶν ἠξιωμένου προνοίας, ἡ μὲν ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἀνάνευσις ἄφατον ἡμῖν εὐφροσύνην ἐργάζεται, ἡ δὲ ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀπόνευσις ἀλγηδόνα ψυχῆς ἀνυπερβλητον, τί οὐκ ἂν πάθωμεν τοσούτων μυριάδων τῆς ἡμῶν μετὰ Θεὸν ἠρτημένων προνοίας, ὧν τὴν φροντίδα καὶ τὴν ἐπιμέλειαν χρεωστοῦντες νύκτωρ μὲν ἐπαγρυπνοῦμεν, ἡμέρας δὲ διαμελετῶμεν, πάσης μὲν ἀηδίας καὶ βλάβης ἐλευθέρους διατηρεῖσθαι, πάσης δὲ χαρᾶς καὶ εὐημερίας προσηκόντως ἐπαπολαύειν ;

amplitudinis nostræ splendor atque fructus, neque quidquam ex iis, quæ in hominibus expetenda et honorata sunt, Majestatem nostram perinde oblectat, ut eorum, qui sub dominatum nostrum subjecti sunt, pax atque tranquillitas, et reipublicæ nostræ firma constitutio, atque ad optimum rerum statum traductio; nihilque contra est, quod nostram mentem de salute regni cogitantem ita vexet et sollicitet, ac eorum, qui nostro imperio obedientes sunt, perturbatio, et rerum meliorum, vel propter negligentiam amissio, vel propter imperitiam labefactio. Si enim unius alicujus viri, cujus nos procurationem, provisionemque suscepimus, progressio ad melius, incredibilem nobis voluptatem affert, et ad deteriorem partem applicatio, permagnum nobis dolorem apportat; quid nunc efficere debemus, tanta hominum, et tam frequenti ac pene infinita multitudine sub nostram providentiam secundum Deum statim subjecta, quorum curam provisionemque nocturnis vigiliis, et diurna sollicitudine, non deponimus, ut ab omni molestia et offensione liberi conserventur, et omni rerum affluentia lætitiaque expleantur?

Ἀλλὰ τῶν μὲν ἄλλων περὶ τὴν πολιτείαν πραγμάτων μικράν τινα δεξαμένων ἴσως ἐλάττωσιν οὐ τοσαύτην κατανοοῦμεν τὴν βλάβην. Τῆς δὲ στρατηγικῆς μεθόδου διαπεσούσης, τοσοῦτον τὰ Ῥωμαίων συνελάθη πράγματα, ὅσον ἡ πεῖρα τοῦ νῦν χρόνου πᾶσιν ἅπαντα κατὰ ὀφθαλμοὺς ὁρώμενα παρίστησι πρόδηλα. Ἔδει μὲν γὰρ ἀνθρώπους ἅπαντας εἰκόνι Θεοῦ καὶ λόγῳ τετιμημένους τὴν εἰρήνην ἀσπάζεσθαι, καὶ τὴν εἰς ἀλλήλους περιβάλλειν ἀγάπην, καὶ μὴ χεῖρας φονίους κατὰ τῶν ὁμογενῶν καθοπλίζειν.

At si cætera, quæ ad rempublicam pace et consilio gubernandam spectant, non recte administrantur, haud magnum inde detrimentum oriri, non graves rerum perturbationes ac mutationes effici videmus; disciplina autem militari jacente, tam miseras rerum offensiones, ac lamentabiles conversiones Romani acceperunt, quantas quotidiana rerum experientia ante oculos nostros conspectumque proponit. Ac homines quidem, qui ratione, et Dei ipsius imagine, insigniti sunt pacem amplecti, mutuaque se dilectione prosequi oportuit, neque manus cruentas et consceleratas contra genus suum, et miseros mortales armare.

Ἐπειδὴ δὲ ὁ ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος διάβολος, καὶ τοῦ γένους ἡμῶν ἐχθρὸς, διὰ τῆς ἁμαρτίας ἰσχυρᾶς (3) κατὰ τῆς ἰδίας φύσεως ἀντιστρατεύεσθαι τοὺς ἀνθρώπους παρεσκεύασεν, πᾶσα ἀνάγκη ταῖς αὐτοῦ γινομέναις διὰ τῶν ἀνθρώπων μηχαναῖς ἀνθρώπους ἀντιστρατεύεσθαι, καὶ τοῖς ἐθέλουσι πολέμους ἔθνεσι μὴ εὐχειρώτους καθίστασθαι, ἀλλὰ ταῖς στρατηγικαῖς μεθόδοις τὴν σωτηρίαν πορίζεσθαι, καὶ δι' αὐτῶν φυλάττεσθαι μὲν ἀπὸ τῶν ἐπερχομένων πολεμίων, πράττειν δὲ κατὰ αὐτῶν ὅσα παθεῖν ἐκεῖνοι ἂν εἶεν ἄξιοι. Ὡς ἂν ἐκκοπέντος τοῦ διὰ τῶν πονηρῶν ἐγχειρουμένου κακοῦ, καὶ πάντων τὴν οἰκείαν σωτηρίαν ἀσπαζομένων ἡ εἰρήνη παρὰ πᾶσι στερχθείη καὶ πολιτεύοιτο.

Quoniam autem ab initio parricida diabolus, generis nostri hostis, peccato potens, sua ipsorum natura homines expugnare cogitat, pernecessarium est, ut homines illius machinationibus per homines adhibitis occurrant, neque seipsos aliis nationibus bellum inferentibus tradant, sed militaris disciplinæ scientiæ salutem sibi quærant, et se ab hostium incursionibus tutos conservent, et illis inferant, quæ pati illos dignum est, ut omni nefariorum hominum improbitate deleta, et sua ipsorum salute comparata, pax ab omnibus diligatur atque suscipiatur.

Ἕως μὲν γὰρ, ὡς ἔοικε, τὰ κατὰ πολέμους Ῥωμαίοις ἐν εὐταξίᾳ ὄντα ἐτύγχανε τῆς τε ἐπ' οὐκ ὀλίγους χρόνους θείας ἀπέλαβε (4) βοηθείας τὸ κράτος, καὶ τῇ εὐταξίᾳ ἡρμοσμένος τῶν ἀριστείων ὁ πόνος τὸ λαμπρὸν τῆς νίκης ἐπιπλέον ἐβεβαιοῦτο. Νῦν δὲ τῆς τακτικῆς καὶ στρατηγικῆς καταστάσεως ἐπ' οὐκ ὀλίγους χρόνους ἀμελουμένης, ἵνα μὴ λέγω καὶ εἰς παντελῆ περιελθούσης λήθην, ὡς μηδὲ αὐτὰ τὰ πρόχειρα τοὺς στρατηγεῖν ἐγχειροῦντας ἐπίστασθαι,

Quandiu enim Romanis in bello ordinis conservatio fuit, tandiu et divino præsidio imperium non destituebatur, et cum ordinis conservatione junctus optimorum labor, splendorem victoriæ majorem adhibebat; nunc vero cum et acierum instruendarum ratio, et imperatoria ars longo jam tempore neglecta jaceant, ut ne addam, quod in altam oblivionem penitus venerint, ne ipso quidem imperatore ea quæ in promptu sunt, addiscente, ma-

NOTÆ

(3) Ἰσχυρᾶς. Scribe ἰσχυρός.

(4) Ἀπέλαβε. Scribe, ἀπέλαυε.

gnas et varias perturbationes videmus invectas esse. Nam cum hæc ars, quæ multorum bonorum et magnorum parens atque effectrix fuit, quibus antiqua Romanorum respublica floruit, semel collapsa de gradu cecidit, divinam quoque benevolentiam abiisse, et consuetam apud eos militum victoriam e manibus excidisse, videmus. Paulatim enim relanguescente militari disciplina atque industria, omnis ille vigor animi atque alacritas optimatum consenuit. Itaque interdum quidem segnitiem atque ignaviam accusamus militum, interdum inscitiam atque timiditatem ducum culpamus, interdum antiquarum acierum rationem ad cognoscendum perobscuram negligimus. Cum igitur hanc utilissimam scientiam recuperare, et e republica nostra quasi ejectam revocare studeamus, in tantis occupationibus nostris haud prætermisimus, quin omnem laborem nobis ipsis assumeremus, ut utilitas inde communis omnibus afferretur.

πολλὰ δυσχερῆ διαφόρως ὁρῶμεν συμβαίνοντα. Τῆς γὰρ πολλῶν ἀγαθῶν πρὸ ξένου (5) ἐπιστήμης διαπεσούσης, ὅσον δι' αὐτῆς ἡ Ῥωμαίων πάλαι πολιτεία εὐμοίρησε, τοὐναντίον ὁρῶμεν τὴν θείαν ἀποῦσαν εὐμένειαν, καὶ τὴν συνήθη τῆς Ῥωμαίων πολιτείας νίκην τῶν ἀγωνιζομένων ἀφιπταμένην. Κατὰ μικρὸν γὰρ ἀμελουμένης τῆς κατὰ πολέμους εὐταξίας καὶ γυμνασίας συνημελήθη, ὡς ἔοικε, καὶ τῶν ἀριστέων ἡ εὐψυχία. Εἶτα ποτὲ μὲν ἀγυμνασίαν ἢ ἀνανδρίαν αἰτιώμεθα στρατιωτῶν, ποτὲ δὲ ἀπειρίαν ἢ δειλίαν καταμεμφόμεθα στρατηγῶν. Ἐνίοτε ἀσαφὲς τῆς τῶν ἀρχαίων διαγνώσεως ἀμελοῦμεν. Ταύτην οὖν τὴν ὠφελιμωτάτην ἐπιστήμην ἀνασώσασθαι σὺν Θεῷ, καὶ οἷον ἀπωσθεῖσαν ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἡμῶν πολιτείας ἀνακαλέσασθαι βουλόμενοι, οὐκ ὀκνήσαμεν σπουδῇ τοσαύτῃ ἀναδέξασθαι μὲν ἰδίως πόνον, κοινὴν δὲ τοῖς ὑπηκόοις χαρίσασθαι τὴν ὠφέλειαν.

Nam cum in antiquis et recentioribus rei militaris atque imperatoriæ scriptoribus diligenter versati simus, atque aliis historiis soluta oratione res gestas memoriæ mandantibus diligenter navaverimus operam, et si quid præterea in manibus hominum est ad bellicos usus idoneum, et quæcunque mediocri rerum usu hac nostra ætate, ad statum rerum nostrarum aliquid momenti afferre videbantur, ea in omnibus actionibus suscipiendis, rebusque nostris gerendis examinavimus, et quod in iis optimum fuit quasi delibavimus; et quæ manifestam quamdam atque evidentem utilitatem afferebant, quam paucissimis potui complexus sum, et promulgatæ legis vice trado, rerum magis ornamenta, quam verborum persequens, ut compendiariam quamdam rei militaris disciplinam nostris præfectis, atque iis quibus cura rerum bellicarum commissa est, præscribens, facile perspiciant factu esse iis, qui volunt et cupiunt, ad majora atque altiora ordine quodam et gradu procedere. In qua omni rerum tractatione, dicendi elegantiam et verborum ornatum nullum adhibuimus; rerum pondus, dicendi perspicuitatem, orationis simplicitatem, quantum fieri potuerat, secuti sumus. Unde et verba rei militaris interdum Græca adjunximus, interdum Latinis vocabulis usi sumus, et alias quoque dictiones usu jam militari receptas non repudiavimus, ut omnes manifeste ac perspicue ista cognoscerent. Tractationes rerum minime necessarias, quæcunque aut supervacaneæ, aut inutiles fuerant, omnes detraximus, ut compendiariam quamdam et expeditam rerum bellicarum expeditionumque rationem, non verbo solum utilem, sed re ipsa factisque majorum approbatum, et ad nostra usque tempora, quanquam rebus gestis minime transmissum, quibus Romanum olim florebat imperium, oratione tamen ac litte-

Ταῖς γὰρ ἀρχαίαις καὶ ταῖς νεωτέραις στρατηγικαῖς τε καὶ τακτικαῖς ἐμφιλοχωρήσαντες μεθόδοις, καὶ ταῖς ἄλλαις καταλογάδην ἐντυχόντες ἱστορίαις, καὶ εἴ τι κατὰ χεῖρας ἔδοξε χρήσιμον τῶν ἐν πολέμοις ἀναγκαίων ἐκεῖθεν ἀναλεξάμενοι, καὶ οἷον ἐρανισάμενοι καὶ διὰ μετρίας πείρας ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν ἀνεμάθομεν τῷ καθ' ἡμᾶς καιρῷ καὶ τῇ νῦν καταστάσει πρόσφορά τε καὶ ἁρμόδια, ταῦτα ἡμῖν κατὰ τὸ δυνατὸν σύντομόν τε καὶ ἁπλῆν τὴν ὠφέλειαν ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἔχοντα προχείρου τάξιν νόμου παραδιδόαμεν, ἐν πράξεσι μᾶλλον ἢ λέξεσι τὸ σεμνὸν καὶ χρειῶδες παρεχόμενοι, οἷον εἰσαγωγήν τινα τακτικὴν τοῖς ἡμετέροις ὑποστρατήγοις, καὶ τὰς πολιτικὰς ἐμπεπιστευμένοις χρείας, δι' ὑμῶν ὑπαγορεύοντες, ὡς εὔκολον ἐντεῦθεν εἶναι τοῖς βουλομένοις καὶ ἐπὶ τὰ μείζονα τῶν παλαιῶν ἐκείνων τακτικῶν καὶ ἀρχαίων τάξει τινὶ καὶ βαθμῷ προϊέναι, φράσεως μὲν ἀκριβοῦς ἢ κόμπου ῥημάτων οὐδεμίαν ποιησάμενοι φροντίδα, πραγμάτων δὲ μᾶλλον καὶ σαφηνείας λόγου καὶ λέξεως ἁπλῆς πεφροντικότες. Ὅθεν ταύτας παλαιὰς τῆς τακτικῆς πολλάκις Ἑλληνικὰς μὲν ἐσαφηνίσαμεν λέξεις, Ῥωμαϊκὰς δὲ διηρμηνεύσαμεν, καί τισιν ἑτέραις στρατωτικῇ συνηθείᾳ λεγομέναις ἐχρησάμεθα λέξεσιν, ἕνεκεν τῆς σαφοῦς καταλήψεως τῶν ἐντυγχανόντων, μόνον τῶν οὐκ ἀναγκαίων διατάξεων ἐξῃρημένων διά τε τὸ περιττοῦ (6) τινα χρηστείαν καὶ τὴν τῶν συγγραμμάτων ἀσάφειαν ἵν' ἔχοιεν εὐσύνοπτον οἱ βουλόμενοι στρατηγεῖν πολλὴν τῶν κατὰ πολέμους καὶ ἐκστρατείας ἀναγκαίων τὴν πεῖραν, οὐ λόγῳ μόνον τὸ χρήσιμον ἔχουσαν, ἀλλὰ δὴ καὶ αὐτοῖς ἔργοις παρὰ τῶν παλαιῶν ἐγγυμνασθεῖσαν, καὶ ἄχρις ἡμῶν, εἰ καὶ μὴ ἔργοις αὐτοῖς, οἷς τὰ Ῥωμαίων ἐπὶ μέγα ἦρθη δυνάμεως, παραπεμφθεῖσαν, ἀλλ' οὖν τοῖς λόγοις, δι' ὧν ἀναλαμβάνεται καὶ ἀναμιμνήσκεται δὲ λήθῃ παραπεμφθέντα, καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν πάλιν ἀποκαθίσταται τάξιν. Ἀλλ' ἐφ' ὅσῳ μὲν ἐν τοῖς ῥηθησομένοις τὸ

NOTÆ.

(5) *Πρὸ ξένου.* Scribe, προξένου.
(6) Ita habet codex Laurentianus, sed nescio quo sensu ; forte, τὴν περιττοῦ legendum.

εὔχρηστον ἀνεδείχθη, χάρις ᾖ τῷ πάντων ἀγαθῶν δοτῆρι Χριστῷ τῷ βασιλεῖ τοῦ παντὸς καὶ Θεῷ ἡμῶν, τῷ καὶ τοῖς ἡμετέροις λόγοις δωρησαμένῳ τὴν χάριν. Εἰ δέ τις καὶ ἕτερος δι' αὐτῆς τῆς ἐπιμελείας καὶ πείρας κρείττονα τούτων ἐφεύρῃ, χάρις καὶ οὕτω τῷ παναγάθῳ Θεῷ, συγγνώμη δὲ ἡμῖν τῆς προθυμίας ἕνεκεν.

A ris, quibus res oblivione pene deletæ **revocantur**, et recuperantur, et ad pristinam iterum dignitatem restituuntur, mandatum habeant, qui ad disciplinam militarem atque imperatoriam cognoscendam se totos tradunt. Quod si aliquid boni oratione nostra effectum est, gratiæ habendæ sunt omnium bonorum largitori Christo, universitatis Regi, Deoque nostro, qui et orationi nostræ affundit gratiam. Sin diversa ab istis, et cura cogitationeque sua meliora quis invenerit, gratias etiam ille omnis bonitatis auctori Deo agat; nobis venia propter studium conatumque nostrum tribuenda est.

Πάντως χρὴ, εἴτε ἐπὶ πλέον, εἴτε ἐπ' ἔλαττον τοὺς βουλομένους στρατηγεῖν ταῖς τακτικαῖς τε καὶ στρατηγικαῖς ἐνδιατρίβειν μελέταις. Οὐδὲ γὰρ, ὥς τινες τῶν ἀπείρων ἔχουσι, διὰ πλήθους ἀνδρῶν καὶ θράσους οἱ πόλεμοι κρίνονται, ἀλλὰ διὰ εὐμενείας B Θεοῦ καὶ στρατηγίας καὶ τάξεως, ἧς μᾶλλον ἐπιμελητέον, ἢ συλλογῆς πλήθους ἀκαίρου· ἡ μὲν γὰρ καὶ ἀσφάλειαν καὶ ὠφέλειαν ἄγει τοῖς καλῶς αὐτῇ κεχρημένοις· ἡ δὲ συντριβὴν καὶ ἐπιζήμιον δαπάνην.

Omnino autem, qui se ad imperium administrandum vel magna, vel aliqua ex parte dediderunt, in scientia militari atque imperatoria se diligenter exerceant. Neque enim, quemadmodum imperiti quidam existimarunt, multitudine ac numero hominum, sed benignitate ac favore Dei bella conficiuntur, et rei militaris imperatoriæque scientia, in quæ potius, quam in importunæ multitudinis coitionem intuendum est; altera enim res tum utilitatem, tum incolumitatem, iis qui ea bene utuntur, apportat; altera vero perturbationem et sumptus multos infructuosos affert.

Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστιν ὁλκάδι πελάγη διαπορθμεύεσθαι κυβερνητικῆς ἐπιστήμης χωρὶς, οὕτως οὐδὲ πολεμίους καταγωνίζεσθαι τάξεως καὶ στρατηγίας ἐκτὸς, δι' ἧς οὐ μόνον τοῦ ἰσορροποῦντος τῶν πολεμίων περιγίνεσθαι σὺν Θεῷ δυνατόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ πολλῷ πλέον τῷ ἀριθμῷ ὑπερβάλλοντος. Ὥσπερ οὖν ἄλλον τινὰ πρόχειρον νόμον ὑμῖν, ὡς εἴρηται, στρατηγικὸν τὴν παροῦσαν πραγματείαν C ὑπαγορεύοντες προσεχῶς τε καὶ ἐπιπόνως ἀκούειν ὑμῶν παρακελευόμεθα.

Quemadmodum enim navem onerariam per maria trajicere non possumus sine arte gubernatoria, sic neque bella nostra honeste suscipere, neque suscepta conficere possumus sine arte militari atque imperatoria, qua non solum æqualem et parem numero multitudinem hostium propitio Deo superamus, sed etiam longe multo majorem hostium numerum, instructioresque copias fundimus et dissipamus. Quasi igitur legi alicui militari promulgatæ, ut dictum est, sic huic tractationi vos parere atque obedire volumus atque imperamus.

Χρεὼν τοίνυν πρότερον μὲν ὑπογράψαι τὴν ἐν πολέμοις τακτικὴν. Καὶ τί ἐστι στρατηγὸς, εἶτα τίνα καὶ ὁποῖον στρατηγὸν εἶναι δεῖ, καὶ ὅπως δέον βουλεύεσθαι. Ἐξῆς δὲ τὴν εἰς ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους τοῦ στρατοῦ διαθεῖναι διαίρεσιν, τήν τε ἄλλην ἀποσκευὴν, καὶ τῶν ὅπλων κατασκευὴν, καὶ τὴν ἑκάστου μαχομένων ὅπλισιν. Πρὸς τούτοις τὴν πρὸς τῶν (7) ἀληθινῶν ἀγώνων τοῦ στρατηγοῦ γυμνασίαν. Ἔπειτα δὲ καὶ τὰ κείμενα ὑπαναγνωσθῆναι ἐπιτίμια, εἶτα περὶ ὁδοιπορίας εἰπεῖν τῆς τε ἐν τῇ ἰδίᾳ καὶ τῆς ἐν τῇ πολεμίᾳ, περί τε τοῦ λεγομένου τούλδου, καὶ δὴ καὶ περὶ ἀπλήκτων. Τῆς τε προκατασκευῆς καὶ παραγγελίας, καὶ τί δεῖ γίνεσθαι πρὸ τῆς τοῦ πολέμου ἡμέρας, καὶ ὅσα ἐν τῇ τοῦ πολέμου ἡμέρᾳ ἐποφείλεται. Καὶ ἔτι περὶ πολιορκίας· εἶτα καὶ τὰ μετὰ τὸν πόλεμον ὀφειλόμενα, καὶ τὰς δι' ἐνεδρῶν ἀδοκήτους ἐφόδους τῶν τε ἡμετέρων καὶ τῶν πολεμίων. Καὶ ἐπὶ τούτοις διαφόρων παρατάξεων μελέτας ἐθνικῶν τε καὶ Ῥωμαϊκῶν. Εἶτα ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις καὶ περὶ ναυμαχίας διατάξαι μετρίως. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἅπασι γνώμας τινὰς τακτικάς τε καὶ στρατηγικὰς ἰδίως ἐντεύξουσι συναγαγεῖν ὅσας δῆλον ὅτι κατὰ χώραν ἐντάξαι τὸ εὐσύνοπτον καὶ πρόχειρον τῶν διατάξεων οὐ συγχωρεῖ ἐκθεῖναι. Ἀφ'

Primum igitur nobis describendum est, quidnam res militaris, quidque imperator sit; deinde, qualem esse oportet exercitum, et quemadmodum consilium capiendum sit; tum in præfectos omnis generis, et milites dividere exercitum, reliquumque apparatum omnem militum adhibere, et uniuscujusque militis armaturam. Ad hæc, quemadmodum ante vera certamina imperator singulos exercere debeat. Deinceps, quemadmodum singulis rebus propositæ multæ in exercitu legantur. Tum de itinere verba facienda sunt, tum in sua, tum in D hostili terra. Postea de impedimentis et castris; de apparatu, et præceptis, quidque faciendum ante diem belli sit, quidque ipso die agendum. De obsidione etiam, atque de iis, quæ post bellum gerenda sunt. Tum nec opinatas ex insidiis, tum nostras, tum hostium incursiones, et diversimode apud varias gentes acies instructas. De navali pugna pauca adjungemus. Post hæc omnia, sententiarum quarumdam militarium atque imperatoriarum descriptionem separatim colligemus, quas in suis locis propter brevitatem et expeditam rationem capitum non posuimus. His rebus instructus, qui sapientia et celeritate ingenii imperator abun-

NOTÆ.

(7) *Πρὸς τῶν*. Scribe πρὸ τῶν.

dat, longe perfectior, ut spero, absolutiorque erit. Ac primo hinc incipiendum esse putamus.

ὧν ὁρμώμενον σοφὸν ὄντα καὶ ὀξὺν τῇ διανοίᾳ τὸν στρατηγὸν σοφώτερον γενέσθαι ἐλπίζομεν. Καὶ πρῶτον μὲν ἀρκτέον ἐντεῦθεν.

CONSTITUTIO PRIMA.

De re militari et imperatore.

1. Res militaris est scientia bellicorum motuum. Motus autem belli duplices sunt : alii enim terra, alii mari fiunt.

2. Res militaris est ars quædam imperatoria acierum instruendarum, et armorum et motuum militarium.

3. Ars imperatoria est in quibus exercitatio, vel studium aut industria ponitur, cum στρατηγημάτων, id est consiliorum imperatoriorum et tropæorum collectione.

4. Propositum rei militari est, ut opportunis commoditatibus et rebus gestis vincat hostes.

5. Utilitas rei militaris est, ordinata quadam ac disposita acie cum hostibus confligere.

6. Finis rei militaris est, quoad ejus fieri potest, sine ulla offensione exercitum instruere.

7. Bellicus apparatus perfectus duplex est, alter quidem terra terrestris, alter vero mari navalis. De re navali postea dicemus. Hominum autem qui ad bellum confluunt multitudo, altera quidem prælians est, hoc est bellatrix, altera vero ad usus belli veniens imbellis. Et bellatores, milites sunt qui adversus hostes instruuntur. Imbelles reliqui sunt, medici, administri, mercatores, et alii qui ad necessarios usus consequuntur. Pugnantis partis seu bellatricis alia est pedestris, alia equestris. Pedestris est quæ humi consistit. Equestris est, quæ equis vehitur, et quæ olim curribus falcatis et elephantis turres hominibus refertas gestantibus vehebatur, de quibus nunc propter hujusmodi apparatuum inutilitatem et tarditatem nulla mentio fiet.

8. Re militari leviter ad hunc modum descripta, oportet etiam constituere, quinam imperator sit, et quisnam hujus rei susceptione dignus sit.

9. Imperator est qui universo exercitui præest, et maximam secundum regem habet potestatem.

10. Imperator est universæ militiæ præcipuus dux a rege designatus, qui alios sub se duces partim a rege missos suffragio suo approbat, partim sua ipsius auctoritate designat.

11. Proprium imperatoris munus est, subjectos suos prudentia, fortitudine, justitia, temperantia anteire.

12. Universæ provinciæ quam accepit, tum militaris tum privatæ tum publicæ administrationem in se recipere.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΠΡΩΤΗ.

Περὶ τακτικῆς καὶ στρατηγοῦ.

α'. Τακτικὴ ἐστιν ἐπιστήμη πολεμικῶν κινήσεων. Κινήσεις δὲ πολεμικαὶ δίτται· αἱ μὲν κατὰ γῆν, αἱ δὲ κατὰ θάλατταν.

β'. Τακτικὴ ἐστι τέχνη στρατηγικὴ παρατάξεων καὶ ὁπλισμῶν καὶ κινήσεων στρατιωτικῶν.

γ'. Στρατηγικὴ δέ ἐστιν στρατηγῶν ἀγαθῶν συνάσκησις ἤγουν μελέτη καὶ γυμνασία μετὰ *στρατηγημάτων* ἤτοι τροπαίων συναθροισμοῦ.

δ'. Σκοπὸς τῇ τακτικῇ διὰ τῶν ἐνδεχομένων ἐπιβουλῶν καὶ πράξεων κινῆσαι τοὺς πολεμίους.

ε'. Χρήσιμον δέ ἐστιν ἡ τακτική, τὸ δι' εὐτάκτου θέσεως συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις.

ς'. Τέλος τῇ τακτικῇ κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἀμέμπτως διατάξαι τὸ στράτευμα.

ζ'. Αἱ δὲ εἰς τοὺς πολεμίους τέλειαι παρετοιμασίαι δύο εἰσίν· ἡ μὲν κατὰ γῆν πεζική, ἡ δὲ κατὰ θάλασσαν ναυτική. Περὶ μὲν οὖν τῆς ναυτικῆς ὕστερον ἐροῦμεν. Τῶν δὲ κατὰ γῆν ἐπὶ πολέμους ἀθροιζομένων ἀνδρῶν τὸ πλῆθος τὸ μέν ἐστι μάχιμον, ἤγουν πολεμικόν· τὸ δὲ διὰ τὰς τούτου χρείας συνερχόμενον ἄμαχον. Καὶ πολεμικὸν μὲν, τὸ παρατασσόμενον πρὸς τοὺς πολεμίους στρατιωτικόν. Ἄμαχον δὲ τὸ λοιπὸν, οἷοι ἰατροὶ, δοῦλοι, ἔμποροι, καὶ ἄλλοι ὅσοι διὰ τὰς ὑπηρεσίας ἐπακολουθοῦσι. Τοῦ δὲ μαχίμου μέρους, ἤγουν πολεμικοῦ στρατοῦ, τὸ μέν ἐστι πεζικὸν, τὸ δὲ καβαλλαρικόν. Καὶ τὸ μὲν ἰδίως πεζικὸν τὸ ἐπὶ γῆς ἱστάμενον, τὸ δὲ καβαλλαρικὸν τὸ ἐπὶ τῶν ἵππων ὀχούμενον. Ἦν δέ ποτε καὶ ἐπὶ ἁρμάτων δρεπανηφόρων, καὶ ἐπὶ ἐλεφάντων πύργους φερόντων πλήρεις ἀνδρῶν. Ἀλλὰ τούτων οὐδεὶς ἡμῖν λόγος νῦν διά τε τὴν ἀχρηστίαν, καὶ τὴν παντελῆ ἀργίαν τῶν τοιούτων παρασκευῶν.

η'. Τῆς οὖν τακτικῆς μετρίως πως οὕτως ὑπογραφείσης, δεῖ καὶ τὸν στρατηγὸν ἀναδειθῆναι (8), τί τέ ἐστιν, καὶ τίς ὁ τῆς τοιαύτης ἐγχειρήσεως ἄξιος.

θ'. Στρατηγὸς τοίνυν ἐστὶν ὁ τῆς ὑπ' αὐτὸν ἁπάσης ὑπαρχίας μείζονα πάντων ἐξουσίαν ἔχων μετὰ τὸν βασιλέα.

ι'. Στρατηγός ἐστιν ὁ τοῦ ὑπὸ χεῖρα στρατιωτικοῦ θέματος κορυφαῖος ἄρχων, ἐκ βασιλέως μὲν προχειριζόμενος, τοὺς δὲ ὑπ' αὐτὸν ἄρχοντας τοὺς μὲν ψήφῳ τῇ αὐτοῦ ἐκ βασιλέως δὲ καταπεμπόμενος, τοὺς δὲ ἐξουσίᾳ ἰδίᾳ προβαλλόμενος.

ια'. Ἴδιον δὲ στρατηγοῦ τὸ κρείττω πάντων εἶναι τῶν ὑπὸ χεῖρα φρονήσει, καὶ ἀνδρείᾳ, καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ σωφροσύνῃ.

ιβ'. Τὸ εἰς αὐτὸν ἀναφέρεσθαι τῆς κατὰ αὐτὸν ἐπαρχίας τὰς διοικήσεις, ὅσαι τε στρατιωτικαὶ, καὶ ὅσαι ἰδιωτικαὶ, καὶ δημόσιοι.

NOTÆ.

(8) *Ἀναδειθῆναι.* Scribe, ἀναδειχθῆναι.

ιγ'. Τὸ παραλαβόντα στρατὸν ἄτακτον ἐκτάξαι δεόντως κατὰ τὴν ἁρμόζουσαν τῷ καιρῷ τακτικὴν διάταξιν.

ιδ'. Σκοπὸς τῷ στρατηγῷ τὸ μὲν ὑπ' αὐτὸν θέμα αὐξῆσαι, καὶ ἀβλαβὲς ἀπό τε πολεμίων καὶ τῶν ἄλλων ἀδικημάτων καὶ ἀταξιῶν καὶ στάσεων διαφυλάξαι. Τοὺς δὲ πολεμίους παντὶ τρόπῳ ἢ πολέμῳ ἢ ἐφόδοις ἀδοκήτοις ταπεινῶσαι, καὶ ἅπερ ποιήσει κατὰ τῶν ἐχθρῶν, ταῦτα φυλάξασθαι μὴ παθεῖν ἀπ' αὐτῶν.

ιε'. Τέλος τῷ στρατηγῷ τῷ εὐδοκιμήσαντα (9) διὰ πάντων τῆς τε θείας καὶ βασιλικῆς ἀπολαύειν εὐνοίας, ἢ κατολιγωρήσαντα τῶν πρεπόντων καὶ ἁρμοζόντων πραγμάτων τάξασθαι τῶν ἐναντίων. Οὕτως τοίνυν καὶ τῆς τοῦ στρατηγοῦ προτυπωθείσης εἰκόνος, δεῖ καθάπερ διὰ χρημάτων (10) ἡμᾶς ἀναζωγραφῆσαι τὴν τούτου ποιότητα, καὶ δεῖξαι φανερῶς τίς καὶ ποταπὸς εἶναι ὀφείλει εἰς τὴν τοιαύτην ἐξουσίαν προχειριζόμενος ἄρχων.

13. Exercitum inordinatum idonea atque opportuna in acie collocare.

14. Propositum hoc est imperatori, ut multitudinem suam amplificet, et sine omni offensione, ab hostibus reliquisque injuriis, a perturbationibus et seditionibus solutos conservet, hostes omnibus modis vel bello vel incursionibus inopinatis labefactet, et quæ inferre hostibus molitur, circumspiciat ne eadem ab illis patiatur.

15. Finis imperatoris est maximam gloriam habere, in omnibus Dei et regis benevolentiam consequi : sin quod idoneum officioque suo conjunctum est neglexerit, ut e contrario illi accidat. Ita igitur imperatoris imagine informata, quasi coloribus quibusdam exprimendæ dotes ejus sunt, demonstrandumque est quis et qualis esse debeat qui in hoc dignitatis gradu collocandus sit.

ΔΙΑΤΑΞΙΣ Β'.

Περὶ τοῦ οἷον εἶναι δεῖ τὸν στρατηγόν.

α'. Κελεύομεν τοίνυν εἶναι τὸν στρατηγὸν σώφρονα περὶ τὸ σῶμα, περὶ τὴν δίαιταν ἐγκρατῆ, νηφάλιον καὶ ἐγρήγορον, λιτὸν καὶ ἀπέριττον περὶ τὰς χρείας, ὑπομένοντα τοὺς πόνους, νοήμονα καὶ φρόνιμον, μισοῦντα φιλαργυρίαν, ἔνδοξον, μήτε νέον, μήτε γέροντα, ἱκανὸν δὲ καὶ πρὸς τὸ λέγειν ἀπὸ στόματος ἐν μέσῳ λαοῦ, ἂν τύχῃ δὲ καὶ πραπαΐδον (11), μὴ ἐμπορίαν φιλοῦντα, ἢ τοιοῦτον, μηδὲ μικρόψυχον, ὡς καὶ τῶν μικρῶν πραγμάτων ἐπιθυμεῖν, καὶ ἁπλῶς εὐγενῆ τὴν ψυχήν, εἰ δυνατόν, καὶ τὸ σῶμα, καὶ ἐν πᾶσι μεγαλόψυχον.

CONSTITUTIO II.

Qualem esse oporteat imperatorem.

1. Mandamus igitur ut imperator sit corpore continens, victu temperans, sobrius, vigilans, frugi et in rebus necessariis minime profusus, in laboriosis negotiis assiduus, circumspectus et prudens, pecuniæ despiciens, famæ commendatione honestus, neque juvenis, neque ætate ingravescens, habilis ad dicendum ex tempore in media frequentia hominum, liberorum, si ita usus ferat, parens, non ad mercaturam faciendam, aut ad hujusmodi lucrum intentus, non parvi animi, et minutas res expetens, denique generoso tum animo tum corpore, quoad ejus fieri potest, et in omnibus magnanimus.

β'. Σώφρονα, ἵνα μὴ ταῖς τῆς φύσεως κατασυρόμενος ἡδοναῖς ἀπολείπῃ τὴν περὶ τῶν ἀναγκαίων φροντίδα καὶ ἐπιμέλειαν.

2. Continentem esse imperatorem oportet, ne voluptatibus nimis diffluens, rerum necessariarum curam ac provisionem abjiciat.

γ'. Ἐγκρατῆ δὲ, ἐπειδὴ τηλικαύτης ἀρχῆς μέλλει τυγχάνειν. Αἱ γὰρ ἀκρατεῖς καὶ ἀκόλαστοι ὁρμαὶ, ὅταν προσλάβωσι δύναμιν κατὰ ἐξουσίαν τοῦ ποιεῖν ἃ βούλονται, ἀκράτητοι γίνονται πρὸς τὰς ἐπιθυμίας.

3. Temperantem vero, quoniam tale imperium susceperus est. Intemperantes enim et libidinosæ animi appetitiones, siquando vires ceperint, propter quidvis agendi licentiam in omnes cupiditates infrenate ruunt.

δ'. Νηφάλιον δὲ καὶ ἐγρήγορον, ὅπως ἐπαγρυπνῇ ἐν ταῖς μεγίσταις πράξεσιν. Ἐν νυκτὶ γὰρ, ὅταν ἡ ψυχὴ ἡρεμῇ μάλιστα, πολλάκις ἡ τοῦ στρατηγοῦ γνώμη καὶ ἀπευθύνεται καὶ τελειοῦται.

4. Sobrium autem et vigilantem ut in maximo acierum apparatu animo quasi excubet. Nocte enim quando animus maxime requiescit, imperatoris sæpe sententia versando mutatur, sæpe cogitando confirmatur.

ε'. Λιτὸν δὲ, ἀπέριττον περὶ τὰς χρείας· καὶ γὰρ καταδαπανῶσιν αἱ πολυτελεῖς καὶ πολλαὶ θεραπεῖαι, καὶ χρόνον ἄπρακτον καὶ ἀναγκαίας ἐξόδους εἰς τὴν τῶν ἀρχόντων τρυφήν.

5. Frugi et in usibus necessariis non nimis profusum. Sumptuosi enim et ingentes famulatus, tempus ut inaniter transigatur faciunt, et quod ad necessarias expeditionum expensas conferendum fuit, ad delicias luxumque præfectorum assumunt.

ς'. Ὑπομένοντα τοὺς πόνους, ἵνα μὴ πρῶτος τῶν στρατευομένων τὰς ἀναπαύσεις ἐπιζητῇ, ἀλλὰ γίνηται αὐτοῖς μᾶλλον εἰκὼν πρὸς τὸ γενναίως ὑποφέρειν τοὺς πόνους.

6. Industrium autem, ut ne primus militum otium sectetur, sed exemplum potius fiat ad labores alacriter suscipiendos.

NOTÆ.

(9) *Τῷ εὐδοκιμήσαντα.* Scribe τὸ εὐδ.

(10) *Χρημάτων.* Scribe χρωμάτων.

(11) *Πραπαΐδον.* Scribe πατέρα παίδων.

7. Circumspectum et prudentem. Solertem enim oportet esse imperatorem, in omnes partes cogitationem animi quadam celeritate versantem : perturbationes enim inopinatæ cum incidunt, confestim præsentis auxilii excogitationem requirunt.

ζ'. Νοήμονα δὲ καὶ φρόνιμον. Ὀξὺν γὰρ εἶναι δεῖ τὸν στρατηγὸν πανταχοῦ περιφέροντα τὸν σκοπὸν διὰ ταχύτητα ψυχῆς· πολλάκις γὰρ ἀνυποψίητοι ταραχαὶ προσπεσοῦσαι παρ' εὐθὺ τὸ συμφέρον ἐπινοεῖν ἀναγκάζουσιν.

8. Pecuniæ despicientem. Etenim pecuniæ despicientia in imperatore cernitur, quando abstinenter et magnifice rebus gerendis præest, et honores bellicos virtutis mercedem suis proponit. Multi enim et animo forti sunt, et corpore adversus hostes robusto : sed quando in aurum intuentur, mentem occæcatam cupiditate atque obscuratam habent : gravia enim arma sunt hæ pecuniarum cupiditates, et ad oppugnandos atque evertendos homines efficacia.

η'. Ἀφιλάργυρον δέ. Καὶ γὰρ ἡ ἀφιλαργυρία τοῦ στρατηγοῦ δοκιμάζεται, ὅταν ἀδωροδοκήτως καὶ μεγαλοφρόνως προΐσταται τῶν πραγμάτων, καὶ δι' ἀρετὴν μόνην δωρεὰν προβάλλεται τὰς ἀρχὰς τοῦ ὑπ' αὐτὸν θέματος. Πολλοὶ γὰρ καὶ ἀνδρεῖοί εἰσι τῇ ψυχῇ, καὶ ῥωμαλέοι τῷ σώματι κατὰ τῶν ἐχθρῶν, ἀλλ' ὅταν ἀντιβλέψωσι πρὸς χρυσὸν, ἀμαυροῦνται καὶ σκοτίζονται. Δεινὸν γὰρ ὅπλον στρατηγοῦ φιλαργυρία, καὶ ἐνεργέστατον εἰς τὸ νικῆσαι τοῦτον καὶ καταβαλεῖν.

Eris quasi non unquam fuisses antea;
Donec ab Oriente conspectus digitus Dei,
Digitos manus jam perditæ implebit duos,
Hastas gerentes e camino auras velut,
Fatum quibus paternum ulturi sunt grave.
Tunc liberi tui venturi sunt undique
Recta velut ad centrum ex circuli ambitu.
B Jus exsequeris per quos justos, ceu decet.
Adeoque tunc rursum futura tu nova es
Meliusque nationes rectura, ac prius.
Nam gloriæ Dei domus vocaberis,
Ubi se ad pedes tuos vicini adjecerint.

NOTÆ.

(65) *Ἀλλά σε πυρίστατον καὶ ξανθὸν γένος.* Antiquus interpres Oraculorum Leonis hæc ita vertit: *Sed te ignis summus flavum genus.* Videtur ergo in codice ejus pro πυρίστατον scriptum fuisse πῦρ ὕστατον. Illi vero, quos hic Leo igneum et flavum genus hominum appellat, videntur esse Latini, qui duce Balduino comite Flandrensium anno Christi 1203, fugato Alexio Angelo Comneno, Constantinopolim ceperunt, et integros quinquaginta annos occuparunt. Iidem similiter ξανθοὶ vocantur in antiqua Græca Oraculorum Leonis Paraphrasi: φέρων τε τὸν πόλεμον καὶ τῶν ξανθῶν τὰς μηχανάς.

Omisit Petrus Lambecius aliam de fatis imperatorum prædictionem quam postea edidit Du Cangius in notis ad Zonaram (not. ult.); cujus oraculi cum nonnisi post absolutum volumen notitiam habuerimus, ad Zonaram (t. CXXXIV) Lectorem remittere cogimur. EDIT. PATR.



Figure 1.

Figure 2.

Figure 3.

Figure 4.

Figure 5.

Figure 6.

Figure 7.



Figure 8.



Figure 9.

Figure 10.

Figure 11.

Figure 12.

Figure 13.

Figure 14.

Figure 15.

Figure 16

AUCTORIS ANONYMI

QUI CREDITUR ESSE FRANCISCUS PATRICIUS DALMATA

EXPOSITIO ORACULORUM

IMPERATORIS LEONIS

Uti ex Græco in Latinum et vulgarem Italum sermonem translata, anno 1596, *Brixiæ in lucem prodierunt.*

EPIGRAMMATA FIGURÆ I.

A. *In medio geminorum corvorum, et volatilium absumeris.*

B. *Et linearibus figuris notans tempus quibus remanebit patrimonii finis, ursæ autem eversor serpens miser solus : o quando fueris esca immanium corvorum.*

C. *Secunda proles alia bellua, supinusque ad meridiem serpens, supinus nigro, et niger totus, luce corvis crudeliter adempta. Etenim genus ex Eoa familia infame ducens miserabili clade. Te ipsum una cum civitate perdes, et tui gemitus æstas et ver.*

EXPOSITIO.

Cum significatio serpentis in maxima veneratione habita fuerit apud antiquos Romanos, et postea apud Græcos, et Ægyptios ; quoniam pro serpente illo intelligebant deum Æsculapium Epidaurum : ideo Græci sub serpente coloris subflavi depicto, eorum dominium ostendere voluerunt, sicuti sub aquila Romanum imperium ostenditur, et sub tribus lunis Turcarum imperium, quod est primum signum magni Sulthanis. Propter hoc, in prima figura ubi aspicitur serpens, significatur Græcia afflicta, quæ post Leonem Philosophum imperatorem Constantinopolitanum valde fuit turbata, et ab internis, et ab externis, et a vicinis, et hoc per annos trecentum et tres, id est, ab anno noningentesimo et quinto a Christo nato usque ad millesimum ducentesimum octavum, quo tempore, ut recitat Egnatius, fuere triginta imperatores, incipiendo ab ipso Leone usque ad Murcifilum ultimum Græcum imperatorem, in tertia imperii mutatione, dico tertia mutatione; quia prima Græcorum fuit, quando Alexander Magnus in eos detulit imperium anno trecentesimo vicesimo sexto ante Christum natum, unde mutatio ista una cum nomine imperiali usque ad mortem Philippi perduravit, videlicet per annos ducentum triginta quinque, quo tempore cœpit secunda imperialis mutatio sub Romanorum dominio; quo tempore Magnus Constantinus Byzantium transtulit imperium Romanum, et ab ipso civitas dicta fuit Constantinopolis ; perseveravit istud Romanum imperium, quod tenebat gradum orientalem et occidentalem usque ad Theodosium imperatorem, post quem divisum fuit imperium Romanum, et Arcadio datum fuit orientale, et divisio hæc fuit in anno trecentesimo nonagesimo octavo ; ob id postea imperatores Constantinopolitani vocati sunt Orientales, Romani vero Occidentales, qui per aliquod tempus cessarunt propter Gothorum adventum, et imperium in Galliam fuit delatum Carolo Magno; et sic usque ad Carolum Magnum imperavit in Orientem post Theodosium juniorem; Valentinianus, tertius deinde Flavius Valerius Martianus, in quo desiit imperium CP., quia post Martianum creatus est Leo primus de stirpe Græca; unde mutatio imperatorum Orientalium Romanorum in Martiano desiit, et hoc pacto cœpit tertia mutatio imperialis in Græco sanguine circa annum quadringentesimum sexagesimum in Leone primo, et sic per viginti quinque imperatores in Nicephoro, *id est,* post imperii translationem in Galliam ; sed secuta est etiam post Nicephorum tertia hæc *imperialis* Græca mutatio usque ad Murcifilum *(secundum aliquos)* sexagesimum imperatorem hujus *tertiæ mutationis* in sanguine Græco, et in ipso desiit stirpis Græcæ imperium ; unde hucusque ostenditur imperium Græcum sub figura serpentis (et quantum erat duraturum) qui a duobus volatilibus cæcus redditur. Propter hoc dicit Epigramma A : *In medio geminorum corvorum et volatilium absumeris :* quasi dicat : O imperium Græcum, absumeris inter duos corvos, aut volatiles; id est, alienos potentatus qui te expellent; et ita Ægyptii per corvum intelligebant infamem expulsionem, inquit, quod expulsio erit duorum corvorum : et ita fuit ; quoniam alter eorum fuit Murcifilus, qui credens Græcum imperium occupare, Alexium juvenem imperatorem occidit; sed ipse statim captus fuit a Venetis et Gallis, et Byzantium ductus, variis cruciatibus mortuus, et castigatus acerbe. Sed interim quod Murcifilus fugam ceperat, ecce secundus corvus, id est, Balduinus Flandriæ comes, qui dominium et urbem cepit, et sic fuit imperator creatus, ut dicit Egnatius, et alii.

EPIGRAMMATA FIGURÆ II.

A. *Duplex, triplex, etenim avis eques crucigerula avis equusque rursus corniger.*

B. *Maximus, aviumque rex solus, hic certe accipiens regnum, e meridie in equo quieverit cornigero, uno die, sidere diei pereunte medium poli.*

C. *Monade duplicis appellationis, sola prima ramentis numerorum, postero tempore, ut et bona pars temporis existis, quando tenebis crucis imaginem mediam, et audax quam maxime, et celer es, et ad bella promptus. O Byzæ genus, sed ad extremum occasio famæ lucrum faciet.*

EXPOSITIO.

Aquila cum cruce novum imperatorem denotat, id est, Balduinum supradictum, qui circa annum millesimum ducentesimum octavum, auxilio Venetorum et Gallorum creatus est illius loci imperator, quoniam inter ipsos fuit pactum, si Galli crearent Dominum temporalem, Veneti crearent Dominum spiritualem; unde Galli crearunt Balduinum ex Gallorum stirpe imperatorem Constantinopolitanum, Veneti vero Thomam Maurocenum illius civitatis patriarcham fecerunt. Ista figura ostendit tempus hujus imperii in externa stirpe in illis verbis epigrammatis *A*, duplex triplex, etc.; quasi dicere velit, duplex triplex, hoc est, sex imperatores cum signo aquilæ crucem ferentis erunt in imperio. Et ita fuit, quoniam sub aquila ista crucigerula, quæ sex pennas gerit in collo, ostenduntur sex imperatores, id est, Balduinus, Henricus, Petrus, Rubertus, et Joannes Brennius tutor cum Balduino secundum nonnullos, et qui postea succedere deberet, videtur in epigrammate *B*, ubi dicitur : *Maximus aviumque rex solus*, etc.; quasi dicere velit : Magnus et solus avium rex erit ille, qui capiet dominium Græcum, sed transacto meridie, id est, per aliud parvum tempus quiescet in equo cornigero, et ita fuit, quoniam Aquila cessavit in Balduino secundo.

EPIGRAMMATA FIGURÆ III.

A. *Sulthanus Mechemetes, is qui Constantinopolim capturus est.*
B. *In locis humidis, et præter spem cades; in te enim initium et finis cornu est.*
C. *Fama vulgatum est, quod aures habes; et hinnis citra amorem habenarum, id est, laxatis habenis.*

EXPOSITIO.

Videbatur quod Græcia relinquens dominium externum Aquilæ in Balduino secundo, et alium novum et nativum accipiens dominium in Michaele Palæologo (sed intermedio imperiali secundum aliquos Alexii, Angeli, Theodorilascori, et Joannis Deplobatarii) esset tanquam nova sponsa, ostensa per illam juvenculam Græcorum more indutam, et lætam; sed illa lætitia a meridie sublata fuit, sicuti dictum est ab equo cornigero, a quo depressa fuit : quare epigramma *B* juvenculæ dicit : *In locis humidis, et præter spem cades*, etc.; quasi dicere vellet : In locis humidis, hoc est, in feliciori tempore tui dominii, o Græcia, quæ tantum te extollis, cades; sed scias, quod in te principium et finis est cornu, hoc est, quod in te fuit principium cornu, id est, dominium, in te etiam erit finis. Sed quia futurus esset hic primus corniger equus, declarat epigramma *A*, dicens : *Sulthanus Mechemetes qui capiet Constantinopolim*, id est, Sulthanus Mechemetes erit ille, qui imperium Græcum occupabit, qui desiit in Constantino quinto imperatore post Michaelem Palæologum Viterbiensem anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, et ista perseverabit per septem imperatores Maucmetanos. Quomodo autem pervenerit imperium istud in Mechemet, dicunt Historiæ Ottomanorum, et Turcarum, et Græcorum, quod Michael Palæologus reliquit Andronicum, qui duos filios habens, Calojannem, et Emmanuelem, reliquit tutorem Joannem Cantacuzenum, qui Calojanni filiam in matrimonium collocavit ; sed orta dissensione inter Cantacuzenum et generum, Cantacuzenus generum expulit, se imperatorem faciens; sed Calojannes in statum restitutus, Cantacuzenum multavit exsilio, qui se monachum fecit. Hic Calojannes Emmanuelem habuit, qui post patrem tenuit imperium, et septem habuit filios, Joannem, Andronicum, Theodorum, Constantinum, Demetrium, Thomam, et Michaelem. Tempore istius Emmanuelis imperatoris accidit quod Mechemet Turcarum imperator, postquam a Venetis mari profligatus esset, et cum ipsis deinde pacem haberet, ut a fratre Mustafæ aggrederetur, qui postea Salonicum aufugit : quod intelligens Mechemet, cum exercitu petebat Mustafæ gubernatorem; qui cum Emmanueli Græco imperatori de hoc scripsisset, responsum tulit hujusmodi : quod Emmanuel et Mechemetes concordes fuere; et promisit Mustafam carcere detenturum, in quo permansit usque ad mortem Mechemetis primi. Propter istam Græcorum actionem tantum auctus est amor in Mechemetem, ut omni eorum petitioni assentiret : unde tam valde floruit Græcia in illa tranquillitate, ut tanquam nova sponsa in otio et quiete permaneret, nisi Emmanuel imperator filiis regnum divisisset, quorum dissensiones causa fuere augmenti Ottomanorum, et propriæ perditionis : quoniam defuncto Emmanuele, Joannes primogenitus cepit imperium; et post ipsum cum Constantinus in pacifico dominio esset constitutus, et Græci cum Mechemete secundo fœdus percussissent, non diu permansit in illa tranquillitate, quia Mechemetes superbus et invidus, fœdera non respiciens, imo illis postpositis una cum legibus et juramentis, propugnaculum erexit, quod vocabatur Bogazator, quo completo, se Græcorum hostem detexit : cœpit enim regionem Constantinopolitanam damno afficere; et cum maximo exercitu civitatem obsidione teneret atque magnis bombardis, anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio civitatem et dominium habuit : erat quippe Mechemetes vir fraudulentus, et deceptor, quod diceret, fidem solum a mercatoribus servandam, non a principibus cupientibus magnos fieri : erat etiam vir sagax, ingeniosus, et Christianorum hostis acerrimus.

EPIGRAMMATA FIGURÆ IV.

A. *Sulthanus Pazaites.*
B. *Secundus bos, et finis Arctotrophi, id est, ursæ nutricis, figura ostendit locum et mores.*

EXPOSITIO.

Denotat quarta figura successorem Mechemetis,

qui fuit Bajexit; quare dicit epigramma *A*: *Sulthanes Pazaites*. Hic habito post patrem dominio, a variis principibus valde fuit vexatus; omnes enim videntes ejus pacificum animum, contra ipsum arma audebant capere, et deficere, sicuti fecerunt exsules Moreæ, Macedoniæ, quæ medio Nicolai Zuppani et Joannis Cernovichii in statum se reduxerunt. Istæ duæ provinciæ ad defectionem tractæ ostenduntur duobus illis capitibus juvencularum, quæ per paucum tempus in libertate permanserunt.

Hic imperator Bajexit non ab re ostensus fuit figura bovis symbologica, quia semper pacis fuit amicus, ut homo animi pacifici et mitis naturæ: fuit vir intelligens, philosophiæ incumbebat, et præsertim ei placuere Averrois opera, et fuit imperator et dominus bonæ famæ.

EPIGRAMMATA FIGURÆ V.

A. *Alia quædam ursa secunda schimnotrophus, id est, catulorum nutrix, et omnino illa præter quam quod umbratilibus tractibus delineata.*

B. *Sulthanus Selimus.*

C. *Ad orientem solem utrinque coronæ partem inferunt totius imperii.*

D. *Motus temporum intempestivus erit, nam a summo in summum describitur.*

EXPOSITIO.

Sicuti symbolo bovis in quarta figura ostensa est natura Bajexitis secundi imperatoris in Constantinopoli, ita in hac quinta figura, symbolo ursæ cum capite gryphii, et cum quatuor catulis ostenditur natura successoris Bajexitis, et nomen per epigramma *B* dicens, *Sulthanus Selimus*. Iste revera fuit sicuti hic est figuratus. Fuit etenim ita crudelis, ut valde incubuerit ad omnes Ottomannos exstinguendos, fratres, nepotes, et consanguineos suos: et quamvis esset Selinus proprii sanguinis homicida, dicens nihil esse tam dulce, quam sine consanguineorum timore imperare, fuit tamen justitiæ amator, virtutisque ac magnitudinis; vigilans fuit, ferox, et in victu modestus. Sed in suarum victoriarum incremento vires defecere: orto enim in renibus ulcere, corrodente et pestilenti febre correptus, mortuus est. Ideo dicit epigramma *B*, *Motus temporum*, etc. Quasi dicere vellet, quod sperans ad alia tropæa et victorias transire, ægritudo abstulit animum et vitam.

EPIGRAMMATA FIGURÆ VI.

A. *Sulthanus Solimanus.*

B. *Hic exsistens quartus ab ursa cum falce et rosa vir contendens ad messem.*

C. *Falcifer tremestre tibi spatium præscribo, ense autem multas plurimas evertisti.*

D. *Templa idolorum brevi tempore erigis, tres ter* [illegible]

EXPOSITIO.

Ea fuit Selimi crudelitas, ut cum mortuus esset, et ei filius Solimanus successisset (sicuti ostenditur in præsenti figura symbolo regis) omnibus videretur, discedisse leonem ferocem, ursum aut tigrim, et agnum mansuetum reliquisse, adeo juvenis Solimanus placidissimam naturam extrinsecus ostendebat; in quo postea multi decepti sunt, præsertim infelix Morea ostensa capite illo juvenculæ, quæ cum a jugo tyranni se liberaturam putaret, cum Gazelle se conjunxit, qui præter promissam fidem credens Syriæ dominium occupare, contra Solimanum progressus adeo profligatus est, ut infelix Morea facta sit adhuc infelicior.

Vere fuit Solimanus rosa, id est, ver cum falce, id est cum messe: ideo dicit epigramma *B*: *Hic exsistens quartus ab ursa*, etc., et in epigrammate *C*, *Falcifer*, etc. Figura ista potest hoc pacto intelligi, quod cum fuerit imperator Solimanus vir qui famam ostendere vellet vigilantiæ et prudentiæ, futurus erat, ut qui vadit ad messem falce parata, quasi dicere vellet, quod ipse exsistens messis, paucissimæ, aut nullæ jurisdictiones suo maximo imperio per successorem adjungi debebant: rosa enim apud Ægyptios humanam fragilitatem significat, et indicium boni fugientis; ideo antiqui in manibus defunctorum rosas ponebant et flores, atque super defunctum et sepulcrum spargebant, et sic rosa in manu regis in præsenti figura indicium boni fugientis denotat. Potest etiam dici, quod angelus, ut in figura aspicitur, prædixerit finem imperii. Cum etenim dicatur in epigrammate *C*: *Falcifer trimestre tibi spatium præscribo*, quid aliud est quam dicere, post tuum imperium regnabunt tres imperatores, et deinde finis erit totius imperii Ottomanorum.

EPIGRAMMATA FIGURÆ VII.

A. *Blabe kalikos.*

B. *Hei, hei misera et ærumnosa civitas, siquidem miserabilem lucem tuam miserabiliter corrumpis. Plebs parvo tempore K obtinebit; in te multæ cædes et profusiones sanguinis, non deficies ab undecima ætate qua orieris. Et quinque primitiæ monarchiæ draconem dilaniabunt libocidam, et minutim discerpent hujus tenues carnes, et in bello gentem efferatam ense conficient infinitum numerum ad sex septem millia: flagitiosusque omnis, et cæde satiatus, mœchus, adulator, prædoque hanc supremam videbunt ante oculos lucem.*

EPIGRAMMATA FIGURÆ VIII.

A. *Ton B dynonton o tritos A.*

B. *Sub vulpina pelle amicitiam dissimulans, et fortiter animum continens, ut valde senex et sapiens, sed veniens ad insulas bis Eptataulos aliis divisis qui invicem se attriverunt.*

C. *Et o effusiones sanguinis, tu victoriæ manus explicuisti benigne, et bravium adeptus es in fine sceptri.*

EPIGRAMMATA FIGURÆ IX.

A. *Væ tibi, septicollis, quando vicesimum elementum faustis acclamationibus excipietur in tua mœnia, tunc imminet ruina et extrema calamitas primatibus tuis, et hoc judicum iniquitate.*

B. *Byzantii aula et penates Constantini. Roma, Babylon, et Sion* [illegible] *Tres ter centum et* [illegible] *leges, annos, una regali* [illegible] *excepta, quando congeres gentium thesauros, et jura dabis cunctis circum phylarchiis, sed te ignis* [illegible] *gens* [illegible] *omnem* [illegible] *impe-*

EPIGRAMMATA FIGURÆ

A. *Optima quæque colligens, et affligens præmium injustitiæ pessimum, quo tempore medium astrum visum fuerit nigricans.*

EXPOSITIO.

Istis quatuor figuris conspicitur ruina imperii Ottomanni, ideo ostendit septima figura Constantinopolim depopulatam : quare epigrammate *B* videtur civitatis ploratus, atque sic relinquetur vacua sedes imperialis, sicuti videtur in nona figura ; sed quando hoc futurum sit, ostendit epigramma *A*, ipsius nonæ figuræ, dicens : *Væ tibi, septicollis, quando vicesimum elementum faustis acclamationibus excipietur in tua mœnia ;* id est, Væ tibi, Constantinopolis septicollis (ipsa dicta est septicollis, quia Constantinus Magnus, cum ibi imperium Romanum detulisset, distribuit etiam civitatem in eosdem ordines, tribus et officia, sicut esset Roma ipsa quæ habet septem colles), quando videbitur vicesimum elementum in tuis mœniis, hoc est Tau vel Taf, quod elementum est symbologica figura sanctissimæ crucis, et propter hoc habitatores civitatis coacti erunt sese in fugam præcipites dare, quod aperte dicitur in decima figura in epigrammate *A*, ubi sic habetur : *Optima quæque colligens, et affligens præmium injustitiæ pessimum, quo tempore medium astrum visum fuerit nigricans*, id est, quando videbitur sol niger, hoc est, Christus contra infideles iratus.

EPIGRAMMATA FIGURÆ XI.

A. *Versus, quos angelus imperatori dicturus est.*

B. *Mortuus aspectu, solutus, norunt multi, quamvis nemo videt ut somno excitatus continuo sceptra reginæ quidem occupabit.*

C. *Præco inconspicuus ter magnum vociferabitur : Abite confestim ad occasus septicollis, invenietis virum familiarem, meumque necessarium, ducite hunc in regiam domum.*

EXPOSITIO.

Relicta imperiali sede vacua, ecce, dicit Angelus epigrammate *B*, *Mortuus aspectu, solutus*, etc. Quasi dicere vellet, Ecce, o Græcia, mortuus aspectu, et solutus, quem multi tuorum cognoverunt, quamvis non viderint ; id est, tui eum fama cognoverunt, quamvis oculis non viderint, iste tanquam a somno expergefactus, statim sceptra Græciæ Reginæ occupabit ; sed ubi vir iste reperietur, ostendit epigramma *C* dicens : *Præco inconspicuus vociferabitur*, etc. Hujus possent fieri diversæ considerationes. Dicit enim epigramma, quod iste non erit in humana consideratione, et quod erit in occasu civitatis septicollis, et homo familiaris, id est, catholicus et fidelis, et quod erit amicus, cum ex antiquo et nobilissimo sanguine proveniat. Hunc, dicet divinus præco, quærite in occasu, et inter magnates ; et quod (sicuti dicit figura) in somno quiescat, funebri et antiqua veste indutus, super duo triformia animalia ; id est, quærite eum in occidente, non in oriente civitatis, quia ibi non erit ; quem invenietis, ut supra, in somno tanquam mortuum quiescentem, hoc est, qui ex antiqua et regia stirpe originem trahat.

EPIGRAMMATA FIGURÆ XII.

A. *Petram incolens, age huc mihi hospes, relictis lacrymis vitaque agresti et solitaria, et vite mortuus et afflictus, nudus rursus redi ad superos.*

EXPOSITIO.

Videtur in præsenti figura, quod dum requiritur vir superius dictus, ecce afflicta septicollis, quæ dolens versus juvenculam illam dicit, *Petram incolens*, etc., quasi dicere velit, Ad me septicollem quæ in hac petra clausa sum, id est, in hac afflictione, venias, o advena, depositis lacrymis et vita solitaria propter jugum Maucmetanum, propter quem vivis afflictus, et tanquam mortuus : tunc respondet juvencula illa (quæ advenam et peregrinum regem ostendit), Quamvis sis nuda, o Constantinopolis, et rege spoliata, propter cladem quam passa es, redibis tamen iterum ad lucem, quæ lux nulla alia est nisi Jesus Christus, qui dixit : *Ego sum lux mundi ;* ideo revertens, o civitas, ad Christianam religionem, Maucmetana expulsa, iterum lucida fies sub sole splendente Christi Salvatoris.

EPIGRAMMATA FIGURÆ XIII.

A. *Ecce rursus homo ex prima stirpe occulta in multos innumerabiles annos. Nudus prodit ex obscuro et tenebricoso tumulo, et secunda splendente vita incipit et venit. Imago rursus vitæ verissima.*

EXPOSITIO.

Declaratio Figuræ XI confirmatur demonstratione præsentis figuræ, dicens epigramma *A : Ecce rursus homo*, etc. Quasi dicere velit, Ecce noviter unus qui trahit originem a prima stirpe tua, o Constantinopolis, sed occulta per infinitos annos, id est, cum transierit ex uno in alium per multa sæcula, et occulta in hominum imaginatione, qui nudus exit e tumulo, id est, qui primus ab antiquissimis statibus ad nova dominia exit, unde splendente secunda vita, id est, cognito quod sit (uti monstratum est) ex prima regia stirpe tot populorum, et tanquam resurrectus ad aliam vitam, id est, ad antiquum statum incipit cognosci, et iterum vivere ad verissimam vitæ imaginem, id est, ad principalem dominationem regis et imperatoris. Ille autem homo ex antiqua stirpe cum debeat esse in occasu, potest intelligi quod debeat esse ex stirpe regia, antiqua Austriacorum, qui sunt in occasu septicollis.

EPIGRAMMATA FIGURÆ XIV.

A. *En lupum qui ovem cupiebat devorare, pastor occidet, et hominem inveniet.*

B. *Sic perdet qui occupavit.*

EXPOSITIO.

Ex his quæ in superioribus figuris dicta sunt et ex præsenti figura, manifestum Ottomannorum excidium conspicitur ; dicebatur in epigrammate *C* sextæ figuræ, *Trimestre spatium tibi præscribo ;* per tres menses debemus intelligere tres imperatores post Solimanum ; hi autem fuere Selimus, Amurathes, et Mechemetes qui nunc imperat, et cum sit tertius mensis, per consequens erit finis imperii.

Dicit epigramma *A* præsentis figuræ : *En lupum qui ovem*, etc. Vere lupi vocari possunt Turcarum imperatores, qui semper Christianos sub ovis figura ostensos persecuti sunt; sed Mechemetes propter multas clades quas in Transilvania mensibus præteritis et in Pannonia ejus duces perpessi sunt, nullo modo dedecus hujusmodi in primis imperii annis pati valens, tanquam lupus rapax, exercitus classesque parat, et omni nititur conatu Christianos devorare; sed pastor cujus sunt oves, eas ab ore suo liberabit. Hic erit sanctissimus Pontifex, verus omnium Christianorum Pastor, cui dictum fuit Christo, *Pasce oves meas*, qui proprio sumptu exercitum contra Turcas parat, ejusque exemplo cæteri catholici principes idem præstant; sicque ipsius pastoris opera, lupus ovem dimittet, et interficietur, et vacua relicta imperiali sede, Pontifex hominem inveniet, qui sedet in ea, quod dicitur in fine epigrammatis *A*, *Et hominem inveniet*, id est, judicabit ipse cujus hominis ex regia antiqua stirpe nati (ut superius dicebatur) futurum sit imperium.

Dicit epigramma *B*, *Sic perdet qui occupavit*. In his verbis clare ostenditur finis imperii Ottomanni, qui enim cepit Constantinopolim, fuit Mechemetes, vivens nunc imperator Mechemetes vocatur : idem igitur imperator nomine perdet imperium qui occupavit ipsum ; quod etiam sed magis obscure habetur in tertia figura, in qua dicebatur de Mechemete qui Constantinopolim occupavit, *In te initium* A *et finis cornu est* : clare igitur conspicimus finem Turcarum in hoc Mechemete; dummodo catholici principes, relictis inter ipsos dissensionibus, sub felici auspicio sanctissimi Pastoris lupum orientalem persequi velint.

EPIGRAMMATA FIGURÆ XV.

A. *Versus angeli ad imperatorem.*

B. *Suscipe donum, nec cessa senex. Optime imperator, accipiens regnum persevera ad finem usque, et ad regnum pulchrum regnator, cætera ne veritus tempus : nam istud solum divinitus accipies.*

EPIGRAMMATA FIGURÆ XVI.

A. *Versus patriarchæ ad imperatorem.*

B. *Vitam gloriosam et illustrem sortitus es ex ingloria, ex virtute felix exsistens; at qui non dolo* B *optime tibi hæc gratia parta est, livorem auvertens præjudicabis tibi damnum, non errabis absque certa sede, sorte tibi data.*

EXPOSITIO.

Quinta decima figura ostendit angelum coronam imperialem in manu tenentem, quæ post pontificis judicium dabitur homini reperto; et dicuntur ei verba epigrammatis *B* : *Suscipe donum*, et quæ sequuntur. Sexta decima vero figura coronato imperatore ostenditur, confirmato auctoritate sanctissimi pontificis patriarcha Constantinopolitano, habitu sacerdotali Græco induto, qui imperatorem alloquens, dicit ei verba quæ in epigrammate *B* habentur : *Vitam gloriosam et illustrem*, et quæ sequuntur.

Finis Oraculorum Sapientissimi Imperatoris Leonis.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

LEO, COGNOMINE PHILOSOPHUS, ROMANORUM IMPERATOR AUGUSTUS.

EDITORUM PRÆFATIO 1
PROLEGOMENA. IX
Vita Leonis imp. IX
Basilii Romanorum imperatoris Exhortationum capita LXVI ad Leonem filium. XXI
Anq. Maii monitum in Parænesim sequentem.
Basilii imp. Exhortatio altera ad Leonem. LVII
Constantini, Leonis discipuli, versus in Leonem. LX
LEONIS IMP. OPERUM PARS PRIMA. — OPERA THEOLOGICA.
HOMILIÆ ET PANEGYRICI. 1
Oratio I. — In B. Mariæ nativitatem. 1
Oratio II. — In B. Mariæ præsentationem. 11
Oratio III. — In Annuntiationem B. Mariæ. 21
Oratio IV. — In Christi Nativitatem prima. 27
Oratio V. — In Christi Nativitatem secunda. 41
Oratio VI. — In Christi Nativitatem tertia. 49
Oratio VII. — In festum Palmarum. 61
Oratio VIII. — In depositionem corporis Christi. 73
Oratio IX. — In Exaltationem S. crucis. 87
Oratio X. — In Dominicam resurrectionem. 95
Oratio XI. — In Dominicam assumptionem. 113
Oratio XII. — In Pentecosten. 119
Oratio XIII. — De Spiritu sancto. 133
Oratio XIV. — In B. Mariæ obdormitionem. 137
Oratio XV. — In omnes sanctos. 171
Oratio XVI. — In decollationem Joannis Baptistæ. 911
Oratio XVII. — In S. Nicolaum Myrensem. 203
Oratio XVIII. — Laudatio S. Joannis Chrysostomi 227
Oratio XIX. — Hortatoria ad omnes fideles. 253
PRECES LITURGICÆ. 259
CANTICUM COMPUNCTIONIS *ex meditatione extremi judicii.* 309
EPISTOLA AD OMARUM *De fidei Christianæ veritate et Saracenorum errori bus.* 315
LEONIS IMP. OPERUM PARS SECUNDA. — OPERA JURIDICA ET CANONICA.
NOTITLÆ ORIENTALIUM EPISCOPATUUM *a Leone Sapiente ad Andronicum Palæologum.* 329
Gretseri Præfatio. 329
Jacobus Goarus Lectori. 327
Notitiæ Leonis Sapientis nomine exaratæ. 329
Notitiæ sub Andronico Palæologo descriptæ. 385
Formulæ Epistolarum CP. patriarchæ ad papam, archiepiscopos, episcopos, etc., et ad cunctos in dignitatibus sæcularibus constitutos. 413
NOVELLÆ CONSTITUTIONES *sive correctoriæ legum repurgationes ab anno* 886 *ad annum* 910. 419
Proœmium. 419
Constit. I. — Quod unumquemque, qui judicandi prærogativam acceperit, quemadmodum legalium capitulorum a nobis habitus delectus statuerit, dirimere controversias oporteat : quæ vero inter reprobata habita sunt, uti ex illis nulla litis ambiguitas dijudicetur. 425
Constit. II. — Ut qui cæteris secundum sacros divinosque canones episcopali dignitate dignus esse probatur, si

liberi ex legitimo matrimonio illi sint, ob illos it consequendo honore nullum impedimentum sentiat. 427
Constit. III. — Ut qui sacerdotes creandi sunt secundum Ecclesiæ ritus, ea lege creentur, ut omnem deinceps vitam cœlibem agant; aut si matrimonium contrahere velint, prius id faciant, ac deinde ad creationem procedant. 430
Constit. IV. — Ut non modo universalis Ecclesiæ sacerdotes, verum etiam qui ad quamcunque sacram ædem pertinent, si in hoc vocentur, licite sacra mysteria exponere divinumque cultum celebrare domi private possint. 431
Constit. V. — Ne, quibus, postquam monasticæ vitæ institutum subierint, facultates suppetunt, in universum hi de illis testari prohibeantur : sed ut ei, quo tempore monasterium adierunt, in id quidpiam contulerint, in illorum potestate sit, ut quemadmodum velint, de iis quæ sibi postmodum pararunt, in plenum assem etiam testamentum condant. Si vero nihil ab initio intulerint, tum ut de besse statuendi facultatem habeant, monasterium autem alterum partem sive trientem accipiat. 434
Constit. VI. — Ut utrumque tempus tum quod sancta secta constituit synodus, tum quod decernit divus Basilius, in iis qui monachi fieri statuunt, observetur : et bonorum ejus qui a synodo præstituto tempore monachus fit, dispositio secundum etiam a nobis formam procedat. 439
Constit. VII. — Ut quotiescunque a clericorum habitu ad profanorum transire per vecordiam aliquis tentarit, in illum is invitus etiam restituatur. 442
Constit. VIII. — Ut qui rejicere venerandum monasticæ vitæ habitum in animum induxerit, ac pro illo profanorum habitum susceperit, quotiescunque hoc facere ausus fuerit, etiam invitus in illum restituatur : et ex quo monasterio improbe aufugerit eidem reddatur. 442
Constit. IX. — De servo qui ignorante domino clericus factus est. 446
Constit. X. — De servo qui inscio domino monachismum suscepit. 446
Constit. XI. — De servo qui ignorante domino episcopus factus est. 447
Constit. XII. — De officinarum Magnæ Ecclesiæ usu. 447
Constit. XIII. — De perpetuis emphyteusibus 450
Constit. XIV. — De iis qui monasterium imperfectum reliquunt. 451
Constit. XV. — Ut salutarem baptismum in quocunque sacro oratorio peragi liceat. 454
Constit. XVI. — Ut qui viginti annos habet hypodiaconus creari possit. 455
Constit. XVII. — De puerperis quando divinorum mysteriorum participes fiant : et quando infantes baptizentur, post quadraginta videlicet dies, extra quam si necessitas urgeat. 455
Constit. XVIII. — Ut in sponsalibus constituta pœna exigatur. 459
Constit. XIX. — De pacto paterno, ex æquo hæredem futurum filium. 462
Constit. XX. — Ut ne maritus, quemadmodum uxor, illa præmoriente, præter donationem propter nuptias quidquam capiat. 466
Constit. XXI. — Ut dotis promissio ex paternis aut maternis bonis facta præstetur. 470
Constit XXII. — Ut mulier quæ matrimonium non iterat, unius liberorum portionem proprietatis jure capiat : similiter et pater. 471
Constit. XXIII. — Ne præsides in provinciis suis domestica sponsalia contrahant. 474
Constit. XXIV. — Ne filii naturales cum adoptivis matrimonium contrahant. 475
Constit. XXV. — De emancipatione et dotis restitutione. 478
Constit. XXVI. — Ut eunuchi et mulieres adoptare possint. 482
Constit. XXVII. — Ut pariter omnibus adoptare liceat 483
Constit. XXVIII. — Quo tempore et a quibus rerum suarum administratio adultis concedit debeat. 487
Constit. XXIX. — Ut ancillarum partus apud alium editus, ad ipsius dominum sequatur. 491
Constit. XXX. — De muliere quæ vivo marito alios de matrimonio compellat. 494
Constit. XXXI. — Ut quæ mulier mariti odio abortat, repudiari ab illo possit. 492
Constit. XXXII. — De adulteris manifesto deprehensis. 498
Constit. XXXIII. — Ne captivorum uxoribus aliis nubere liceat. 499
Constit. XXXIV. — De tutore qui pupillam suam vitiat. 503
Constit. XXXV. — De raptoris virginis, eorumque qui in raptu adfuerunt, pœna. 505
Constit. XXXVI. — Ut captivi filius hæres sit. 507
Constit. XXXVII. — Ut domini testamento manumissus, si illum decessisse aditamque jus hæreditatem esse ignoret, testari possit. 510
Constit. XXXVIII. — Ut imperatoris servi de rebus suis quomodo velint, statuere possint. 510
Constit. XXXIX. — Ut prodigus quæ ex re ipsius sint facere possit. 511
Constit. XL. — Ut captivi testamenti factionem habeant. 514
Constit. XLI. — Ut in civitatibus quinque, in itineribus vero et agris tres testes ad testamentorum fidem sufficiant. 519
Constit. XLII. — Ut sufficiens numerus testium testamentum ratum facial, tametsi id neque illorum subscriptiones neque signacula habeat. 522
Constit. XLIII. — Ut per scribendi ignaros testamenta etiam confirmentur. 526
Constit. XLIV. — A quibus obsignari testamenta oporteat. 527
Constit. XLV. — Ut sententiam judices in litteras referant, suaque manu obsignent. 530
Constit. XLVI. — Abrogatio quarumdam de curiis et decurionibus latarum legum. 530
Constit. XLVII. — Abrogatio legis quæ senatui prætores, decurionibus vero præfectos constituere concedebat 531
Consut. XLVIII. — Ne mulieres in contractibus testimonium præbeant. 534
Constit. XLIX. — Ne servi ad dicendum testimonium admittantur. 538
Constit. L. — Ut donationes quæ in litteras relatæ non sunt, ad quingentos usque aureos valeant. 535
Constit. LI. — De invento thesauro cujus esse debeat. 538
Constit. LII. — Ut tam veterum principum quam recentiorum numismata modo justi ponderis, probæque materiæ sint, valeant. 542
Constit. LIII. — Ut cuique tam intra civitates quam extra, mortuos sepelire liceat. 545
Constit. LIV. — Ut Dominicis diebus omnes ab operibus vacent. 546
Constit. LV. — Ut Judæi secundum christianismi ritus vivant. 547
Constit. LVI. — De oris maritimis. 550
Constit. LVII. — Quantum in piscatoribus remoræ piscatoriæ inter se distare debeant. 551
Constit. LVIII. — Ne ex sanguine cibus conficiatur. 551
Constit. LIX. — Abrogatio legis quæ hominem liberum se vendere permittit. 554
Constit. LX. — Qua pœna castratores affici debeant. 555
Constit. LXI. — Tributorum exactores, si plus quam debeant exegerint, qua pœna afficiendi sint. 559
Constit. LXII. — De pœna ejus qui rem aliquam publicam vendiderit. 562
Constit. LXIII. — De pœna illorum qui res vetitas ad hostes transvehunt. 562
Constit. LXIV. — De pœna eorum qui res naufragorum res suppresserint. 563
Constit. LXV. — De incantatorum pœna. 566
Constit. LXVI. — De plagio. 567
Constit. LXVII. — De iis qui ad hostes transeunt, suaque sponte revertuntur. 570
Constit. LXVIII. — Ut monachi et clerici tutores esse possint, sed ab administratione ac pupillorum rectione arceantur. 571
Constit. LXIX. — Cæcos secreto testamentum facere posse. 574
Constit. LXX. — De grassationibus. 575
Constit. LXXI. — De iis qui in locis arabilibus aut vineis ædificaturi sunt. 576
Constit. LXXII. — Ut pacta etiam non constituta pœna valeant. 579
Constit. LXXIII. — Ut nemo cum mulieribus in ecclesiarum cœnaculis habitet. 579
Constit. LXXIV. — Ne ante legitimum matrimonii tempus futuris conjugibus benedicatur. 582
Constit. LXXV. — Ut qui viginti annorum est hypodiaconus creari possit. 585
Constit. LXXVI. — De pœna falsum testimonium dicentium sacerdotum. 585
Constit. LXXVII. — De falsariorum pœna. 586
Constit. LXXVIII. — Ne amplius senatusconsulta fiant. 586
Constit. LXXIX. — De pœna sacerdotis, diaconi aut hypodiaconi si post assumptum ordinem mulieri in matrimonium jungatur. 587
Constit. LXXX. — Ut purpuræ segmenta et particulæ

ua publicis mercimoniis sint. 587
Constit. LXXXI. — Ne ex auro et pretiosis lapillis quidquam confici in universum prohibitum nefas sit. 590
Constit. LXXXII. — De testamento resignato. 591
Constit. LXXXIII. — Ut ad trientes usuras pecunia liceite mutuetur. 591
Constit. LXXXIV. — Ut negotiari, ædificare, munerasque accipere urbis magistratibus liceat. 594
Constit. LXXXV. — Ut patres qui nuptias non iterant, unius liberorum portionem capiant. 595
Constit. LXXXVI. — De pœna episcoporum, sacerdotum et clericorum qui se advocationibus, sponsionibus redempturis aliisve similibus dedunt. 598
Constit. LXXXVII. — De ecclesiasticorum alea ludentium pœna. 599
Constit. LXXXVIII. — Celebribus quibusdam in ecclesia viris festi dies constituuntur. 599
Constit. LXXXIX. — Ne matrimonia citra sacram benedictionem confirmentur. 602
Constit. XC. — Ut qui tertium matrimonium contrahunt, sacri canonis pœnæ obnoxii sint. 603
Constit. XCI. — Ut concubinam habere non liceat. 603
Constit. XCII. — De pœna ejus qui aliquem dedita opera excæcavit. 606
Constit. XCIII. — Ut si sponsa ex alio gravida deprehendatur sponsalia rescindi possint. 607
Constit. XCIV. — Legis quæ de consulatu agit, abrogatio. 611
Constit. XCV. — De avulsa terræ crusta. 611
Constit. XCVI. — De sepulcro violato. 614
Constit. XCVII. — Ut in contestatione litis, et magistratuum initio juretur. 615
Constit. XCVIII. — De pœna eunuchorum, si uxores ducant. 618
Constit. XCIX. — Ut qui jusjurandum defert prior de calumnia juret. 622
Constit. C. — De servis qui liberis in matrimonium conjunguntur. 623
Constit. CI. — De servis conjugibus si alter illorum libertate donetur. 626
Constit. CII. — De prædiis maritimis ad remoras piscatorias constituendas seorsum non sufficientibus : et ut invitus etiam ad societatem adigatur. 627
Constit. CIII. — De iis qui de maritimis prædiis ad constituendas remoras piscatorias societatem ineunt. 630
Constit. CIV. — De piscatoriis remoris inter quas legitimum interstitium non est. 631
Constit. CV. — Si magistratus aliquis res fiscales furatus esse deprehensus sit. 634
Constit. CVI. — De indotatis mulieribus quantum maritis mortuis ex ipsorum bonis lucrentur. 635
Constit. CVII. — Ut actor ante litis contestationem porrecto libello judici fidem suam probet. 638
Constit. CVIII. — De eo qui ad primam denuntiationem judicio se non sistit. 638
Constit. CIX. — Ne intra septimum ætatis annum sponsalia ineantur, neque ante decimum quintum maribus, aut decimum tertium feminis matrimonium consecretur. 639
Constit. CX. — Ut mulier soluto matrimonio dotem suam propterque nuptias donationem, et reliquam omnem mariti substantiam in commentarium conscribat ac eo prolato resarciri sibi postulet, si quid damni in rebus suis a marito se passam dicat, citra commentarium autem evidentemve probationem nihil petat, aut petendo accipiat. 642
Constit. CXI. — Ut si uxor mente capiatur idque neque dolo mariti, neque ipso conscio, aliorum maleficio fiat, et ultra tres annos id malum duret : matrimonium dirimatur, alteramque uxorem ducere marito liceat. 645
Constit. CXII. — Ut si maritus per matrimonii tempus in furorem incidat, intra quinquennium matrimonium solvi nequeat : eo autem elapso, si furor eum adhuc occupet, solvi possit. 647
Constit. CXIII. — Ut quemadmodum in aliis structuris lege cautum est : ita etiam subdialium ambulacrorum structuræ, quæ solaria appellantur, decem pedibus a vicinorum ædificiis distent. 651
Constit. CXIV. — De alienatione rerum immobilium et retractu decretum præclari imperatoris domini Leonis. 654
Constit. CXV. — De Tabularils. 655
Constit. CXVI. — De archiepiscopatu Patrensi bulla aurea. *Desideratur. Laudat Leuncl. J. G. R. I.* 657
Constit. CXVII. — Nova legislatio Leonis et Alexandri de eo quod omnes editiones a priore sunt profectæ. Facta autem hæcce est anno 6427, depositaque in orphanotropheo. (
Constit. CXVIII. — Condemnatoria sententia, in ju ces a piis orthodoxisque imperatoribus Leone et Alex dro prönuntiata. (
LEONIS IMP OPERUM PARS TERTIA. — CAR NA, SCRIPTA AD REM MILITAREM SPECTA TIA, ORACULA.
CARMINA.
Apologia Leonis in qua Constantini discipuli sui luminias a se repellit. (
Epigrammata. (
Καρκίνοι.
De martyrio S. Clementis Ancyrani fragmenta metri (
Fragmenta homiliarum in S. Tryphonem. (
TACTICA sive DE RE MILITARI LIBER.
Proœmium. (
Constit. I. — De re militari et imperatore. (
Constit. II. — Qualem esse oporteat imperatorem (
Constit. III. — Quomodo consilium capiendum sit. (
Constit. IV. — De divisione exercitus et constituen ducibus. (
Constit. V. — De apparatu armorum.
Constit. VI. — De armatura equestrium et peditum.
Constit. VII. — De exercitatione equestri et pedestri.
Constit. VIII. — De mulctis militaribus.
Constit. IX. — De exercitus itinere.
Constit. X. — De tuto, id est, impedimentis.
Constit. XI. — De apticiis, id est castris.
Constit. XII. — De præparatione ad bellum.
Constit. XIII. — De die ante bellum.
Constit. XIV. — De die belli.
Constit. XV. — De obsidione.
Constit. XVI. — De incursionibus post bellum.
Constit. XVII. — De incursionibus inopinatis.
Constit. XVIII. — De diversarum gentium et Roma rum studio in aciebus instruendis.
Constit. XIX. — De navali prælio.
Constit. XX. — Diversarum sententiarum militari summa.
Epilogus et Recapitulatio.
APPENDIX AD LEONIS TACTICA.
Ordinationes peditum apud Græcos.
Ordinationes equitum apud eosdem.
Mixti exercitus apud eosdem ordinationes.
Ducum et agminum quæ *sub ipsis erant apud Roma* denominationes.
Peditum apud Romanos armatura.
Equitum armatura apud eosdem.
De profunditate seu densitate peditum et equit taxeon et de earum longitudine, atque quantum in pa taxi loci obtinet pedes et eques, de intervallis quoq taxeon inter se sive directo sive e transverso, ubi nece et de teli jactu.
Quid sit duci obsesso agendum.
Quid faciet dux hostes obsidens.
Quomodo celeriter construi possit oppidum prope stium fines absque gentilis belli periculo.
LEONIS ORACULA CUM FIGURIS.
Petrus Lambecius Lector.
Veterum Testimonia.
Oraculum I. — *Sanguis.*
Oraculum II. — *Pœnitentia.*
Oraculum III. — *Monarchia.*
Oraculum IV. — *Gaudium.*
Oraculum V. — *Confusio.*
Oraculum VI. — *Amputatio.*
Oraculum VII. — *Membrorum divisio.*
Oraculum VIII. — *Sanguis.*
Oraculum IX. — *Gratiarum actio.*
Oraculum X. — *Potestas.*
Oraculum XI. — *Patriarcha.*
Oraculum XII. — *Pietas.*
Oraculum XIII. — *Innocentia.*
Oraculum XIV. — *Præhonoratio.*
Oraculum XV. — *Electio.*
Oraculum XVI. — *P. P.*
Anonymi Paraphrasis Oraculorum Leonis.
Oraculum Leonis de restitutione Constantinopolis.
Figuræ XVI ligno incisæ. 1151
Francisci Patricii Dalmatæ Expositio Oraculorum Leonis.

FINIS TOMI CENTESIMI SEPTIMI.

Parisiis. — Ex Typis L. MIGNE.

3 2044 073 502 338

THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY